This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

OU RBS
as.



302097871.


M.IOA:CHRIST:RASCHE.

LEXICON
VNIVERSAE REI NVMARIAE
VETERVM
ET PRAECIPVE
GRAECORVM AC ROMANORVM
CVM OBSERVATIONIBVS
ANTIQVARIIS GEOGRAPHICIS CHRONOLOGICIS
HISTORICIS CRITICIS
ET PASSIM CVM
EXPLICATIONE MONOGRAMMATVM
EDIDIT
IO. CHRISTOPHORVS RASCHE.

PRAEFATVS EST
CHRIST. GOTTL. HEYNE.

TOMVS PRIMVS.
A — C.
CVM TABB. II. AEN.

LIPSIAE MDCCLXXXV.
IN LIBRARIA GLEDITSCHIA.

ASHMOLEAN MUSEUM
SIR
ARTHUR EVANS
BEQUEST
1941
OXFORD

PRAEFATIO.

Non equidem is ſum, qui aut iudicio meo tantum tribuam, aut, ſi qua auctoritas a loco et aetate mea proficiſcitur, ea abuti velim ad corrumpenda et inflectenda iudicia aliorum; cum enim ipſe tanta iudicandi libertate vtar, alieniſſimus ſum ſiue ab illa vanitate, qua in ſuas partes alios concedere, ſiue ab ira puerili, qua aliorum iudicia a ſuis diſcedere aegre ferunt multi; hactenus itaque nemo aut imparatior me aut ineptior eſſe poterat ad

 munus

munus hoc praefandi mihi, etſi valde recuſanti, impoſitum. Verum cauſſae ſunt aliae honeſtae, nec erubeſcendae, quae impulere me, vt viri docti, qui opus hoc concinnandum agreſſus eſt, precibus concedendum eſſe arbitrarer. Opus enim ipſum vidi longe eſſe vtiliſſimum, inprimis in hac ſtudii numiſmatici, quale illud nunc cum maxime habetur, conditione, vagandum enim eſt et peregrinandum per librorum, quibus potiri non cuique facile eſt, multitudinem; deuorandum taedium cognoſcendi multa a re aliena, tandem ne incidas verendum eſt in ſententias contrarias et inter ſe pugnantes; bene autem tecum actum omnino putes, ſi non quod tamen ſaepe fit, operam inueſtigandi fruſtra impenſam indigneris.

Rem itaque gratam putaui fore et acceptam eorum maxime vſibus, qui non omne otium in vno hoc ſtudii genere conſumere aut omnem aetatem ei impendere poſſunt, antiquis tamen opibus his aut conquirendis aut contemplandis honeſtam animi voluptatem quaerunt. Nec vero illud me fugit, eſſe opus hoc ita comparatum, vt non facile expectari illud poſſit a viro aliquo docto ex ordine eorum, qui muſeis ipſis aut praeſunt, aut accubant; ſunt enim ii curis longe aliis diſtricti, nec, cum in eo ſtudio habitent librorumque apparatum idoneum ad manus habeant, ſubſidium aliud magnopere deſiderant, parandi autem illud aliorum vſi-

vſibus curam et operam ſuo loco ſuisque ſtudiis tantum non indignam putabunt; ſenſi itaque opus illud proficiſci non poſſe niſi a viro docto, qui laboris amore, vtilitatis publicae ſtudio, induſtria, ingenio viuido, inſtructus liberiore otio frueretur, ſtudiis vero numiſmaticis non omnino exquiſitiſſimis teneretur: his enim ſtudiis doctioribus ſi quis ſemel ſe abdidit, ex eruendis vel enodandis ignotis et obſcuris voluptatem vel gloriam petet, nec laborabit facile in eo, vt ea, quae notiora habentur, aliis enucleet et ad diſcendum et intelligendum reddat magis expedita et parata; contra vero illi, quem quaerimus, viro docto ſatis prouiſum eſſe intellexi, ſi librorum neceſſariorum copia ſit inſtructus, ingenium autem afferat a litterarum humanitate non abhorrens; cum his tamen omnibus requiri id, quod rara et inuſitata fortuna euenire ſolet, vt eiusmodi libro redemtor idoneus obtingat.

Quae omnia cum in vnum locum conueniſſe, mihi nunciatum eſſet; non modo aequitatis, verum et officii mei eſſe putaui, vt, ſi quid ad rem iuuandam et promouendam a me afferri poſſet, illud conferre ne refugerem; mali ciuis in rep. litteraria nota inurendum eſſe eum, qui operi ad multos proficuo et vtili inhibendo vel ſubruendo operam adhibere malit; in litterariis non minus quam in aliis negotiis fortunam regnare, et a temporum opportunitate ſumma quaeque pendere; ſi ſemel facultas

et tempus iuſtum, quod caſus obtulerat, dimiſſum fuerit, fruſtra per multorum annorum decurſum expectari, vt vllius ingenii ſagacitas ſimilem hominum ac rerum opportunitatem iterum in medium adducat; tandem mihi, ſi quidem munere hoc meo academico pro eius dignitate ac religione mea fungi velim, videndum eſſe plus quam aliis, ne, inprimis in tam raris huius generis librariorum noſtrorum conatibus, cum redemtoris ſtudium calefacere poſſem, illud refrigerem, aut opera mea ac ſtudio deſim, operisque vtiliſſimi fructus ad magnam virorum litteratorum partem intercipiam; ſi commendantis partes non in omnibus ſuſtinere poſſim, ne deprecatoris quidem perſonam mihi dedecori futuram; multo enim facilius, ſi ſemel huiusmodi opera inchoata fuere, ſtudio et lima aliorum perfici ea poſſe, quam ad prima primordia adduci. Saepe itaque repreſſi in indignationem, vbi rei, meo iudicatu ad litteras vtiliſſimae, tamen nec auctorem nec redemtorem ſuum vllo ſuaſu, hortatu ac conſilio per multos annos excitare potuiſſem, cum mox et auctorem et redemtorem repente exiſtere viderem, quoties liber francogallicus vel anglicus, qui verti poſſet, euulgatus eſſet, etſi multi e noſtratibus de eodem argumento multo ſubtilius ac doctius agere potuiſſent; repreſſi, inquam, indignationem, cum reputarem, non ad noſtrum ſtomachum res humanas geri, ſed accipiendum eſſe, quod rerum, temporum, hominumque rationes obtulerint.

Omnino dolendum eſt, ſcientiae et arti numiſmaticae non magis, quam rei epigraphicae, a viris doctis ita eſſe conſultum, vt libri extent ab iis conditi, quibus aut vniuerſae ſcientiae ambitus ſit exhibitus, aut certa aliqua ratione ad diſciplinae iuſtae formam ea ſit tradita. Expectatur eiusmodi opus ab aliquo virorum in hoc genere principum, a te praecipue illuſtris Eckhel, qui ſpecimen longe pulcherrimum, Muſaei Caeſarei Vindobonenſis Catalogo euulgato edidiſti, viaeque adeo ad illud, quod conſequi volumus, magnam iam partem emenſus, ſi quis alius, tenebis faſtigium ſcientiae illud, quo, proſpectu in omnes partes facto, certa deſcriptio ac finitio rerum, quae intra regni fines continentur, inſtitui poterit; ita votis noſtris, ita ipſius ſcientiae neceſſitatibus continget opus illud, quo numiſmatum recenſus edatur ſeu vno opere omnium, ſeu per genera ſua, ſecundum populos, prouincias ac tempora, diſtributorum; ita vt cum fide et ſollerti doctaque cura apponantur cuiusuis generis numi, quotquot adhuc innotuerunt quidem, verum notitia per magnam muſeorum ac voluminum multitudinem et varietatem ſparſa ac disiecta, nullo dilectu ſatis ſubtiliter ſeruato, nullo ſaepe adhibito iudicio, nec reiectis improbis, ſpuriis ac ſubdolis numis; itaque critica ſeuerior primo loco erit adhibenda, cui accedit breuis ac ſobria, ſed docta et idonea interpretatio. Eruentur forte et in hominum notitiam venient quotidie numi antea non cogniti; verum facile erit, poſt certa temporum interualla ſupplementis veteres opes, ſemel prudentem in modum conditas, augere. Fluctuat porro virorum docto-

doctorum ſtudium et doctrina in rebus multis, ad certa itaque et indubitata principia erunt reuocanda ea, quae cum fide et iudicio certo, ad probabilitatis regulas ea, quae cum probabilitate tradi poſſunt. Manuductione idonea in rem numiſmaticam caremus omnino; in iis ipſis, qui ceteris praeferri ſolent, a certis principiis pauca ſunt repetita, pauca ad certam aliquam rationem deſcripta et ordine inter ſe coniuncta, finibus autem ſuis vix aut ipſa ſapientia aut vlla eius pars ſatis circumſcripta. Indignor, quoties Iobertum euoluo, aut inſpicio Mangearti tantae molis librum; cuius maiorem partem conſtituunt res alieno loco inſertae, tota quidem mythologia et antiquitas Romana et Graeca cum religioſa, tum vrbana ac militaris, publica ac priuata. Atqui haec cum re numiſmatica non magis coniuncta ſunt, quam cum aliis diſciplinis, quibus aliqua ex iisdem rebus illuſtratio arceſſi poteſt ac ſolet. Quae locum ſuum in iſta praeceptione ſibi poſtulant, poſt ea, quae principio generatim tradenda ſunt, meo qualicunque iudicio ſunt primo loco ea, quae hiſtorice de rei monetariae fortuna, origine viciſſitudinibus, periodis et epochis tradi poſſunt; tum quae de ipſa arte numos percutiendi et flandi, eiusque ortu ac progreſſu, inſtrumentis ac ſubſidiis, omninoque de mechanica, quam vocant, parte ac de ſcalptura typorum monenda ſunt, vna cum pecuniae valore cum per ſe, tum ratione ad alia quaecunquae tempora inita. Sequentur antiquaria monita potiora, numis aut eorum argumentis propria, per populos ac tempora digeſta et conſtituta; tum quae ad criticam et hermeneuticam nu-

mi-

miſmaticam ſpectant, inque his adeo, quae de ſermone aut de ſcriptura numis propria ac ſollenni tenere neceſſe eſt. Inſerendum forte caput de aeſthetica, quam ad noſtri ſaeculi genium appelles, numiſmatica; h. e. agendum erit de eo, quod cum cauſis pulchritudinis coniunctum eſt, quod placet ac delectat, adeoque ingenio, arte et elegantia in inueniendis, delineandis et exprimendis ſignis ac figuris, quibus melior numorum pars eſt inſignita. Subiicientur forte quae de muſeis et de bibliographia mumiſmatica narrari cum fructu poſſunt. Intra hos fines continendam eſſe cenſebo doctrinam hanc; ea autem, quae ex mythologia, hiſtoria, antiquitate ad numos interpretandos aduocanda ſunt, aut ex libris, qui illa tradere ſolent, erunt petenda, aut conficiendi erunt libri, quibus ea, ſine quibus numorum cognitio plenior eſſe poteſt nulla, expoſita ſint. Quae omnia cum adhuc deſiderentur in re numiſmatica, donec illa votis noſtris obtingant, quid ni arripiamus cupidi teneamusque grata cum mente operam nobis oblatam, qua magna horum deſideriorum pars leuari poteſt. Licet enim iis, quibus in recognoſcendis numis alicuius rei notio ac ſcientia deeſt, adire lexicon hoc numiſmaticum, atque ex eo tollere quantum ſatis ſit.

Erit autem vſus operis frequentior et opportunior ei virorum doctorum generi, quod aut vtilitatem aut voluptatem ex numis cognoſcendis petit. Eſt ſane iis, qui aut in numis conquirendis occupati aut

muſeis praefecti ſunt, concedendum, vt in tractandis, ordinandis ac deſcribendis numis operam ſuam conſumant; aliis vero, forte et iis ipſis, quos memoraui, propoſitum eſſe debet aliquid, cuius cauſſa ſtudium numiſmaticum inſtituant aut colant et retineant. Poteſt autem illud pro vario cuiusque conſilio eſſe varium; ſi tamen in litteratorum ordine ac numero nomen aliquis adſcriptum habet, ad veteres hiſtorias illuſtrandas, aut ad antiquitatem omnis generis locupletandam, notitias ex numis partas tranferet; qua quidem via ac ratione ad multa alia ſeu veterum ſcriptorum loca, ſeu humanitatis capita vtilitas aliqua inde perueniet. Poterit etiam liberalis doctrinae amator meram voluptatem, eamque honeſtam ac liberalem, in numis contemplandis propoſitam habere; atque ex hoc genere erunt inprimis ii, qui veterum artificum operibus inſpiciendis delectantur.

Iam horum virorum ſtudioſorum vſibus in rei numiſmaticae ſtudio et in libris, qui proſtant, omnium minime prouiſum eſſe, quod quidem memini, arbitror; nec niſi recentiſſimis de numis veterum populorum libris artis elegantia in cenſum eorum, quae in conſiderationem venire poſſint, recepta eſt. Non equidem is ſum, qui in cuiquam auctor eſſe velim praui inſtituti aut opinionis peruerſae, vt omnem rem numiſmaticam reuocet ad artium elegantiorum praecepta, aut vt ſtudii numiſmatici ſummam in pulchritudine formarum et ſignorum in metallo expreſſa poſitam eſſe velit;

lit; etſi verendum eſt, ne, ſi quis ſignum eius rei ſuſtulerit, paullo poſt turmae ac cohortes eorum, qui numiſmaticae rei ſtudioſi aut ſunt aut videri volunt, affluant, a quibus hoc vno ore feratur, vt pulchritudinem et elegantiam veterum numorum iactent ac celebrent; negari tamen nequit, eſſe locum et huic ſtudio, et eſſe aliquam veterum numiſmatum partem, quae inſigni ab arte ſe commendet. Verum quidem eſt, vix hoc videri antiquis ciuitatibus aut regibus et imperatoribus propoſitum fuiſſe, vt per ſculptores typorum et inciſores artis melioris monumenta publice conſtituere vellent; parum vtique de arte, antiquiores ſaltem, ſollicitos fuiſſe, in confeſſo eſt. Ipſa tamen res hoc ita tulit, cum reliquae artes pulchritudinem, argutias et elegantiam ſectari coepiſſent, vt etiam ſcalpendis numorum typis admouerentur artifices docti ac periti, vtque omnino ingenia etiam inueniendis ac delineandis iis, quae in numo ſignarentur, ſeſe applicarent. Sunt inprimis Siciliae et Magnae Graeciae numiſmata cum inſigni artis elegantia facta, ſunt Aſiae Minoris, ſunt Graeciae paſſim praeclara; tum vero imperatorum Romanorum prior aetas quam ſtudioſa artis ſcitae in numis fuit! quam docta Adriani et Antoninianorum! Poteſt autem interdum artis et elegantiae auctus et incrementum vna cum decremento in numis animaduerti, adeoque hinc de temporum indole indicium fieri. Inprimis ad artium origines inſpiciendas nonnulli Magnae Graeciae et Siciliae numi praeclare ſunt comparati; id quod de numis vetuſtioribus Naxi, Segeſtae, Crotonis, et ſic aliis nemo dubitet. Inprimis

vero

vero comparationem facere licet ſcalpturae veteris in gemmis cum numis; verbi cauſſa in hominum animantiumque articulis ad globuli vel nolae morem circumductis, media parte propter exilitatem deformi. *) Verum et in iis, quae minore aut nulla cum arte elaborata ſunt, multa tamen, quorum ad artem vſus eſſe poteſt, diſcere licet: illuſtrantur enim ſimilia ſimilibus, meliora deterioribus, ſiue ad ipſum artis tractandae modum, ſiue ad formarum habitum, ſeu ad rei declaratae ſenſum et inuentum, animum aduerteris; quod quidem, vltimo loco poſitum, vix aliter bene expediri poteſt, quam multorum diuerſi an ſimilis generis numorum inter ſe comparatione facta. Habet tamen magnam ſuauitatem, etiam in numis, inueniendi acumen et inuenti rite expreſſi laus et gloria, quo in genere inprimis mirationem faciunt tot figurae ſymbolicae, totque res ſymbolice per deas deosque expreſſae, tot vrbium, fluminum, montium, prouinciarum ſigna etc. Quid? quod non exigua numorum pars eſt, in quibus veterum artificum ſigna et opera imitatione ſunt reddita; operum, quae periere grata exſtet in numis memoria; eorum, quae ſuperſunt, iucunda comparatio. Poſſem haec, non ſine aliqua eruditionis ſpecie, multis numorum exemplis probare; enim vero ab intelligentibus in hoc ne ineptus haberer verendum eſſet, aliis ſine librorum comparatione iſta parum arridere poſſent. In votis tamen habere licet, vt aliquando exiſtat aliquis, qui de numiſmatibus antiquis ita agat, vt

*) Vt exemplo vtar, etſi exemplorum copia paſſim occurrit, inſpiciat aliquis Muſeum Hunter. tab. XVI. 15. LVII, 15.

vt ad artis genium inprimis ſtudium ſuum conuertat. Erunt autem ei duo inprimis propoſita, primo vt de inuenti ſagacitate et elegantia, tum de arte et ingenio diſpiciat, quod illud delineatione et ſcalptura reddidit: venient hic in cenſum reliqua, quae in diſponendis, collocandis, deligendis et omittendis, tum in exprimendis ad veritatem ſenſus et affectus rebus, quaeri ſolent; nec delineatae formae ſubtilitas, nec quod ad tractandum metallum typi, cui inciſa illa fuit, ſpectat, abeſſe poterit. Inuenti acumen vel ſuauitatem vt exponas, ex antiquitate, mythologia ac rerum geſtarum memoria multa repetere iuuabit, ſine quibus inueniendi laus conſtare nequit. Poterunt autem haec aut per ſe, aut comparatione cum aliis artis antiquae monumentis facta, pertractari.

Verum eueniſſe mihi video id, quod interdum peregrinantibus accidere ſolet, vt iucundo aliquo deuerticulo inuitati a via deflectant; ſentio enim iamdudum me de tramite ad alia aberraſſe, quae voluptate neſcio qua me tenere ſolent, quoties in illa incido; etſi probe intelligo, in iſtis viridariis commorandi iucunditate mihi aliis curis et ſtudiis diſtracto eſſe interdictum. De fluctu qui pedes alluit, aut carinae nauis aduoluitur, vt cum Pindaro *) loquar, magis ſolliciti ſimus neceſſe eſt, quam de iis, qui remotiores in alto exſurgunt.

In

*) Τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον,
Ἀεὶ κυμάτων λέγεται παντὶ μάλιστα δονεῖν
Θυμόν. Nem. VI, 94. Quod Iſthm. VI, 26. eſt:
Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ χρῆμα πᾶν.

In praeſenti illud a me curatum eſſe debuit, vt e ficerem, ne operi huic numiſmatico lectores nimis mc roſi aut iniqui contingerent, vtque, contenti bonis ii quae docta induſtria auctoris partim ex varia ac mu tiplici lectione, partim ex Hiſpanico opere in opus ho congeſſit, ne offendantur, ſi in opere tam difficili a longo interdum humani quid auctori accidiſſe animad uerterint. Scripſi Gottingae d. XXVIII. Septemb cIↃIↃCCLXXXIIII.

C. G. Heyne.

A

A prima alphabeti littera, quae Graecis ἄλφα dicitur, et nomen adepta eſt ab Ebraeorum אָלֶף, ſolitarium elementum in numis et Graecis et Romanis perſaepe occurrit. Modo littera eſt initialis vrbis, Imperatoris, regis, conſulis etc. modo ad notas monetariorum transferendum videtur, pluresue praefefert ſignificationes. Aliquando enim idem eſt ac εἷς, μία, ἕν, *Vnus, a, um;* quandoque idem ſonat ac πρῶτος, η, ον, *Primus, a, um*; quod ſi eidem litterae addatur articulus τὸ, ſignificat τὸ πρῶτον, *Primo, Prima vice;* deinde etiam pro ἅπαξ, *Semel,* in Graecorum monumentis legitur. *Corſin.* Not. Gr. p. 1. *Placentin.* Sigl, Vet. Graec. p. 27. — ALPHAE FORMAS varias ſignauit *Dutens* Explication diſſ. III. p. 183. pl. 3. Ancien Alphabet des Grecs. Sic ſingularis eius forma in numo vetuſtiſſimo Zancles vel Meſſanae in Sicilia. Linea ſecans A non horizontalis, vt iam fieri ſolet, ſed obliqua in vetuſtioribus Athenienſium, aliorumque numis. Eadem litterae figura in n. Tarentino apud *Dutens* diſſ. III. pl. 1. n. 7. p. 202. Item in numo Antiſthenis apud *Haym* Th. Br. I. Tb. 12. n. 6. 7. Aliter vero formatum id elementum in n. Metaponti. *Dutens* ib. n. 2. et Cauloniae n. 3. vti etiam ſcriptum apud *Magnan.* Miſcell. Num. I. Tb. 12. n. 3. et Tom. III. Tb. 29. n. 5. Eiusdem veteris formae in n. Pandoſienſium Bruttiae. *Magnan.* Brutt. Tb. 87. n. 3. Pluribus id egit *Biancon.* Antiq. Lit. Hebr. et Graec. p. 37. ſqq.) *Montfaucon* Palaeogr. Gr. L. II. c. 3. p. 130. — ALEPH PHOENICIVM occurrit in numis Samaritanis et Phoeniciis, quos *Barthelemy* vulgauit in Iournal de Savans 1760. et apud *Pellerin* Rois pl. 9. fig. 8. et Méd. Peupl. et Vill. pl. 119. n. 12. 13. Aliam eiusdem litterae formam ſignauit *Dutens* Explicat. diſſ. II. pl. 2. n. 7. et pl. 3. p. 92. Conuenit fere iſta litterae figura cum ἄλφα Graecorum vetuſto, quod in Deli inſcriptione et in *Montfauc.* Palaeogr. L. II. c. 1. conſpicitur. — AIN PHOENICIVM in n. Baal Taraz, Ham Mahanoth, Gadium, Marathi, Vagae. *Pellerin* Peupl. et Vill. pl. 80. fig. 60. ad 63. et *Dutens* Expl. pl 3. p. 100.

A praepoſitio ablatiuum adſciſcens, vt in Graecis vices praepoſitionis ἀπὸ gerit. A POP. FRVG. AC. *A Populo Fruges Acceptae.* — C. A. P. R. *Cuſus A Populo Romano.*

A. *Abba*, vel *Abbaſſus* Myſiae, aut Phrygiae. *al.* ΑΒΒΑΙΤΩΝ.

A. *Abdera* vel nomen vrbis in Thracia, vel fundatoris. Α. Κ. idem ac ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ, *Abderae Puellae.* v. ABDERA.

A. *Abſolutionis* nota. *Sigon.* de antiq. iure P. R. Tom. II. L. 2. c. 22.)

c. 22.) *Pitiſc.* Lex. Antiq. Rom. T. I. p. 1. --- Lucius Caſſius tribunus plebis A. V. C. 606. legem tulit tabellariam, vi cuius P. R. in omnibus iudiciis, perduellione excepta, per tabellam ſuffragium eſſet, tribus ſc. tabellis, vna in qua littera A. (*Abſoluo*) altera C. (*Condemno*) tertia N. L. (*Non Liquet*) pro ampliatione. Quali tabella, in qua A. C. Quintus Caſſius vt atavi ſui renovaret memoriam, numi exornauit poſticam. *Liebe* Goth. Num. p. 224. et *Vaill.* Fam. Rom. I. p. 241. protulerunt eiusdem Caſſiae g. numum, in cuius tabella V loco A conſpicitur.

A. Ἀβυδηνῶν, *Abydenorum* Troadis. v. *Abydus.*

A. *Accitana.* C. I. G. A. *Colonia Iulia Gemella Accitana*, Hiſpaniae Tarraconenſis, nunc *Cadix.*

A. *Achaia.* M. BARBAT. PRO. PR. A. *Marcus Barbatus Propraetor Prouinciae Achaiae* iuxta *Vaill.* Fam. I. p. 101.

A. *Ad.* A. P. F. *Ad Pecuniam Feriundam*, ex mente *Kbellii* Suppl. p. 8.) *Zaccaria* Inſt. Num. p. 251. — A. A. D. *Ad Aerarium Detulit.*

A. Ἀδριανὸς, *Hadrianus*, ΑΥΤ. ΚΑΙC. Τ. ΑΙΛ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥC. *Antoninus Pius.*

A. *Adrumetina*, ſubauditur pecunia Adrumeti in Africae ciuitate. In numis familiae Conſidiae: C. CONSIDI. PAETI. qui denarios percuſſit cum ſigno Libertatis et littera A.

A. *Aedilis.* A. P. *Aedilis Plebis.* — L. P. D. A. P. *Lucius Papirius Deſignatus Aedilis Plebis. Vaill.* Fam. Rom. II. p. 213. — P. A. *Primi Aediles.* —

A. *Aegyptus.* G. T. A. Genius Tutelaris *Aegypti.*

A. *Aelia.* C. A. C. Colonia *Aelia* Capitolina. — C. A. O. A. F. Colonia *Aelia* Oea vel Oeenſis Auguſta Felix, Africae litoralis.

A. in area n. *Aenian.* Theſſaliae.

A. *Aerarium.* S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD. V. M. S. EX EA P. Q. IS. AD A. DE. *Senatus Populus Que Romanus Imperatori Caeſari, Quod Viae Munitae Sint Ex Ea Pecunia, Quam Is Ad Aerarium Detuliſſet.* Cippis numiſmatum Cn. Cinnae et L. Vinucii, triumuirorum monetalium ſic adſcriptum legimus munitae ab Auguſto viae Flaminiae monumentum, et ex Dione, Liuio et Suetonio adſtruitur.

A. *Aere.* A. A. A. F. F. *Aere*, Argento, Auro Flando Feriundo. — A. PV. *Aere Publico* vel *Punico.* vid. A. PV.

A. *Aetneum* Iouem in n. Centoripinorum cenſet *Hauercamp.* ad Parut. Tab. 125. n. 7. qui A ediderat. In muſeo autem *Pembrokiano* P. 2. Tb. 14. n. 4. et apud *Doruill.* Sicul. Tb. 14. n. 10. clare eſt Δ vel triangularis nota trinacridos Siciliae.

A. *Aſinius* in n. Voluſiani. *Zaccar.* Inſtit. Num. p. 245.

A. *Africa.* G. T. A. *Geminae Tutator Africae*; aliis *Genius Tutelaris Africae*; aliis *Genius Tutelaris Aegypti.*

A. Ἀγαθὴ, *Bona.* Α. ΤΥΧΗ. *Bona Fortuna.* n. Boſtror.

A. Ἀγαθοκλέος, *Agathoclis*, in area Syracuſanae pecuniae perſaepe occurrit. Transferendum videtur ad Agathoclis Siciliae regis tempora id ſolitarium elementum, vt litterae ΑΓ vel nexu iunctae ΑΓ indicant, numos ſub Agathocle eſſe percuſſos. Sic A ſub aquila alis expanſis ſtante apud *Doruill.* Sicul. Tb. 8. n. 3. 6. et Tb. 19. n. 3. ad Cereris caput eſt A. — Agathoclis

clis apud *Parutam* Tb. 153. numi quinque occurrunt ad aquilam vel ſub pegaſo hac littera notati, et ne dubitemus quatuor alii cum ΑΓ. et Tb. 154. n. 21. Similiter in alio Doruilliano Tb. 1. n. 8. capiti adpoſita eſt A littera. *Mirabella* tamen in Explic. Numiſm. Syrac. p. 244. negat, ea littera indicari Agathoclis nomen, quia epigraphe ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ ad populum ipſum Syracuſanum pertinere numum doceat. Ex aliorum ſententia A initialis eſt littera ſacerdotis Iouis apud Syracuſas.

A. *Agrippinenſis.* C. C. A. A. *Colonia Claudia Auguſta Agrippinenſis.*

A. ΑΙΓ. ΑΙΓΙΕ. ΑΙΓΙΕΩΝ. vid. *Aegium* Achaiae.

A. Ἄιλιος Ἀιλίου, *Aelius*, *ii*. A. ΦΗΣΤ. *Sub Aelio Feſto.*

A. Ἄκτια, *Actia* certamina in Apollinis honorem. n. Argiuorum, Pergamenor.

A. infra quaſi rectangulum oblongum.)(K. intra latiorem ſolito numi oram. Numulum aeneum monepigraphum, ſeu ſola inſcriptione, ſine aliquo iconiſmo inſignitum, rudis fabricae, in quo litterae verius inſoſſae, quam inſculptae typario videntur, ſiſtit e muſeo collegii acad. Vindob. *Froelich.* Notit. Elem. Tb. 2. n. 22. vix tamen eundem numum antiquioribus accenſet. Ἀκραγαντίνων, *Agrigentinorum* ei videtur moneta, niſi quid melius occurrat.

A. Ἀλεξάνδρου, *Alexandri*, praemiſſo plerumque B. Βασιλέως, *Regis.* B. A. *Regis Alexandri* M. Maced. — A intra ſellam, in qua ſphinx. n. Alexandri M. a Chio inſula.

A. *Alter.* A. R. P. C. A. *Alter Rei Publicae Conſtituendae Auguſtus* forte.

A. *Ambraciam* denotat. V. *Ambracia.*

A. Ἀμφοτέρα, Ἀμφοτέρως, *Vtriusque* Ciliciae. forte.

A. AN. ANA. *Anactoria* regio. *Pellerin.*

A. *Animus.* L. A. *Libenti Animo.*

A. Ἄννιος, *Annius.* K. A. ΣΥΡΙΩΝ. *Commodus*, et *Annius* M. Aurel. Fil. *Syriorum.*

A. *Annus, a, um; os.* A. N. F. F. O. P. P. *Annum Nouum Fauſtum Felicem Optimo Principi Pio.* n. Anton. Pii. — C. I. F. S. A. CCXCIIII. *Colonia Iulia Felix Sinope Anno* 294. *Froelich* 4. Tent. p. 89. — ΜΥΛΑ. A. *Multos Annos.* — In numis Ptolemaei Mauretaniae regis RAI. *Regni Anno Primo*, vt RAX. *Regni Anno Decimo* legitur.

A. in corona cuiusdam numuli ex aere Hadriani a *Patino* Imp. 199. prolati, qui putat, id elementum ſignificare *Antinoum*, a quo corona haec ex loto dicta *Antinoa*, ab Athenaeo L. XV. deſcripta.

A. Ἀντιγόνου, *Antigoni.* B. A. Βασιλέως Ἀντιγόνου, *Regis Antigoni* II. Macedoniae.

A. Ἀντιοχέων, *Antiochenorum* in Syria in quibusdam regum Syriae numis, in vrbe Antiochia ſignatis. In aliis ΑΝΤ. vel ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

A. *Antiochia.* S. M. A. H. *Signata Moneta Antiochiae* in *Octaua* officina.

A. Ἀντιπάτρου, *Antipatri* Macedoniae regis. vid. B. A. Βασιλέως Ἀντιπάτρου.

A. *Antiqua.* C. I. C. A. *Colonia Iulia Carthago Antiqua.* *Zaccar.* Inſt. Num. p. 250. — C. I. C. A. A. P. *Colonia Iulia Carthago Antiqua Auguſta Pia*, ad diſtinctionem *Antiquae Carthago Africae*, a Carthagine Hiſpaniae, quae *Noua* inſcribitur. V. *Carthago.*

 A. An-

A. *Antiquo*, ſeu *Antiqua ſequor*, nota in ſuffragiis, quando lex a magiſtratu rogata reiiciebat. *Roſin.* Antiq. Rom. VI. 14. In denario g. Caſſiae, inſcripto LONGIN.IIIV.vir togatus ſt. tabellam tenet, quam in vrnam, ſeu ſitellam infra poſitam iacit, in qua tabella littera A, vel inuerſa V, quae iuxta *Vrſinum*, *Patinum*, aliosque *Abſoluo* indicat, *Spanhemio* autem T. II. p. 199. *Antiquo* placet. Iuxta *Vaill.* Fam. I. p. 241. et *Liebe* Goth. Num. p. 224. non littera A ſed V. *Vti* vel *Vtique* in ea tabella legitur, conſentiente *Morellio* Theſ. Fam. Caſſiae p. 77.

A. *Antiſtius*, nomen gentis. L. A. FAVSTVS. *Lucius Antiſtius Fauſtus*. n. Vticae. *Morell.* Theſ. Fam. p. 124.

A. Ἀντωνίνου, *Antonini*. Ι. Μ. Α. Κ. Γ. Ἰουλία Μήτηρ Ἀντωνίνου καὶ Γέτας. Iulia Mater *Antonini* et Getae.

A. *Antoniniana*, *Antoninianum*. AEL. MVNICI. COIL. A. *Aelium Municipium Coillutanum Antoninianum*. — C. A. O. A. F. *Colonia Antoniniana Oea Auguſta Felix*. — C. I. C. A. A. P. *Colonia Iulia Corinthus Auguſta Antoniniana Pia*.

A. *Antonius*. M. A. *Marcus Antonius*. A. GORDIANVS, *Gord. Pius*.

A. *Apamea*. C. I. C. A. *Colonia Iulia Concordia Apamea*. *Zaccar.* Inſt. Num. p. 250.

A. *Apollo*, *Apollini*. A. A. *Apollini Auguſti*. — ACT. A. *Actiacus Apollo*.

A. *Appius*. IMP. C. A. CLAVD. CENSORINVS AVG. *Appius Claudius Cenſorinus*. Golz. Triſtan.

A. *Aquileiae*. AS *Aquileiae Signata* moneta. — S. M. N. A. *Signata Moneta Noua Aquileiae*.

A. AP. ΑΡΑΔΙΩΝ. vid. *Aradus* Phoeniciae.

A magnum, vel ΑΡΚΑΔΙΩΝ in n. *Arcadiae* Peloponneſi.

A. AP. APX. APXO. APXON. APXONT. Ἀρχοντος, *Archontis* magiſtratus vrbium Graecarum. ΕΠΙ ΕΥΓΕΝΕΤΟΥ Α. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ, *Sub Eugenete Archonte Philadelphenſium*. n. Commodi. etc.

A. *Arelate* in Gallia Narbonenſi, vbi procurator monetae Arelatenſis.

A. *Argentum*. A. A. A. F. F. *Auro*, *Argento*, *Aere*, *Flando*, *Feriundo*. — A. N. TR. *Argentum Nouum Treuirenſe*. forte — A. P. *Argento Publico*. --- IIII. VIR. A. P. F. *Quatuoruiri Argento* (Auro) *Publico Feriundo*, vel *Quartumuir Argentum Primus Flauit*. — A. PV. *Argento Puro*, vel *Publico*, vel *Punico*. vid. A. PV. infra.

A magnum in medio alterius partis n. Ἀργείων, *Argiuorum*. *Wachter* Archaeolog. Num. p. 74. — A intra coronam formae inſolitae. — A magnum ſupra AP. — A magnum infra quod ΕΠ. *Epidauriorum* in monogrammate. In aliis AP. vel ΑΡΓΟΣ.

A infra pegaſum volantem. n. *Argorum* Acarnaniae.

A. Ἀρίστων, *Optimorum*, titulus ciuium Nicaenorum.

A. *Armenia*, P. CANIDIVS CRASSVS LEG. A. P. *Legatus Armeniae Prouinciae*. *Vaill.* Fam. I. 105.

A. *Aroe*. COL. A. A. P. vel PATR. et PATRENS. *Colonia Auguſta Aroe Patrenſis*.

A. Ἄρτεμις, *Diana*, pone labyrinthum, n. Cnoſſiorum.

A. *Aſiae*. Incertus eſt *Spanh.* II. 178. an M. BARBAT. PROPR. A. *Aſiae* vel *Achaiae* Propraetor deſignetur.

A. Ἀσίας, *Aſiae* prouinciae.

A. *Aſia*.

A. *Aſia*. C. A. R. *Colonia Aſia Regia*. *Zaccar*. Inſt. Num. p. 254.

A. AC. ACY. ACYA. Ἄσυλος, Ἀσύλω. *Aſylus, i*, vel *Inuiolatus, a, ae* vrbis, refugii ſacro iure gaudentis. IE. A. Ἱερὰ Ἄσυλος, *Sacra Inuiolabilis*. — IEEA litteras in n. Aradorum *Liebe* interpretatur: Ἱερᾶς Ἐλευθέρας Ἀσύλου, *Sanctae, Liberae, Inuiolatae* vrbis — ΚΑΠ. I. A. A. *Capitoliados Sacrae Inuiol. Antonomae*.

A. AΘ. Ἀθηνᾶ, vel, Ἀθήνη, *Minerua*, vel *Athenae* vrbs Attica. v. *Athenae*.

A. *Auctoritate*. C. A. P. R. *Cenſus Auctoritate* (al. *a*) Populo Romano.

A. *Augur*. ANTON. IMP. A. *Antonius Imperator Augur*. — P. A. *Primus Augur*. — X A. *Augur, Decemuir*.

A. vel *Augur*, vel, *Auguſtalis* in n. Vticae municipii explicari poteſt C. CASSIVS FELIX A. vterque in municipiis et coloniis perhibetur.

A. *Auguſta*. ANNIA FAVSTINA A. — AQVILIA SEVERA A. — IVLIA PAVLA A. etc.

A. *Auguſta*, coloniarum epitheton. B. A. *Braccara Auguſta*. — C. A. *Caeſarea Auguſta*, Hiſpaniae Tarraconenſ. Saragoſſa, vid. *Salduba*. — C. A. intra lauream, *Caeſarea Auguſta* ad Panium Ituraeae, — C. A. A. P. vel PATR. et PATRENS. *Colonia Auguſta Aroe Patrenſis*. — C. A. BVT. *Colonia Auguſta Buthrorum*. — C. A. E. *Colonia Auguſta Emerita*. — C. A. I. *Colonia Auguſta Iulia*. — C. A. O. A. F. *Colonia Antoniniana Oea* vel Oeenſis *Auguſta Felix*, Africae litoralis. — C. C. A. *Colonia Caeſar Auguſta*. — C. C. A. A. *Colonia Claudia Auguſta Agrippinenſis*. — C. C. IL. A. *Colonia Caeſarea Illice Auguſta*. — C. C. I. H. P. A. *Colonia Concordia Iulia Hadrumetina Pia Auguſta*. — C. C. N. A. *Colonia Carthago Noua Auguſta*. C. F. A. FEL. CAES. METR. *Colonia Flauia Auguſta Felix Caeſarea Metropolis*. — C. G. I. H. P. A. *Colonia Gemella Iulia Hipponenſis Pia Auguſta*; vel C. G. IVL. H. A. P. *Colonia Gemella Iulia Hipponenſis Auguſta Pia*. — C. I. A. D. *Colonia Iulia Auguſta Dertona* vel *Dertoſa*. vid. DERTOSA. — C. I. C. A. A. P. *Colonia Iulia Carthago Auguſta Antiqua Pia*; ſiue *Colonia Iulia Corinthus Auguſta Antoniniana Pia*. — C. I. I. A. vel C. I. IL. A. *Colonia Immunis Illice Auguſta*. — COL. A. A. PATR. *Colonia Auguſta Aroe Patrenſis*. — COL. F. I. A. P. BARCIN. *Colonia Fauentia Iulia Auguſta Pia Barcino*, ſiue *Barcellona* Hiſpaniae. — C. O. P. I. A. *Colonia Octauanorum Pacenſis Iulia Auguſta*. — C. P. F. A. FEL. CAES. METR. *Colonia Prima Flauia Auguſta Felix Caeſarea Metropolis*.

A. *Auguſti*, A. A. *Apollini Auguſti*. — I. A. *Indulgentia Auguſti*. — P. A. *Pietas Auguſti*. S. A. — *Salus Auguſti*; in aliis, *Securitas Auguſti*; in aliis *Spes Auguſti*.

A. *Auguſto*. C. LEON. P. A. MVLO. A. *Conſtantinus Leoni Perpetuo Auguſto Multos Annos*. — IMP. CAES. M. AVR. CLAVDIO A. *Claudio* Gothico *Auguſto*.

A. *Auguſtum*. C. P. C. A. S. D. D. *Coloniae Patrenſis Ciues Auguſtum Salutant Decreto Decurionum*.

A. *Auguſtus*. ANTONINVS PIVS A. *Auguſtus*. (Caracalla) — A. R. P. C. A. *Alter Rei Publicae Conſtituendae Auguſtus*, forte, — D. N. IVSTINIANVS P. F. A. *Dominus Noſter Iuſtinianus Pius Felix Auguſtus*. — IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. A. *Gallienus*. — I. A. Imperator *Auguſtus*

ſtus. — IMP. CAES. TRAIAN. DECIVS A. *Fr. Decius.* — P. A. *Pius Auguſtus*, vel *Perpetuus Auguſtus.* — PER. A. *Perpetuus Auguſtus.* — P. F. A. *Pius Felix Auguſtus.* — P. F. TR. A. *Pius Felix Triumphator Auguſtus.* — P P. A. *Perpetuus Auguſtus.* n. Heraclii Mauritii, Phocae.

A. *Aulus* praenomen. A. ALB. *Aulus Albinus*, praenomen et cognomen, omiſſo nomine Poſtumii. — A. CAE. *Aulus Caecina*, praenomen et cognomen. — A. F. A. N. *Auli Filius, Auli Nepos.* — A. M. GEMELLVS F. C. *Aulus Memmius Gemellus Fieri Curavit.* — A. POST. *Aulus Poſtumius.* — A. VERGILIV. A. F. *Aulus Vergilius, Auli Filius.* — A. VITELL. vel VITELLIVS, *Aulus Vitellius.*

A. Ἄυιος. *Auius*, ΕΠΙ Α. ΓΕΣΣΙΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ, *ſub Auio Geſſio Aezanitarum.*

A. *Aurelia.* C. A. P. MET. SID. *Colonia Aurelia Pia Metropolis Sidon.* — C. P. F. A. FEL. CA. METROPOL. *Colonia Prima Flavia Aurelia Felix Caeſarea Metropolis.* Æ. Alex. Seu. — C. I. A. *Colonia Iulia Aurelia*, ſic *Sinope* ex mente *Vaillantii*; at *Froelich* Adpend. N. p. 52. *Auguſta, Zaccar.* Inſt. Num. p. 246. ſq.

A. *Aurelius.* IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG. *al.* IMP. C. M. A. VAL. etc. *Val. Maximianus.* — C. M. A. VAL. MAXENTIVS etc. *Maxentius.*

A. *Auro.* A. A. A. F. F. *Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo*, nota monetalium virorum Romae. — A. P. F. *Auro Publico Feriundo.* al. *Argento* etc.

A. Ἀυγυστὴ, *Auguſta*, vxoris Imp. etiam vrbis epitheton.

A. Ἀυγυστὸς. *Auguſtus*, vt Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC Α. *Alexander* Seuer. etc.

A. ΑΥ. ΑΥΛ. Ἄυλος, Ἄυλω, *Aulus, Auli* praenomen magiſtratus. Α ΜΙΝΔΙΟΣ ΒΑΛΒΟΣ, *Aulus Mindius Balbus.* — ΕΠΙ CΤΡ. Α. ΦΛΑΚΚΟΥ, *Sub Praetore Aulo Flacco.* — ΕΠΙ. Α. ΝΟΒ. ΡΟΥΦΟΥ, *Sub Aulo Nobio Rufo.*

A. Ἀυρήλια. *Aurelia.* A. M. O. *al.* O. M. A. ΕΔΕΣΣΑ, *Aurelia Macriniana Opeliana Edeſſa.*

A. Ἀυρήλιος, *Aurelius.* A. K. M. A. ΚΑΡΙΝΟC, *Imp. Caeſ. Marcus Aurelius Carinus.* — ΚΑΡΟC, *Carus.* — ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟC, *Numerianus.* — ΟΥΑ. ΜΑΞΙΜΙΑΝΟC, *Val. Maximianus.* — ΤΑΚΙΤΟC, Tacitus. — ΑΥ. Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ, *Caracalla.* — Α. Κ. Μ. Α. ΑΝΤ. ΚΟΜΟΔΟC vel Μ. Α. ΚΟΜΜ. *Commodus.* — Μ. Α. CΕ. vel ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΜΑΡ. Α. C. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC CΕ *Alexander Seuerus.* — ΑΥΤ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC, *Elagabalus* etc.

A. Ἀυτοκράτωρ, *Imperator*, frequens abruptio, e. c. Α. Κ. Ι. ΟΥΗΡΟC ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC c. *Maximinus.* — Α. Κ. Λ. ΑΥ. ΚΟ. ΗΡΑΚΛΗC, *Commodus* cum Herculis cognomine. Α. Κ. Λ. ΟΥ. CΕΒΑCΤΟC, *Lucius Verus.* — Α. Κ. Λ. CΕΥΗΡΟC, *Seuerus.* — Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC, *Gordianus.* — Α. Κ. Μ. Α. ΚΑΡΟC. — ΚΑΡΙΝΟC. — ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟC etc. v. A. Ἀυρήλιος. — Α. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC, *Alexand. Seu.* — ΠΡΟΒΟC. *Probus.* — Α. Κ. Μ. Ι. ΦΙΛΙΠΠΟC, *Philippus.*

A. Ἀυτονόμου, *Propriis Legibus*, ſeu ſuo iure vtentis populi vel vrbis. ΚΑΠ. Ι. Α. Α. *Capitoliados Sacrae, Inuiolabilis, Suis Legibus.*

A. nota numeralis ἄς, μία, ἕν. *Vnus, a, um*, vel ἅπαξ, *Semel*, vel in plurimis numis πρώτη, πρώτης, πρώτῃ, πρώτων, πρώτας, *Prima, Primae, Primo* anno, *Primorum* vrbis, vel populi titulus, *Primum*, vel *Primus* vice magiſtratum gerens, vbi plerumque articulus τὸ additur, ΤΟ Α, idem ac τὸ πρῶτον, *Primo.* — Quoties in numis occurrit A littera pro

pro *Primo* ſumi debeat, docet quidem *Harduin.* Sel. Opp. p. 132. ſed in numis Caeſareae Palaeſtinae cuſis, *Prima Flauia* non littera A, ſed adſcripto, aut integro nomine PRIMA, nempe COL. PRIMA FL. vt in Traiani, Antonini Pii, M. Aurelii, aliisque Caeſarianis numis; aut quandoque ſola littera Romana P. vt COL. P. F. vel P. FL. AVG. CAESAR. aut cum duabus interdum litteris PR. nempe COL. PR. F. ſignatum legitur. Quomodo etiam ibidem p. 39. 343. 637. ſub nomine Eumenii Pacati duos protulit Graecos numos inſcriptos: ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ Η ΠΡΟ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ, aut Η ΠΡΟ Σ ΣΕΒΑΣΤΩΝ, ἡ Πρώτη Σεβαστὴ Σεβαστῶν, quos explicat: *Caeſarea Prima Auguſta Auguſtorum.* De quibus numis conſuli poteſt *Noriſii* Paraeneſis. — Similiter A. A. P. *Prima Auguſta Patrenſis;* ſed rectius: *Aroe Auguſta Patrenſis.* — Vrbis *primatum* indicat inſcriptio numorum: ΕΜΙ. ΚΟ. ΜΗ. ΜΕϹϹΟΠ. Α. *Emiſae Metropoleos Meſopotamiae Primae*, vt *Carrhae* vrbs Δ. Δευτέρα, *Secunda.* — A. M. vel A. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ, *al.* M. A. *Prima Metropolis.* ϹΑΡΔΙϹ ΑϹΙΑϹ ΛΥΔΙΑϹ ΕΛΛΑΔΟϹ Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. *Sardis Aſiae, Lydiae, Helladis Prima Metropolis.* v. *Sardes.* — A. M. K. πρώτη Μητρόπολις Κιλικίας, *Prima Metropolis Ciliciae*, vel Πρώτη Μόνη Κιλικίας, *Prima Sola Ciliciae.* ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΕΝΔΟΞ. ΜΗΤΡΟΠ. Α. Μ. Κ. vid. *Anazarbus.* — ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Α. Μ. Κ. in Tarſenſium numis alii aliter exponunt. *Froelichio* p. 317. prae ceteris placet Ἀμφοτέρων Κιλικιῶν, *Vtriusque Ciliciae*; nec tamen praetermittenda eſt illa opinio, quae ſuadet legendum Πρώτη Μόνη Κιλικίας, *Prima Sola Ciliciae* metropolis *Tarſus*, vid. A. M. K. — ΕΦΕϹΙΩΝ Α ΑϹΙΑϹ, *Epheſiorum Primorum Aſiae.* v. *Epheſus.* — ΕΦΕϹΙΩΝ Α. Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Epheſiorum Primorum Neocororum.* v. ΕΦΕϹΙΩΝ. — ΝΕΩΚ. Α. *Neocora Primum.* — ΕΦΕϹΙΩΝ Α. ΚΑΤΑΠΛΟΥϹ, *Epheſiorum Primus Adpulſus.* v. ΚΑΤΑΠΛΟΥϹ. —

A ω vel A ☧ ω, πρῶτος, ἔσχατος, *Primus*, *Vltimus*, ad latus monogrammatis Chriſti eum notat, qui iuxta Ioannis Apocalypſin I. 11. omni principio prior eſt, atque antiquior, ſimulque arguit, hosce Imperatores, quorum in numis viſuntur Aω litterae coniunctae, omnem in Chriſto poſuiſſe ſalutem. — ΑΡΧ. Α. Ἀρχιερεῖ πρώτῳ, *Pontifice Primo*, vel ΑΡΧΙΕΡ. Α. ΤΟ Β. *Pontifex Primus et Iterum;* frequentior ΑΡΧ. Α. vel ΑΡΧΩΝ Α. Ἄρχων πρῶτος, *Argon Primus*, ſiue Ἄρχοντος πρώτῳ, *Archonte Primo.* Legitur et Α. ΑΡΧ. *Primo Archonte*, vel ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. et ΑΡΧΟΝΤΟϹ Α. ΤΟ Β. *Archonte Primo* vel *Primario Iterum.* — ΥΠΑ. et ΥΠΑΤΟϹ ΤΟ Α. *Conſul Primum.* n. Antiochiae Syriae.

A. *anni primi* indicium. ET. A. vel ΕΤΟΥϹ Α. in aliis L. A. et LA ſiue A. A. Λυκάβας πρῶτος, *Annus Primus.* vel Λυκάβαντος πρώτῳ, *Anno Primo.* — ΙΕΡΑΠΟΛΕΙ. Α. *Hierapolitarum* Phrygiae Anno *Primo.* — ΕΤΟΥϹ ΙΑ. ſiue Α. ΙΑ et L. ΙΑ. Λυκάβαντος ἑνδεκάτου, *Anno Vndecimo* etc. — A in M. Oppii Capitonis numis ad denotandum annum eſſe *Primum* adminiſtrationis prouinciae ſeu praefecturae claſſis: M. OPPIVS CAPITO PROPR. PRAEF. CL. in imo A. — Solitaria autem A in area vel intra coronam in n. Cyrrhi et Hieropolis imperii annum non notat.

A. officinae monetariae vel monetarii nota in ſubſignationibus. e. c. ANT. A. *Antiochiae* in officina *Prima.* — APLC. *Prima* in monetariorum fabrica *Percuſſa Lugduni.* — ASIS. vel A SISC. *Prima* in officina *Siſciae.* — A TREV. *Treueris* in officina *Prima.* — CONS. A. *Conſtantinopoli* in *Prima* officina. — CONS. P. A. *Conſtantinopoli Percuſſa* in officina *Prima.* — ΚΥΖ. Α. *Cyzici* in *Prima* officina.

A. in area numorum atque in eorum ſubſignationibus, vt AA in numo Taciti. — AC in area n. Aureliani. — A CON. ſubſignatae litterae

terae n. Gratiani. — ARA in ſubſignatione n. Cari. — ALVC in area et ſubſign. eiusdem Cari. — ANVS litterae ſubſignatae n. Claudii Gothici. — AQΓ. ſubſign. n. Gal. Maximiani. — AQS et AQT. n. Maxentii etc. A SMSXXI in area et ſubſignatione n. Numeriani et Magniae Vrbicae. — A XXI in ſubſign. n. Floriani et Cari, pariter etiam in area Probi. — AXXIR ſubſignatae litterae in Floriani numis, vid. *Litterae*.

A. in area n. Aenian. Theſſaliae, Alexandri I. Syr. regis, Antiochiae Syriae, Arſacis XXVII. regis, Beroeae Syriae, Chalcidis Syriae, Conſtantii Chlori, Conſtantii Iunioris, Conſtantis, Decentii, Gortynae Cretae, Licinii Sen. Magnentii, Meſſaliae Galliae Narbonenſis, Metaponti Lucaniae, Philiſtidis reginae Siciliae, Pyrrhi regis Epiri, Rhodiorum, Tarenti Calabriae, Terinaeorum et Thuriorum Bruttiae, Valentin. I. Vetranionis, Vrbicae etc.

A. ſuperne poſita littera in n. Heracleae Acarnaniae, Veliae Lucaniae, etc. — A. in vertice et EM in imo indicantes annum *Primum* imperii Tiberii et annum 45. vrbis Antiochiae Syriae.

A. pone Palladem ſt. n. Locrorum.

A. ad caput Apollinis laur. n. Thuriorum.

A. inferne ſignatum in n. Athenarum, Calen. Campaniae, Iſtri Moeſiae Inferioris, Oppii Capitonis, Syracuſarum, Veliae Lucaniae, etc. — A. infra Iouis caput n. Cnoſſi Cretae. — A. infra pegaſum volantem n. Argorum Acarnaniae. — A. inter crura aquilae fulmini inſiſtentis, n. Ptolemaeorum.

A. Dorum more pro Η in numo Thraciae regis apud *Patin.* ad Sueton. vit. Tiber. c. 37. inſcripto: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΑΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ, in aliis eius numis: ΡΗΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ, *Regis Rheſcuporidis*. — ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΣ et ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ, loco ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΗΣ, et ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΗΣ. n. Cauloniae, et Crotonis. — Similiter in Tyrorum numo Α. ΙΕ. ΑΣΥ. loco Η ἱερὰ ἄσυλος, *Sacra Aſylus. Vaill.* Hiſt. Syr. p. 319. Η vero pro Α poſitum in n. Magneſiae ad Meandrum: ΔΗΜΕΟΥ pro ΔΑΜΕΟΥ, *Dameae* ſcribae nomen. — In n. Lucillae, Commodi et Caracallae: ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ loco Βαργυλιατῶν.

A in quibusdam vetuſtiſſimis numis ſignatur Λ. cf. Eduard. *Bernardi* Tabula, Oxon. edit. 1689. qui talem litterae Λ. pro Α et C pro Σ figuram dicit A. C. N. annis 500 in vſu fuiſſe.

A loco Λ in vocabulo ΚΟΑΩΝ. pro ΚΟΛΩΝ. in n. Alexandri Seueri ab Antiochenis Syriae inſcripto: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝΙ. ΜΗΤΡΟ ΚΟΑΩΝ. — A vt Λ formatum. cf. *Reineſ.* Syntagm. Inſcr. Claſſ. VIIII. n. 29.

A interdum Dorice occupat locum τῦ Ω, inprimis in fine nominum populorum, vt ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ, pro Ἀπολλωνιατῶν, *Apolloniatarum*. — ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΑΤΡΟΠΟΛΙΤΑΝ, *Heracleotarum Metropolitarum*. — ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ, *Cauloniatarum* apud *Magnan*. — ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ, *Crotoniatarum*. *Ibid.* — ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ, *Cydoniatarum* Cretae in numis Tiberii et Claudii; in aliis vero ΚΥΔΩΝΙΑΤΩΝ. — ΤΑΥΡΟΜΙΝΙΤΑΝΑΝ, *Tauromenitanorum*. *Dorvil.* Sicul. Tab. X. n. 5. p. 372. vid. *Dorica Dialectus*.

A in Ω ex monetarii erronea ſubſtitutione in *Froelichii* Adpendicula p. 295. ad numos Graecos ΔΙΩΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC pro ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC.

A in V ſculptoris lapſu mutatum in Treboniani Galli apud *Bandurium* numo: APPOL. SVLVTARI loco SALVTARI. *Froelich.* 4. Tent. p. 378.

A loco

A. loco V, vti IVLIAS pro IVLIVS. n. Maioriani DN. IVLIAS MAIORIANVS P. F. AVG. *Bandur.* II. p. 590. — IVVENTAS n. M. Aurelii. v. IVVENTAS.

A *geminum* in antiquis aliquot numis producti vicem obtinet, vt VAALA, VAARVS pro *Valo, Varus*. in denariis Corneliae gentis, quo liquet, quam vere ſit alicubi a Quintiliano Inſt. L. I. c. 7. monitum, vocalem producendam Romanos olim geminaſſe. *Lipſ.* Dial. de Pronunt. Linguae Lat. p. 6.) *Spanh.* I. 121. vid. *Additio.*

A *omiſſum* VLERIANVS NOB. CAES. loco VALERIANVS. *Band.* I. 265. — REIPVBLICE pro REIPVBLICAE. — Aut τὸ A in P vel Π comprehenſum in Caracallae aer. I. ΤΡΠΕΖΟΥΝΤΙΩΝ pro Τραπεζουντιων, *Trapezuntiorum. Froelich.* 4. Tent. p. 279. 378. — Ex omiſſione litterae cronea deeſt A in voce KPPH. loco ΚΑΡΡΗνων, *Carrhenorum* Meſopotamiae: ΚΟΛΩ. Θ Є IΩ N ΑΥΡΗΛ. ΚΡΡΗ. *Colonia Diuorum Aureliorum* ſc. M. Aurelii et L. Veri fratrum. — Similiter ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. vid. *Philadelphia* Lydiae. — TPAINOC loco TPAIANOC. n. Hadriani ab Alexandrinis Aegypti. — VG. pro AVG. n. Alexandriae Troadis. M. AVR. S. ALEXANDR. VG. *Alex. Seuer.*

A. A. *Apollini Auguſti.*

A. A. *Ἄσυλος Αὐτονόμος, Inuiolabilis, ſui Iuris*, vrbis, vel populi. ΚΑΠ. I. A. A. *Capitoliados Sacrae, Inuiolabilis, ſuis Legibus* vtentis.

A. A. in ſubſignatione et area numorum Taciti. — COL. A. A. HAMET. n. Treb. Galli. *Band.* I. 78.

A. A. *duo Auguſti.* COMITI AAVVGG. Gal. Maximin. *Vaill.* Praeſt. I. 285. — Ead. ep. in Æ. Licinii et Conſtant. M.

A. A. A. *Auguſti tres.* AAAVCCCC. in Æ. Conſtantini Iun. inſcripto: VICTORIA AAAVCCCC. in *Muſ. Pembrok.* P. I. Tab. XXVII. n. II. — DDD NNN AAA VVV GGG. n. Heraclii etc. *Bandur.* II. 686. — AAAAVGGGG. v. VICTORIA.

A. A. A. F. F. *Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo.* Frequens triumuirorum monetalium nota, quorum officium erat, curare, ne numus adulterinus conflaretur, nec pondus minuendo, nec materiam viliorem admiſcendo, nec denique aliam pro alia ſubſtituendo. Quorum characterum ſollemni inſcriptione triumuiri monetales, quaſi ſeſe ſponſores tradebant aequitatis monetarum ſua auctoritate procuſarum. Hinc quoque typus monetae tres deas ſtantes repraeſentabat, trutinas tenentes, quarum prima aureis, ſecunda argenteis, tertia aereis ſignandis conſecrata; immo ante pedes trium figurarum conſpiciuntur tres colliculi metallorum auri, argenti, aeris.

A. A. DE. *Ad Aerarium Detulit.*

A. A. E. inferne poſitae litterae in n. Maſſaliae Galliae Narbonenſis.

A. A. P. *Auguſta Antiqua Pia*, vel *Auguſta Antoniniana Pia.* vid. C. I. C. A. A. P.

A. A. P. vel PATR. *Auguſta Aroe Patrenſis. Zaccar.* Inſt. Num. p. 247.

Aaronis virga, amygdalas ferens, cum inſcriptione: *Ieruſalem Sancta*, in ſiclis Ebraeorum frequens. Verſus aliis oleae ramus.

A. ACIAC, *Primorum Aſiae.* vid. *Epheſus.*

AAVVGG. *Auguſtorum* duorum, in rariſſimis Licinii et Conſtantini M. aereis. Sol ſeminudus capite radiato ſt. d. globum, ſ. flagrum, c. epigr. COMITI AAVVGG. — Ead. ep. n. Gal. Maximin. *Vaill.* Praeſt. I. p. 285.

AB. in monogrammate n. Morgantii Siciliae.

AB. et ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ, *Abderitarum*. v. *Abdera* Thraciae.

AB. Ἀβυδηνων. Abydenorum. vid. *Abydos* vrbs Aegypti; vel

AB. Ἀβυδηνων. v. *Abydus* Helleſponti in numis Ptolemaeorum, ex *Vaillantii* ſententia, ſed incertae ſunt litterae.

AB. monogrammate nexae litterae n. Demetrii I. Syriae regis. *Haym*. Th. Br. I. Tab. 5. n. 2.

A. B. Ἀντιοχέων Βουλὴ, *Antiochenſium Senatus*, forte.

ABA. dimidiata *Abacaeninorum* Siciliae inſcriptio, quae in aliis ABAK. ABAKAIN. ABAKAINI. et cum integro populi nomine ABAKAININΩN legitur.

ABACAENUM, Gr. Ἀβακαῖνον πόλις Σικελίας. *Suidas*. Abacaeninorum monumenta pauca nimis et obſcura ſunt in hiſtoriis. Ciuitatis ſitum contra Th. Fazelli ſententiam Phil. *Cluuerius* Sicil. Antiq. L. II. c. 12. p. 386. ſeq. et Vitus *de Amico* Lexic. Topograph. Sicil. Vol. III. p. 9. in Siciliae ſeptentrionali plaga prope hodiernum *Tripim* locarunt. Rudera ibi proſtratae vrbis, quae adhuc, teſte ipſo Fazello, ſuperſunt, ſatis eam amplam, magnique ambitus fuiſſe, demonſtrant. — Eius numi neque *Parutae*, neque eius editoribus *Agoſtinio*, et *Maierio*, innotuere, et quem edidit *Hauercamp.* Tab. CXVIII. et CXXI. Selinuntinis attribuit. Nonnullos vero noſtra in apricum protulit aetas, qui partim a *Burmann.* ad Doruill. Sicul. II. p. 417. ſeqq. editi, omnes autem exhibentur in *Torremuzzae*, Sicilia Num. Tab. II. n. 1 — 12. Et quidem 1. ad 3. Caput Iouis oleagina corona redimitum.)(ABAK. *al.* ABAKAIN. dimidiata populi nominis inſcriptio. Aper, ſiue melius domeſtica ſcrofa, ante quam glans. Æ. 4. inter obuios accenſendi. vid. Scrofa. — 4. ABAKAINI. populi nomen dimidatum in vtraque numi facie; hinc ABAK. idemque Iouis caput, illinc AINI, eademque ſcrofa. Æ. 4. obuius. Editus in *Pellerin.* Epiſtol. Tab. 4. et in *Pancrat.* Antiqq. Sicul. Tom. II. p. 45. — 5. 6. fere ſimiles, cum ſimili dimidiata inſcriptione, ſed ſitu litterarum diuerſo, aliquanto rariores, quam praecedentes AR. 4 — 7. 8. Iouis barbati caput nudum, et ſine corona.)(ABA. Aper Erymanthius, vel ſcrofa. AR. 4. obuii. *Burmann* ad *Doruill.* Sicul. II. Tab. XIII. n. 5.) *Paruta* Tab. CXVIII.) *Eckhel.* Cat. I. p. 32. — 9. Caput muliebre.)(*Ead* AR. 4. non vulgaris. 10. Caput muliebre diſperſis crinibus.)(ABA. Scrofa cum filio adſtante. AR. 4. RR. — 11. 12. Caput muliebre diuerſo ornatus genere.)(Dimidium corpus tauri cum integro populi nomine ABAKAININΩN. Æ. 3.

ABAITΩN, *al.* ABBAITΩN. *Abbaetorum* Myſiae. v. ABBA.

ABAK. ABAKAIN. ABAKAINI. ABAKAININΩN. vid. ABACENVM.

A. ΒΑΣ. Ἀντιπάτρου Βασιλέως, *Antipatri Regis* Macedoniae, forte. *Froelichio* Not. Elem. p. 142. videtur *Antigonus* II.

ABACCHNΩN, *Abaſſenorum*. Vrbs

ABASSUS Phrygiae maioris apud *Liuium* L. VIII. *Cellar*. Orb. Antiq. II. p. 144. ad Toliſtobogiorum fines, Æ 2. mumum Sept. Seuero percuſſit inſcriptum: ATT. KAIC. A. CEΠ. CEOTHPOC CEB. Caput laur)(

)(ABACCHNΩN. Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes aquila. *Vaill.* Num. Gr.

ABBA, vrbis nomen apud neminem geographorum reperitur. Epigraphe numi Æ ab *Haymio* Th. Br. II. Tb. 9. n. 3. vulgati indicat, populum fuiſſe Myſiae. Caput in eo Herculis iuuenis rictu leonis tectum.)(ΜΥΣΩΝ ΑΒΒΑ. Intra coronam quernam, claua cum exuuiis. In alio Æ apud *Haym.* l. c. n. 2. Caput barbatum et diadematum, quod ob fulmen alatum poſticae Iouis potius, quam conditoris vrbis habet editor. In area legitur ΜΥΣΩΝ ΑΒΑΙΤΩΝ cum vnica littera B, ſpatium aliquod vacuum ſuſpicionem mouet, alteram B aetate fuiſſe coroſam. Oppidumne idem cum Abaſſo eſſe? *Ibid.* p. 92.

ABDERA, Diomedis ſoror, vrbem *Abderam* in Thracia condidit, atque a ſe vocauit, auctoribus *Mela* L. II. c. 2. et *Solino* c. 11. — Huius Abderae protome intra quadrum alte incuſum, eiusque crines vitta coerciti.)(Iupiter ſedens, d. haſta nititur, aduolante eius comite aquila. AR. 3. illiteratus, editus a *Neumann.* Num. Pop. Tab. 4. n. 1. p. 112. 113.

ABDERA, Gr. Ἄβδηρα, Thraciae antiquiſſima et potentiſſima vrbs in ora maris Aegaei ad amnem Neſſum, quam *Mela* a ſorore Diomedis, alii ab Hercule in Abderi, amati ab illo, memoriam conditam referunt, quos *Stephanus* ſecutus eſt; vel ab Abdero ipſo condita, quem Diomedis equi diſcerpſerunt. Numiſmata priori ſententiae certius, quam poſteriori ſuffragantur. — Collapſam Clazomenios colonia reſtituiſſe, *Solinus* auctor eſt c. 10. quod iterarunt Teii, vt *Strabo* narrat L. XIV. p. 443. Ciuitas libera *Plinio* L. IV. c. 11. — Patria fuit Democriti aliorumque clarorum hominum, qui inde *Abderitae* cognominantur. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 1058. — Grandis aeui eſt Abderae numus argenteus, in quo protome fundatricis Abderae, conf. *Neumann.* Tab. 4. n. 1. — Alium promulgauit *Pellerin* Rec. T. I. pl. 33. n. 7. in quo ſolae litterae A. K. initiales, quam epigraphen ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ, *Golz.* Graec. Tab. 25. n. 9. prodit. — Gryphus d. pedem eleuans.)(Quadrum, de quo *Neumann.* p. 113. — Gryphus, ſedens, in area folium hederae vt videtur.)(ΕΚΑΤΑΙΟΣ, *Hecataeus.* Aquila volans intra quadratum. AR. 1. Editus ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 4. n. 15. qui p. 53. de Hecataeo diſſerit. — ΑΒΔΗΡ... Gryphus.)(.. ΟΛΥΚΡΑΤΗΣ, *Polycrates.* Vir nudus ſt. ſ. arcum cum ſagitta praetendit, d. corollam, ad pedes hinnulus. AR. 2. *Eckhel* ibid. n. 16. — Gryphus ſedens.)(Quadratum incuſum. AR. 3. *Eckhel* Cat. I. p. 64. n. 1. — ΕΠΙ ΕΚΑΤΟΝΥΜΟΥ. Caput iuuenile nudum intra quadratum.)(ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ, *Abderitarum.* Gryphus ſedens. AR. 3. *Eckb.* ib. n. 3.) *Spanb.* I. p. 563. — ΕΠΙ Δ.... ΣΑΔΟΣ. Caput imberbe laur. in quadrato.)(eadem. AR. 3. *Eckhel* ib. n. 4.) *Theup.* p. 1243 — ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, *Sub Demetrio.* — Caput muliebre ligatis filo crinibus, in area Α.)(Iupiter ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam. AR. 3. *Eckhel.* ib. n. 6. Similis apud *Pellerinium* Rec. I. p. 192. — Caput imb. laur.)(ΕΠΙ ΠΑΥΣΑΝΙΩ, *Sub Pauſanio.* Gryphus. AR. 1. *Theup.* p. 1243. — ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. Cap. imberbe in quadrato.)(ΘΕ.... Gryphus et ſub eo claua. AR. *Theup.* ib. — *Aenei* huius vrbis autonomi rariores ſunt, ad quos referendi: Caput Iouis laur.)(ΑΒ. Gryphus, infra ΔΑΜΙ... Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 64.) *Ei.* Num. Vet. p. 54. n. 5. — ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. Caput radiatum Apollinis, vel Abderi conditoris, ſpecie diuinitatis, intra quadratum.)(Β. ΦΙΛΙ. *Regis Philippi.* Gryphus exſultans inter aſtrum ſolis et clauam Herculis. Æ 3. Editus in Sel. Num. de *Wilde* Tab. 8. n. 48. p. 74.

p. 74. — ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. Quadratum, in quo caput nudum.)(ΕΡΜΟ.... Gryphus ſedens, deſuper aſtrum. Æ Muſ. *Pembrok* P. 2. Tb. 37. n. 1. — Veſpaſiani et Titi: ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Cap. laur.)(ΤΙΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. *alii* legunt ΑΒΥΔΗΝΩΝ. Caput Titi. Æ 3. *Eckhel.* Cat. p. 64. — Titi et Domitiani: ΑΥΤΟΚ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Cap. Titi laur.)(ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. Cap. Domitiani. Æ 3. *Eckh.* ib. — Antonini Pii: ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. Caput Dianae, pone quod creſcens luna. Æ 3. *Eckh.* l. c.

ABDERA Hiſpaniae oppidum a Poenis conditum, *Stephano* Ἄβδηρα, *Straboni*, Ἄνδηρα, *Ptolemaeo*, Ἄβδαρα, ſed in n. Tiberii apud *Vaill.* Col. I. p. 63. ABDERA litteris, inter quinque templi columnas poſitis Latinis, quae arguunt, Hiſpaniae Abderae numum eſſe, non illius, quae fuit in Thracia, cuius numiſmata Graece ſunt inſcripta. Fuit ipſa quoque Φοινίκων κτίσμα, *Carthaginienſium Opus*, ex Strabone. Alia aliis hodie ciuitas videtur *Almeria*. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 74.

ABDERUS a quibusdam Abderae in Thracia vrbis ſtatuitur conditor, in cuius honorem agon gymnicus ab Abderitis celebratur et Apollinis caput in eorum moneta ſignatum eſt.

ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ, *Abderae Virginis*, in veteri Abderitarum Thraciae, quem *Golzius* Graecia Tb. 25. n. 9. adduxit, numo, in cuius antica, protome Abderae, diademato capite, intra quadratum.)(Iupiter ſeminudus ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam puram. Eundem heroidos, ſororis nempe Diomedis, numum poſt *Holſten.* ad Stephan. Not. p. 2. attigit quoque *Harduin.* Add. ad Num. Vrb. III. p. 560. et *Spanh.* II. p. 563.

ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ, *Abderitarum*. *Pembr.* II. l. 1. vid. ABDERA Thraciae.

ABDICATIO IMPERII poſt felix viginti annorum imperium Diocletiani et Maximiani Herculei Auguſtorum in numis conſignatur: PROVIDENTIA DEORVM. — QVIES AVGG. vel AVGVSTORVM. — REQVIES OPTIMOR. MERIT. — QIETATORI AVGG. vid. *ſuis locis*.

ABELIS nomen legitur in Æ max. mod. adulterino, vbi Cain, occiſo fratre ad aram, fugitiuus, c. inſcr. קין והבל. *Froelich* Annal. Syr. p. 91.

ΑΒΓΑ. ΑΒΓΑΡ. Ἄβγαρος, *Abgarus*, rex Edeſſae.

ΑΒΓΑΡΟϹ, *Abgarus*. Certiſſimum iſtorum Edeſſae in Meſopotamia regulorum nomen ex numis eſt ΑΒΓΑΡΟϹ, omiſſa nempe ex ΑΒΑΓΑΡΟϹ littera Α, quale apud Orientales etiam breuiſſimum datur, et vix enunciatur. *Dio Caſſius* L. 40. nomen cuiusdam Abgari, regis aetate M. Craſſi, exprimit Αὔγαρος ὁ Ὀσροηνὸς, non inſolita litterarum, υ, et β apud Graecos permutatione. *Xilander* in hunc Dionis locum notat: Regem iſtum apud Appianum ſcriptum haberi Ἄκβαρον, et *Valeſius* Not. ad Euſeb. addit: τὸ Ἄκβαρον Arabice ſonare idem ac *potentiſſimum*. — Notiſſimus eſt Abgarus ille, qui ſub Tiberio ad Chriſtum epiſtolam ſcripſiſſe inuitatoriam et reſponſum a diuino Seruatore accepiſſe perhibetur ab *Euſebio* Hiſt. Eccl. L. I. c. 13. — Vetuſtiſſimi Abgari regis Oſrhoënes memoria, exſtat apud Dion. Caſſ. L. XL. qui etiam cauſa erat cladis, M. Craſſo a Parthis illatae, anno LIII. ante Chriſtum. — Numi fere omnes aerei, plerique paruae, aut mediocris ſunt formae. Caput alicuius Auguſti, in cuius fidem erant recepti, ac titulum eius aduerſa ex parte, in)(caput regis, mitra conica gemmata decorum, et plerumque aſtrum exhibent; vel regem ſtantem coram Auguſto aliquo, vel regem equitem. In-

Inſcriptio capitis vtriusque Graeca eſt; Regis ita habet: ΑΒΓΑΡΟϹ ΒΑ- vel ΒΑϹΙΛΕΥϹ, aut ΒΑΣΙΛΕ. vel ΒΑ. ϹΙΛΕΥϹ ΑΒΓΑΡΟϹ. *Abgari* enim nomen regulis illis in eodem erat vſu, quam *Antonini* Romanis, *Ptolemaei* Aegyptiis, *Antiochi* Syriis, *Darii* Perſis, *Arſacis* Parthis. — Sub Septimio Seuero legitur cum praenominibus *Lucii* et *Aelii*, et gentili nomine *Septimii*: ΒΑϹ. Λ. ΑΙΛ. Ϲ Є Π. ΑΒΓΑΡΟϹ, *Rex Lucius Aelius Septimius Abgarus*. *Baudelot* Utilité des Voyag. II. p. 292.) *Spanb*. I. 535. ob honores ſibi Romae a Seuero habitos, in grati animi memoriam duobus ex illis Imperatoris nominibus adſumtis; additum *Aelii* nomen ſimiliter in numo apud *Baudelot* l. c. inſcripto: ΒΑϹΙΛΕΥϹ ΑΙΛ. ϹЄΠΤΙΜΙΟϹ ΑΒΓΑΡΟϹ, *Rex Aelius Septimius Abgarus*, quod antea vnus ex eius deceſſoribus ab Aelio Antonino Pio deſumtum nomen retinuit Abgarus, qui Seueri temporibus Edeſſae regnabat; niſi forte vtrumque illud *Lucii Aelii* praenomen a Lucio Aelio, M. Aurelii collega, deſumtum eſt — In Seueri quibusdam numis *Magnus* adpellatur: ΑΒΓΑΡΟϹ ΒΑϹΙΛ. ΜΕΓ. vel ΑΒΓΑΡΟϹ ΜΕΓ. ΒΑϹΙΛΕΥϹ, *Abgarus Magnus Rex*, non in ludibrium, vti *Triſtano* II. p. 82. videtur, ſed quod Edeſſenorum reges vulgo *Abgari*, h. e. *Magni* Arabum lingua vocarentur; eorum autem filii *Afgari* ſeu *Parui*, quam adſerit ſententiam *Spanb*. I. 536. — In numis Gordiani Pii, a Patino prolatis, tripliciter ſuam erga Rom. Imperatorem teſtatur gratitudinem Abgarus, tum eques, tum pedes, tum ad protomen. Triplex ille habitus denotat, Abgarum omni officiorum genere et in bello et in pace deuinctum. — Nullus ſcriptorum de Abgaris ante Claudium aut poſt Gordianum Pium mentionem fecit. Inueniuntur Abgarorum numi ſub Hadriano, M. Aurelio, L. Vero, Lucilla eius vxore, Commodo, Sept. Seuero, ac poſt interuallum ſub Gordiano Pio. Nam interea ſub Caracalla, Elagabalo, Macrino, Seu. Alexandro, nullae regulorum Edeſſae, ſed vrbis Edeſſenorum metropolis, et coloniae, ſeſe offerunt monetae, vti eſt poſt Gordianum. *Kbeuenbüller* Reg. Vet. Num. Tab. 3. n. 6. p. 116. vulgauit Commodi ineditam parui aeris, qui deſideratur in catalogo Abgarorum *Harduini*, *Bayeri*, aliorum. In illo ΑΥΤ. Κ. . . . ΚΟΜΟΔΟϹ, *Imp. Caeſ. Commodus*, eiusque caput laur.)(ΒΑϹΙΛΕΥϹ ΑΒΓΑΡΟϹ. Huius caput cidari tectum, barbato vultu. — Ceteros diuulgarunt, ac recenſent. Theophil. Sigefr. *Bayer*. Hiſtoria Oſrhoëna et Edeſſena ex numis illuſtrata. Petropoli 1734. 4.) *Eckbel* Cat. Vind. I. 257.) *Froelich* Notit. Elem. 216. ſq.) *Geſn*. Imp. Rom. Tb. 111.) *Harduin*. Opp.) *Haym*. Th. Br. II. Tb. 7. n. 3. p. 71.) *Muſel*. Reg. Tb. 10.) *Patin*. Imp. p. 192. 207. 227. 301.) Muſ. *Pembrok*. P. 2. Tb. 72. 1 - 6.) *Spanb*. I. 534. ſq.) *Theup*. 1221.) *Triſtan*. II. 82. 518. ſq.) Franc. *Wiſe* epiſtola ad Io. Maſſonium de numo Abgari regis. Oxoniae 1737. 4. recuſa in numorum ſcriniis Bodleianis reconditorum catalogo p. 299. ad 310.) Muſ. *Alb*. I. 112.) *Wilde*. 128. — De Abgarorum tiara, tunica et reliquo in numis habitu *Spanb*. I. 537. ſq.

ABN. *Abnepos*.

ABO. *Abolla*, Gr. Ἄβολλα, de qua *Stephanus* de Vrbib. *Abolla* vrbs Siciliae ignotior, gentile *Abollaeus* et *Abollaea* incerti ſitus fuit ciuitas. Sunt qui a nominis ſimilitudine non procul ab hodierna *Avola*, quod eſt ſatis amplum oppidum in Vallis Neti prouincia, et in ditione Syracuſanae dioeceſis. *Cluuer*. Sicil. L. II. p. 394.) *Ortel*. Theſ. Geogr. in *Abolla*. — Prodiit Abollenſium numus ex *Burmanno* inter Siciliae numos editos ad calcem Siculor. *Doruillii* ſub XX. n. 9. p. 494. ſq. et *Torremuzza* Sicil. Num. in Tab. II. hinc bos dimidius ſtans, illinc ABO. Vuae racemus. Æ 3. RR. Symbola, quae in eo ſunt expreſſa, bos videlicet et bo-

botrus vuae, agrum paſcuis opimis, ſoli fertilitate, et vini abundantia celebrem eſſe indicant. — Nullus huius vrbis fere incognitae apud *Parutam*; fruſtra etiam huius vrbis numum apud alios quaeras, niſi quod vnum Veſpaſiani c. epigr. ΑΒΟΛΛΑΙ-ΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ e *Golzio* proferat *Harduin*. Num. Pop. et Vrb. p. 1.

ABOLITA ſeſtertium nouies millies reliqua, eaque tam fiſco principis, quam pop. Romani aerario debita, remiſſa ab Hadriano, quod eius numi conſignant. v. RELIQVA. Abolita nempe, quod exuſtae fuerant, quae debitorum illorum fidem faciebant chartae, ſeu ſyngraphae, prout *abolere* eſt dictum de eo, quod flammis abſumitur, ſicut Tacitus Deorum aedes igni abolitas dixit. Poſteriori vero aetate *relaxare* vſurpatur de reliquis abolitis.

ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ vel ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ, *Abonotichitarum*. Abonotichus, ſeu *Aboni murus* vel caſtrum, nunc *Bolli* dicitur vrbs Paphlagonum in ora maris Euxini haud obſcura, Suidae τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος, e quibus duobus vocibus factum gentile numis expreſſum Ἀβωνοτειχίτης vel Ἀβωνοτειχείτης, ſicut vulgo promiſcue ι et ει. Vrbs illa erat patria callidi impoſtoris Alexandri, et ſedes praeclari oraculi *Gluconis* ſerpentis Aeſculapium referentis, quod praeclare illuſtrat numus a *Golzio* deſcriptus ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ ΓΛΑΥΚΩΝ ſeu verius ad ſimilis numi ac Luciani fidem ΓΛΥΚΩΝ. Duos diuulgauit *Spanhemius* T. I. p. 214. Antonini Pii ex aere numos, in quorum priori mediae formae duo ſerpentes, quorum alter iacentis caput lambit, aut ſugit, aut in aurem alterius ſibilat c. epigr. ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ. Poſterior eiusdem Antonini numus Æ 1. Gluconem capite humano ſeſe erigentem ſiſtit cum nominibus ΑΒΩΝΟΤΙΧΙΤΩΝ ΓΛΥΚΩΝ, *Abonotichitarum Glycon*. *Sponius* in libro ſermone vernaculo edito Recherches d' Antiquité p. 525. et *Harduin*. Num. Vrb. Ill. p. 130. addunt numum, qui ab iisdem Abonoteichitis, ſicut duo priores, eſt percuſſus, ſed qui *Ionopolitae*, mutato nomine iam vocarentur; quod praeſtigiator ille Alexander ab Imperatore flagitauerat. Eſt vero ille numus ſub L. Vero, cuius nomen et caput praefert in anteriori area, ſignatus, in poſteriori autem Glucon erectus et epigr. ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΓΛΥΚΩΝ, *Ionopolitarum Glycon*. vid. ΓΛΑΥΚΩΝ. — In aliis Abonotichitarum numis a *Vaill*. Num. Gr. prolatis conſpicitur Aeſculapius ſt. et Hygia. Æ. 1. Anton. Pii — Bacchus vel Palladis typus ſub habitu Bacchi, ſt. d. canthar. ſ. thyrſum, pro pedibus tigris. *Vaill*. Adpend. Gr. Tab. 5. — Fig. muliebris ſt. d. ſerpentem, ſ. cornucop. Æ. 3. M. Aurelii. — Nemeſis ſt. dextram verſus faciem admouens, ſ. c. c. Æ. Ant. Pii. — Serpens in varios gyros ſe contorquet. eiusd. Omnes hi inſcripti ſunt ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ. Abonotichitarum *aera* V. C. 803. poſt Chriſtum 50.

ABRAHAM patriarcha, de cuius pecunia diſſeruit: Io. Pet. von *Ludewig* Alterthum der Abrahamiſchen Traumünze und der Samaritaniſchen Buchſtaben, in deſſen gel. Anzeigen II. Th. p. 56. ad 67.) Chriſt. *Wanckii* moneta Abrahami ex antiquitate delineata. Zittav. 1703. fol. — De Abrahamo et Sara in Iudaeorum numis cf. *Liebe* Goth. Num. p. 142.

ABRVPTIO, quod plures litteras vel numi ratio, vel monetariorum incuria non admittebat. Epigraphe inde nominis, et titulorum, ſiue ſymbolorum inſcriptio poſticae partis aeque ac monetalium ſubſcriptio ſaepius ſub abruptione latet. Quarumdam vocum notas compendiarias ac ſiglas collegerunt: Eduard. *Corſin*. Notae Graecorum, ſiue vocum et numerorum compendia, quae in aereis atque marmoribus Graecorum tabulis obſeruantur etc. Florentiae

tiae 1749. fol.) Du *Freſne* Gloſſar. mediae et infimae Latinitatis, et Graecitatis.) *Idem* Diſſ. de Impp. Conſtantinopolitanor. ſeu inferioris aeui numiſmatibus, Gloſſario Latinitatis adiecta.) *Froelich* Annal. Syriae edit. alt. p. 139. ſqq.) *Idem* Notit. Elem. Num. p. 70. ſqq.) Hub. *Golz.* Opp. T. I. p. 289. ſqq.) *Iobert* Science des médailles T. II. p. 133. ſqq. adiectis *Bimardi* obſeruationibus, quasue adauxit editor. Kenntniſs antiker Münzen P. II. p. 198. ſq. qui et edidit: Lexicon abruptionum, quae in numiſmatibus Romanorum occurrunt. Norimb. 1777. 8.) D. Gregor. *Placentin.* de ſiglis veterum Graecorum. Romae 1757. 4.) Io. *Pretten* de notis et ſiglis antiquorum.) *Rinck* de veteris numiſmatis potentia et qualitate.) Sertor. *Vrſatus* de notis Romanorum.) *Vaillant.* Num. Gr. Imp. p. 355. ſqq.) *Zaccaria* Inſt. Num. p. 351. ſqq.) *Nouveau Traité de Diplomatique,* Tome Premier à Paris 1750. in quo P. II. Sect. 2. c. 3 ad 18. Item Tom. II. P. II. continuatae, Sect. 3. c. I. et II. cum tabulis ſignorum.

ΑΒΣΑΛΟΥ, *Abſali* nomen. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΒΣΑΛΟΥ ΤΟ Β ΑΒΥΔΗ. *Sub Archonte Abſalo Iterum Abydenorum.* n. Commodi.

ABVNDANT. AVG. *Abundantia Auguſti.* Vas anſatum. n. Tetrici Iun. *Band.* I. 408.) *Vaill.* Praeſt. I. 224.

ABVNDANT. AVGG. *Abundantia Auguſtorum.* Mulier ſt. e cornucop. numos effundit. n. Dioclet. *Band.* II. 25. — Val. Maxim. *Band.* II. 67.

ABVNDANTIA. Fig. inſid. duobus cornucopiis, d. bacillum. n. Traiani. *Arſchot.* Tb. 34. n. 6.) *Mdb.* 148. Cornucopiae abundantiae ſignum, quod et liberalitati tribuitur. Cornucopiae duplex decuſſatim in n. Gadarenſium, Nicomedienſium etc. abundantiam omnium rerum in agris ſuis denotat. *Abundantiam* ad viuum repraeſentant numi, qui exhibent fig. mul. modo ſedentem d. pateram effundentem, ſ. duo c. c., modo ſtantem, quae vtraque manu cornucopiae, vel magnam numorum vim effundit; vbi autem pecunia abundat, omnia abundant. Ita in plurimis Elagabali, Decii, Gallieni, Seuerinae, Probi etc. — Cornucopiae, e quo pecuniam effundit dea, excipit ad pedes vir ſupplex. n. Val. Maxim. *Band.* II. p. 67.

ABVNDANTIA vel ABVNDANTIA AVG. in variis Auguſtorum numis, in quibus ſtans mulier numos e cornucopiae effundit, quod vel ad imperatorum pecuniae et frumenti largitiones, vel ad miſſilia a principibus in vulgus ſparſa reſpicit. A quibus vero abit ſingularis quidam Traiani numus ABVNDANTIA PERPETVA P. P. S. C. in quo congius cum ſpicis et papauere cernitur, ad ſtabilem frumenti ſeu annonae ſub eo principe in vrbe vbertatem indicandam referendus; vnde *Plinius* Pangyr. c. 29. de eodem Traiano ait: „Inſtar ergo *perpetui congiarii* reor affluentiam annonae.“ Quod adſtruit itidem alius huius Traiani numus, in quo inſidet velut duobus copiae cornibus refertis frugibus mulier cum ſceptro et inſcriptione ABVNDANTIA. *Spanh.* II. p. 537. vbi ſimul occurrunt et Antonini Pii numus cum Nili effigie et epigraphe ΕΥΘΗΝΙΑ et alius inſcriptus VBERITAS AVG. cum ſtante muliere, quae numos e cornucopiae effundit. vid. ΕΥΘΗΝΙΑ — VBERITAS.

In Herenn. Etruſcillae numo eadem c. inſcr. ABVNDANTIA AVG. Fig. mul. ſtolata ſt. d. velum faciei obducit, ſ. haſtam tenet transuerſam. *Band.* I. p. 30. — Etiam in arg. Iuliae Mamaeae eadem epigraphe ABVNDANTIA AVG. et mulier ſtans, vtraque manu ſinum vel cornucopiae effundens. Quamuis

Me-

Mamaea in res filii augusti ipſiusque imperii non parum influxerit, hic tamen typus Abundantiae ex moneta filii monetariorum incuria depromtus fuerit, quod nobiliſſimam hanc feminam, cetera etiam poſt mortem laudatam, atque, vt plurimis videtur, Chriſtianam, communi ore nimiae parſimoniae accuſant hiſtorici. cf. Muſ. *Alb.* I. 48. II. 42. 66.

ABVNDANTIA AVG*uſti* mulier ſt. vtraque manu c. c. fundens n. Traiani.

- - Caracallae. *Mdb.* 285.

- - Elagabali. *Arſchot.* Tab. 55. n. 22.) *Mdb.* 310. ſq.) *Muſel.* Imp. 167. 7.) *Theup.* 232.

- - Alexand. Seu. *Mdb.* 322.

- - Gordiani Pii. *Harduin.* 829.) *Mdb.* 339. ſq.) *Muſel.* 196. 1.) *Theup.* 612.) *Pembrok* III. 56, 7.

- - Traian. Dec. *Band.* I. 3. 4. 27.) *Mdb.* 352. ſq.) *Vaill.* Pr. II. 321.) *Theup.* 251.

- - Etruſci *Band.* I. 30.

- - Gallieni *Band.* I. 156. 211.) *Hard.* 848.) *Mdb.* 372.) *Muſel.* 222. 6.) *Vaill.* Pr. II. 350.) *Theup.* 259.

- - Saloninae. *Band.* I. 250.

- - Victorini Sen. *Band.* I. 322.) *Mdb.* 398.

- - Tetrici Senioris. *Band.* I. 402.) *Vaill.* Pr. I. 221.

- - Probi. *Band.* I. 445. 456. 488) *Mediob.* 413.) *Vaill.* Pr. I. 233.) *Muſel.* Suppl. 46. 9.

- - Cari. *Band.* I. 500. 503. 508.) *Mdb.* 419.) *Muſel.* 236. 7.) *Vaill.* Pr. I. 238.) *Theup.* 304.

ABVNDANTIA AVGG. (*Auguſtorum.*) n. Balbin. *Mdb.* 333.

- - Numeriani. *Band.* I. 524.) *Mdb.* 421.

- - Carini. *Band.* I. 526.) *Vaill.* Pr. III. 44.

- - Diocletiani. *Vaill.* Pr. I. 251.

- - Val. Maxim. *Eckb.* II. 425.

- - Gal. Max. *Band.* II. 81.) *Mdb.* 432.

ABVNDANTIA AVGG. ET CAESS. NN. (*Auguſtorum Et Caeſarum Noſtrorum.*) Val. Maxim. *Band.* II. 67.) *Vaill.* Pr. I. 255.

ABVNDANTIA AVG. N. (*Auguſti Noſtri*) Dea ſt. vtraque manu e cornucopiae numos fundens. Æ. Probi. *Band.* I. 456.) *Beger.* Th. Br. II. 768.) *Harduin* 871.) *Mdb.* 413.) *Muſel.* Addend. Tb. 11. n. 3.

ABVNDANTIA PERPETVA P. P. S. C. Congius papauere et ſpicis plenus. n. Traiani *Mdb.* 149.

ABVNDANTIA TEMPORVM. Salonia ſedens, adſiſtentibus hinc, et inde ad latera deabus, vt quidem videtur Abundantia et Felicitate, et tribus puerulis; *al.* Eadem tribus puerulis coram ſe ſtantibus numos ex cornucop., quod in gremio geſtat, effundit, pone fig. mul. ſt. d. extendens, poſt ſellam fig. militaris. Æ. Saloninae. *Band.* III. 241.) *Vaill.* Pr. III. 207. ſq.) Muſ. *Alban.* II. 55.

AB VRI. *Aburius* nomen Aburiae gentis, quae

ABVRIA gens, vt opinatus eſt *Vaillantius*, plebeia. Vnus *Liuius* L. XLI. et XLII. fecit mentionem, ſed in multis illius exemplaribus *Amburius* male legitur. Gentiſe nomen ab aburendo, voce vetuſta deductum, *Morellio* videtur, vt *Geminus* cognomen, quod vno partu cum fratre editus ſit Marcus et Caius, qui ambo variis temporibus tribuni plebis fuere. — In Æ numis

mis hinc caput Romae galeatum, inde quadrigae, in quibus modo Sol, modo Mars. Solis quidem Symbolo capite radiato, d. flagrum, ad gentile ſuum nomen, ab aburendo deductum, *Aburius* adludit. Mars d. tropaeum, ſ. haſtam. — In Æ vel caput Herculis in rictu leonis ſignatum, vel Mercurii petaſatum cum caduceo.)(Prora nauis. — Epigraphe ſunt M. ABVRI. M̃F. GEM. *Marcus Aburius, Marci Filius Geminus;* C. ABVRI. GEM. In omnibus litterae AB et VR ſunt nexu iunctae.

ΑΒΥ. ΑΒΥΔΗ. ΑΒΥΔΗΝ. Ἀβυδηνῶν, *Abydenorum.*

ABYDVS, Gr. Ἄβυδος, nota Troadis vel Myſiae vrbs maritima, cui in aduerſo Europae littore Seſtus obiicitur. Hiſtoria ab Ouidio, Muſaeo et aliis commemorata Leandri et Heronis, quae in excelſa turri cernitur, Leandro inter procellas luctante, deosque rogante. Ouid. L. I. Triſt. eleg. 9. Seſton Abydena ſeparat vrbe fretum. — Helleſpontus, inquit Plin. L. 4. ſeptem ſtadiis Europam ab Aſia diuidens, quatuor illic inter ſe vrbes habet contrarias; in Europa Callipolin et Seſton, in Aſia Lampſacum et Abydon. Nunc illic maritima Turcarum praeſidia gemina in arce excubant, quae vulgato nomine *Dardanellae* vocantur. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 43. — Abydeni numos ſub archontibus cudebant, vt coloni Mileſiorum. In eorum *autonomis* 1. perſona exerta lingua ſerpentibus horrens.)(A. Ἀβυδηνῶν. Ancora, in area piſciculus, AR. 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tab. XI. n. 18. — 2. Perſona modeſto ore.)(Eadem auerſa, in area apis. AR. 3. *Eckhel.* ib. n. 19. Similes edidit *Pellerin* Rec. T. II. p. 60, in quibus tamen ſerpentes abſunt. Vtrouis [illegible] caput pro larua ſeu perſona [illegible]endum, vti et laruae in numis [illegible] Plotiae iam cum, iam ſine anguibus finguntur. — 3. Caput Dianae cum arcu et pharetra ad humeros.)(ΑΒΥΔΗΝΩΝ ΦΙΛΙΣΚΟΥ *Abydenorum ſub Philiſco.* Aquil alis expanſis, in vnguibus fulmen ante quam vua, in laurea. AR. 1 Muſ. *Theupol.* p. 1243. — — Ant M. Aurelium nullus vrbis huius cum Imperatoris capite reperitur numus praeter Æ 3. Auguſti, ab *Eckhel* Num. Vet. Tb. XI. n. 20. vulgatum: ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Auguſti nudum.)(ΑΒΥ. Lyra, ad Apollini cultum pertinens. Similis, ſed ſin partis aduerſae mentione, editu eſt ab *Hauercampio* Theſ. Morell T. I. p. 410. Ceteri ſub M. Aurelio, L. Vero, Commodo, Seuero Caracalla, Maeſa, Alexandro, Mamaea percuſſi, ſunt inſcripti: ΑΒΥ ΔΗ. ΑΒΥΔΗΝ. et ΑΒΥΔΗΝΩΝ con *Vaillantii* Num. Gr.) *Eckhel.* Catal Vind. P. I. p. 161.) *Froelich* 4 Tent. p. 218.) *Cim. Vindob.* p. II p. XIII. — Typi poſticae. Cybel vecta leone, ſ. ſceptrum. Commodi. — Diana Epheſia in templo 6 col. L. Veri. — Diana venatrix i curru 2. ceruorum. Caracallae. – Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c. Iul Maeſae. — Fortuna inſidens rupibus quibus ſiniſtra inſiſtit, d. temonem tenet. Seueri Maeſae, Mamaeae. - Leander natans in vndis, Hero e aduerſo in vertice turris, Cupidin per aera volitante cum face. Seueri, Caracallae, Alexandri Seu. - Mulier ſtolata ſedet, d. baculum ſ. c. c. Iul. Mamaeae. — Neptunu ſt. pede ſ. ſaxo impoſito, d. tridentem, ſ. delph. M. Aurelii. — Nauis cum remigibus. Commod *Froelich* 4. Tent. p. 217. — Naue binae, in quarum vna tres milite confligentes, in littore ſpecula, i qua figura tuba canens. Æ. max mod. Caracallae. *Cim. Vindob.* I II. p. XIII. — Duae naues in prior tres, in altera duae fig. militares. Æ max. Alex. Seu. *Vaillant.* Gr.

ΑΒΥΔΗΝΩΝ loco ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. vid ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ.

AC. *Acceptae.* A POP. FRVG. C. a *Populo Fruges Acceptae.* n. omitiani.

AC. *Acilius*, nomen gentis Aciae. M. AC. CANDIDO IIVIR. OR. *al.* GEN. COL. COR. *Marco Acilio Candido Duumuiro Corinthi. — Genio Coloniae Corinthi.*

AC. loco AVG. *Augusti.* HILAITAS AC. n. Tetrici Senioris. *aill.* praeſt. I. 222.

AC. in area n. Aureliani. v. *itterae.*

A. C. Abſoluo, Condemno in Caſſiae gentis. v. *Lex Tabellria.*

ACACIA ſpina eſt Aegyptiaca, canda et nigra, fructum ferens in ſiliqua, leguminum modo, quam oſcorides in Ponto Cappadociae naſci tradit L. 1. c. 115. cf. *heophraſt.* L. 4. hiſt. 3. — Dele *Acacia* virtus eſt, quae aliena a malitia. *Suidas* ideo: Ἀκακία ἀγαθωσύνη καὶ ἡ ἰατρικὴ βοτάνη. Cic. fin. L. 5. c. 87. — In numis currens, curam ſalutis ciuium detat. — Maximil. Wilhelm *Reinrd* Abhandlung von dem Baume *acia* oder dem Schotendorne. rlsruhe. 1766. 8.

A. CAE. *Aulus Caecina*, praenen et cognomen, in numo apud *finum.*

AC AET. *Ac Aeternae.* PACI B. PERP. AC AET. *Paci Orbis Perpetuae Ac Aeternae*; vel te: *Paci Orbis Perpetuum Ante ſtra Erexit Tropaeum.*

ACANTHVS, Macedoniae vrbs, us numi antiquiſſimi auerſam gauit *Barthelemyus* in Palaeogr. miſm. cf. Mem. des bel. Let. T. — Quadratum, an hortum Ali quatuor iugerum indicet? *mann* p. 116.

ACARNANIA Epiri pars. v. *Actium, Alyzia, Anactorium, Argos, Amphilochium, Heraclea, Leucas, Oeniadae, Thyreum.* vid. ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ.

ACCA LAVRENTIA. v. *Laurentia.*

ACCI, vrbs Hiſpaniae Tarraconenſis, colonia a Iul. Caeſare deducta, de qua *Plin.* L. III. c. 3.) *Cellar.* Not. orb. Ant. I. 107. nunc *Cadix* in Granadenſi regno. — COL. ACCI. vel COLON. ACC. *Colonia Accitana.* — COL. GEM. ACCI. *Colonia Gemella Accitana.* — C. I. G. A. vel C. I. G. ACCI. vel COL. IVL. GEM. ACCI. *Colonia Iulia Gemella Accitana*, in n. Augusti, Tiberii, Caligulae. — Vnde *Gemella* dicta, vid. *Gemella.* — Ex legione III. et VI. colonos eo miſſos eſſe numi Auguſti, ac Tiberii apud *Vaillantium* comprobant.

A. CCXCIIII. *Annus* 294. C. I. F. S. A. CCXCIIII. *Colonia Iulia Felix Sinope, Anni* 294. *Froelich* Adpendiculae nouae ad Num. Colon. p. 62.

ACCENSVS ad conſulem homines priuatos acciebat. In proceſſu conſulum, in denariis L. Bruti expreſſo; praeit ſine faſcibus ante lictores, in medio horum conſul, qui eodem menſe faſces non habebat.

ACCIPITER, ſuper cuius caput flos loti. n. Alexandriae Aegypti.

ACCLAMATIO, qua vſus eſt erga Alexandrum Seu. Senatus: *Dii Te perpetuent!* Lampridio narrante, videtur n. Æ. eiusd. Alexandri adpoſita: PERPETVITATI AVG. apud *Vaill.* Pr. II. p. 283. Non enim occurrit in aliis principibus haec inſcriptio, et Alexandro peculiaris eſt.

ACCOLEIA gens, vt arbitratur *Vrſinus* Fam. Rom. p. 2. plebeia eſt, cuius nulla exſtat mentio, niſi in

in duabus antiquis inſcriptionibus, vbi ſcribitur ACCVLEIVS pro ACCOLEIVS, vt antiquitus *Agricula. Poplicula.* pro Agricola; Poplicola. Ant. *Auguſtin.* adſerit Dial. 4. Accoleiam eſſe dictam ab Accola, vicino ab accolendo, id eſt, iuxta habitando, vt accola Padi, qui iuxta Padum habet domum. LARISCOLVS eius cognomen ab abundantia laricis arboris, quae iuxta aedes erant. — P. ACCOLEIVS LARISCOLVS. Caput feminae.)(Tres nymphae in larices arbores mutatae. AR. *Vaill.* Num. Fam. I. p. 4.) *Hauercamp.* Theſ. Morell. p. 2.) Numophyl. *Schulz.* p. 72.

ACCVSATIVVS casus in vetere Romanorum pecunia raro, in Graecorum numis frequentius eſt expreſſus. Legitur GALLIENVM AVG P. R. *populus romanus* veneratur. *Triſtan.* III. p. 69.) *Patin.* Imp. p. 411.) *Vaill.* Pr. II. p. 378. — MARTEM PROPVGNATOREM. AR. et Æ Gordiani Pii. *Arſchot.* Tb. 57. n. 18.) *Erizo* 691.) *Harduin.* 829.) *Mdb.* 336.) *Muſel.* Imp. Tb. 190. 5. 6.) *Theup.* 244. 615. — In numis ab vrbibus, populisque Graecis in Impp. honorem cuſis ſubintelligitur τιμᾷ, *colit,* de vrbe, vel τιμῶσι de ciuibus. Sic ΤΙΒΕΡΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ in n. ſmyrn. de quo *Vaillant.* Num. Gr. p. 6. et Morell. Theſ. Imp. Tom. I. p. 624. In alio ſmyrnenſi ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ, atque in auerſa parte ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ, et in Auguſti numo ΚΑΙCΑΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ CΕΒΑCΤΟΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, quem memorat etiam *Vaillant.* p. 5. et ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ p. 7. ΓΑΙΟΝ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΟΙ, p. 8. ΓΑΙΟΝ ΛΕΥΚΙΟΝ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ, ſc. *colunt.* — ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ ΛΑΡΙΝΟC et ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ apud *Morell.* Specim. Rei Numor. Tab. XX. p. 203. Ita etiam ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ ΑΙΖΑΝΙΤΑΙ, *Claudium Caeſarem Aezanitae* phrygiae. — ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑC ΚΑΙΣΑΡαϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟΝ, *Imperatores Caeſares* (M. Aurel.) *Antoninum Et* (L.) *Verum.* n. Nyſae Cariae. — ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΚΥΙΝ. ΔΕΚΙΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ, *Traianum Decium.* n. Adanae Ciliciae. — ΑΥΤ Κ. Π. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ. *Valerianum ſen.* n. Aezanitarum Phrygiae. — ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ ΣΕΒ. *Iuliam Domnam Aug.* n. Adaneorum Cilic. — ΓΝ. ΚΟΡ. ΣΟΥΠΕΡΗΝ ΣΕ. *Gneam Corneliam Superam Auguſtam,* Valeriani Iun. vxorem venerantur Iulienſes. — ΘΗΣΕΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, *Theſeum Nicaeenſium* vrbs colit. n. Caracallae. Atque id genus alia in Graecis numiſmatibus obuia. cf. *Falconer.* Inſcript. Athlet. p. 33.

ACE, Gr. Ἄκη, ab ἀκέομαι, *mederi,* ex Herculis fabula, quod ibidem ſanatus fuerit ex vlceribus, quae ex Lernaeae hydrae morſibus acceperat, vrbs phoeniciae, olim עכו, *Aco.* ſiue *Acco,* poſtmodum *Ptolemais* ab Aegyptio rege fuit adpellata, hodie *Acre,* vel *Acra. Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 405. Tandem colonia Romana facta eſt ſub Claudio. v. PTOL. — In eius numo ΑΚΑΙΩΝ inſcripto, caput Cereris; ipſa gradiens. — Singularem aeneum numum cum Phoenicia ad proram nauis inſcriptione vulgauit *Dutens* Explicat. in capite praefationis, de quo fuſius agit p. 84. ſeqq.

ACERRA Campaniae ad Clanium amnem, hodieque *Acerra. Straboni* Ἄχῤῥαι, incolae Acerrani. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 685. — *Acerras tres* ſtatuunt geographi; harum ignobiliores, quae ſitae erant in Vmbris, dictae *Plinio* L. III. c. 19. *Vatriae.* Aliae in Gallia Ciſalpina trans Padum, tertiae demum in Campania. Ex harum duabus poſtremis vtri vrbi adſignandi ſint numi Acerrarum nomine inſcripti, nonnihil dubitatum. *Mazochius* Saggi di Cort. T. III. p. 38. alios Acerris Gallicis, alios Campaniae tribuendos opinatur, ſed eruditis vix perſuaſerit. Nullam adhuc monetam vide-

re licuit, quam tuto cuipiam Galliae Ciſalpinae vrbi tribuere poſſis. Quare ſimiles numos omnes Campaniae inſerit *Eckhelius*, qui Num. Vet. Tab. 2. n. 6. edidit Æ 1. Caput in eo Iouis laureat. retro 4. globuli.)(AKEPV. litteris Oſcis et retrograde. Iupiter in citis quadrigis, d. vt videtur fulmen intentat, ſ. ſceptrum, Victoria pone habenas moderante, in area rurſum 4. globuli, et cornucopiae. Idem numus in incertis *Morellii* Num. Fam. Tab. 5. n. 7. editus, ſed epigraphe corrupta eſt. Quare eius commentator *Hauercampius* elicere nihil potuit, niſi forte Faleriae numum competere. Ex epigraphe AKERV adparet, vrbem, quae Graecis et Latinis dicta eſt *Acerra*, vel *Acerrae* ab Oſcis vocatam *Acerum*; vt, quae iisdem *Nuceria*, his *Nuferinum*; deeſtque M finale, quod et imitati ſunt Romani in numis gentis Plautiae et Aemiliae: PREINERNV. CAPTV. --- In alio ab *Eckhelio* ibid. n. 7. vulgato caput eſt Iouis laureatum, retro duo globuli.)(Eadem inſcriptio. Duae figurae ſtantes pallio poſt tergum defluo, quarum ſingulae d. bacillum elatum, ſ. porcam ſimul attinent, in area duo globuli. Æ 2. qui in variis quidem operibus editus exſtat, ſed aut ſiniſtre explicatus, aut certis indiciis, quadam ſui parte fuiſſe vitiatum. Primus edidit *Vaillantius* in fam. Seruilia n. 12. Verum inſcriptionem in inferiore ſegmento legit: M. SERV. et hinc in gentem *Seruiliam* perperam intulit. Eundem errorem errauit *Morellius*. At ſuboluit fraus *Hauercampio*, qui binis locis, in numis gentis Seruiliae, et Veturiae, numum, vt ab Eckhelio l. c. editus eſt, deſcribit, et inter Etruſcos refert, quin tamen vrbem proderet. Edidit ſubinde *Mazochius* Saggi di Cort. T. III. et recte quidem Acerris tribuit, ſed deeſt porca, quam figurae manibus tenent, et pro R. inuerſo K facit. --- De ritu ſacro, quem pars auerſa exhibet, quo nempe feciales caeſa feriebant foedera porca, Virg. Aen. L. VIII. v. 641. prolixe *Liuius* L. I. c. 24.

ACERRA in familiarum numis ad deos, vel ſacerdotium ſpectat.

AX. litteris nexu iunctis, X. vel AXAI. et AXAIΩN, *Achaeorum* reipublicae in Peloponneſo, quorum regio *Achaia* dicta, ſita erat inter mare Ionium ad occidentem, ſinum Corinthiacum ad ſeptemptrionem, Sicyoniam ad orientem, et Elidem, Arcadiamque ad meridem. *Cellar.* Not. Orb. Antiq. I. p. 948. ſeq. --- Ex *argento* paruo obuii, in quorum *antica* parte caput Iouis laur. et barbatum, cui in quibusdam additae ſunt epigraphes: ΘΕΑΑΜΩΝΟΣ. --- ΜΥΡΤΙΛΟΥ. --- ΠΑΝΔΙΩΝΟΣ.)(Corona laurea, in qua monogr. AX. Ἀχάιων, vel circumpoſitis litteris AXAI. --- AXAIΩN, vel tantum ad monogr. AIΩN. *al.* monogramma idem, deſuper pegaſus ſaliens; --- id. Achaeorum monogr. AX. cum ſiglis vrbium, infra fulmen, --- tridens, --- delphinus, --- caput galeatum; ſimulque Achaeorum epocham varii produnt. *Golz.* Graecia Tab. 9.) *Beger.* Th. Brand. I. p. 445.) *Haym.* Theſ. Brit. T. II. Tab. XII. p. 114.) *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. III. Tab. 2. *Muſell.* Num. Pop. Tab. I. n. 1. 2.) Operae pretium exiſtimauit Sigſr. *Bayer.* Comm. Petrop. T. V. p. 361. ſeqq. hos magis vulgares Achaeorum numos diſcutere, et ſiglis eorum interpretandis laborare, cuſos nempe a Corinthiis, Naupliensibus, et Megalopolitanis; vel a Pharaeis, Mycenaeis, Tyriis Argolidis, etc. vt nempe Peloponneſii, aliaeue vicinae vrbes ad conuentum Achaicum ſe adplicabant. Vrbium, quibus Achaeorum reſpublica in Peloponneſo conſtabat, litterae, vel monogrammate connexae, vel initiales, in numis Achaeorum leguntur ſequentes: A. *Arginorum.* Δ. *Dymaeorum.* ΦΑ. *Pharaeorum.* H. *Eliorum.* K. *Cleonaeorum.*

M *Megalopolis.* ♀OP. *Corinthiorum.* MT♀. *Mycenaeorum.* N. *Nauplienſium.* TYP. *Tyriorum* Laconicae. Φ. *Phliuntiorum.* cf. *Bayer.* de Num. Achaeorum. — *Achaeorum* aera A. V. C. 474. A. C. 280. — De numis ex aere vid. ΑΧΑΙΩΝ.

ACHAEMENIDARUM imperium, ſiue regum Ponti, Boſpori, et Bithyniae hiſtoria ad fidem numiſmatum accommodata a Io. Foy *Vaillant.* Paris. 1725. 4.

ACHAEVS, Syriae rex. v. ΑΧΑΙΟΥ.

ACHAIA in Peloponneſo, inter prouincias populi Romani primo ab Auguſto relata, verum iam ſub Tiberio ad Caeſaris prouincias translata, cuius rector apud auctores et in reſcriptis principium *proconſul* eſt dictus. Quod etiam firmant Patrarum vrbis, Achaiae tum metropoleos, numi cum ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ſeu *proconſulis* nomine. — Claudio Imperatori grata erat, ſed libertate a Veſpaſiano priuata, ipſi a Domitiano eſt reſtituta. Numos percuſſit prouincia Antinoo et L. Vero, quos *Vaill.* Num. Gr. recenſet. — Vetuſtiorem argenteam Achaeorum monetam in examen vocauit *Bayer.* Comment. Acad. Petrop. T. V. p. 372. ſeq. et ſolitarias in ea litteras eſſe initiales vrbium, in quibus cuſa foret, probare adniſus eſt, atque id denique obtinuit, quod omnes ii, qui eiusmodi litteris et ſiglis explicandis vltra omnem veri ſpeciem indulgent. Sic litteras ANΦA, quae in vno eodemque numo exiſtunt, vrbes *Argos, Nauplium, Pharaeos* indicare, atque vnum eundemque numum trium vrbium imperio ſignatum. Similes numos ab *Eckbel.* Cat. Muſ. Vind. P. I. p. 114. prolatis, ſolis litteris monogrammatum, et attributis diuerſos, ab vrbibus, quae ad foedus Achaicum pertinuere, cuſos exiſtimat *Bayerus.* At cur in numis aeneis, qui hanc Achaeorum vnionem loquuntur vrbis nomen plene ſemper perſcriptum eſt, et in iis vnius ſolum, non vero duarum aut etiam trium vrbium fit mentio? *Mycenarum* etiam nomen ex monogrammate hariolatur, eo tempore, quo foedus Achaicum coaluit, nihil praeter rudera reſtabat, neque vsquam a *Polybio,* qui multus eſt in texenda eius foederis hiſtoria memoratur. *Eckbel* Num. Vet. Tb. 8. duos attulit argenteos Achaeorum numos: ΚΑΛΛΙΠ... Caput Iouis laur.)(ΑΧ. in monogrammate, infra fulmen, in area tres ſiglae, omnia intra lauream — Idem caput Iouis laur.)(ſimile monogramma. ΠΑΓΑ Α. infra delphinus, omnia intra lauream. *Eckbel.* l. c. verius magiſtratuum nomina cenſet, ſuadente ſimili argenteo Aegienſium, in cuius auerſa magiſtratus ΑΡΙϹΤΟΔΑΜΟϹ integre ſcriptus continetur, quem Tb. 8. n. 7. producit. cf. *Golz.* Graecia Tb. 9.) *Beger.* Th. Br. I. 445. — Eiusdem prouinciae vrbes *Aegium, Corinthus, Patrae,* v. *ſuis locis.*

ACHAIA vrbs Syriae ex *Appiano* apud *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. 458. aliis geographis omnibus ignota, atque ab ipſo Alexandrino ſcriptore obiter ſolum indicata. Ad hanc *Haym.* Th. Br. II. Tb. 10. n. 2. p. 102. refert numum ex aere cum capite Cereris ſpicato; ſita enim vrbs ſolo fertili, et tritici feraciſſimo.)(ΑΚΑΙΩΝ. *Achaeorum.* Abundantia, fig. mul. ſt. cum ſceptro et cornucop. Aliter vero ſentit *Kbellius.* v. ΑΚΑΙΩΝ.

ACHAICVS agnomen ex praeclaris geſtis, ab Achaia nempe deuicta. L. MVMMI. ACHAICVS.

ΑΧΑΙΟΙϹ, *Achaeis* in Peloponneſo. Antinoi Æ max. mod. numus apud *Vaill.* Num. Gr. eſt inſcriptus: ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ, *Hoſtilius Marcellus Sacerdos Antinoi.* Caput

put Antinoi· nudum.)(ΤΟΙϹ ΑΧΑΙΟΙϹ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Achatis Poſuit.* Mercurius ſt. nudus, d. ſtrophium, ſ. caduceum; ante eum Priapus in cippo. — *Al.* Mercurius Pegaſum tenet, ſ. caduceum. Æ. max. *Theup* p. 881. — *Al* epigr. ead.)(.... Templum pulcerrimum. Æ. max. *Theup.* ib. — *Al.* Antinous eques cum haſta. Æ 2. *Vaillant.*

ΑΧΑΙΟΥ, *Achaei.* Achaeus erat filius Andromachi, fratris Laodices, quae Seleuco II. regi Syriae nupſit; duxerat vxorem Laodicen, Mithridatis regis filiam. Cum factus eſſet omnium regum ac dynaſtarum cis Taurum potentiſſimus, tandem indigne proditus, membris mutilatus in crucem agitur. — Caput eius rictu leonis tectum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΧΑΙΟΥ, *Regis Achaei.* Aquila vnguibus coronam. Æ 3. *Froelich.* Not. Elem. 164. — Caput muliebre cincinnatum.)(*Ead. ep.* Aquila ſt. cum ramo iuxta alam. Æ. 3. Editus a *Froelich.* in praefat. ad edit. II. Annalium.

ΑΧΑΙΩΝ, *Achaeorum* vrbium ex *aere* numos *Haym.* Th. Brit. II. Tab. XII. n. 4. ad 8. protulit, plene ſcriptos ΑΧΑΙΩΝ cum addito ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ, ΑΣΕΑΤΩΝ, ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ, ΑΡΓΕΙΑΣ, ΚΑΡΙΝΟΙΩΝ, de quibus quinque fuſius ib. p. 115. ſeqq. vbi cenſet, vrbes populoſae in eis ſignatos acceſſiones fuiſſe, quibus Achaica reſpublica reliquae Peloponneſi detrimento creuit. v. *ſuis locis* — In ſingulorum Achaiorum Æ numorum *antica* parte Iupiter praeſtes gentis numen, quem *Homagyrium*, i. e. *Congregatoris in vnum*, non immerito eſſe contendit *Bayer.* Comm. Metrop. T. V. p. 366. Iſte Iupiter ſt. nudus d. victoriolam, ſ. haſtam. In numorum aliquo ad Iouis caput legitur ΑΡΓΕΙΑΣ, in alio, ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ, *Hermocrates*, magiſtratus nomen.)(Mulier ſedens, d. externa, ſ. haſtam. An ſit Concordia ad vnionem populorum demonſtrandam, dubitat Haymii interpres l. c. p. 118. obſ. 7[illegible] cum haſta Concordiae attribu[illegible] eſſe non ſoleat. — *Inſcriptiones* ſunt: ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *An[illegible]tigonenſium Achaeorum.* Tab. XI[illegible] n. 4. — ΑΣΕΑΤΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Aſ[illegible]tarum Achaeorum.* XII. n. 5. — ΜΕΣΣΑΝΙΟΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Meſſanenſium Achaeorum.* XII. n. 6. p. 117. — ΑΡΓΕΙΑΣ ΑΧΑΙΩΝ, *Argeas Achaeorum* n. 7. p. 118. obſ. 73. — ΚΑ[illegible]ΡΙΝΟΙΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Carinaeorum Achaeorum.* n. 8. p. 117. obſ. 72. — praeterea *Harduin.* p. 57. edit. fo[illegible] numiſma M. Aurelii profert, in c[illegible]ius)(amazon eques cum bipen[illegible] in humero, atque haec inſcriptio ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Eumenenſium Achaeorum* — ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ ΔΙ[illegible]ΔΩΡΟΥ ΜΗΝΟΦ. ΑΧΑΙΩΝ, *Praet[illegible] M. Aurelio Diodoro Menophanis [illegible] Achaeorum.* Hercules nudus ſt. [illegible] claue inſiſtit, ſ. ſpolia leonis. Æ [illegible] L. Veri. *Vaill.* Numiſm. Gr. — A[illegible]dit *Eckhel* Num. Vet. Tab. 8. n. [illegible] p. 116. ex aere 3. formae: ΑΧΑΙ[illegible] ΚΑΛΛΙΣΤΑΤΑ. Ceres ſedens, d. c[illegible]ronam protendit, ſ. haſtam.)(ΑΝ[illegible]ΤΑΝΔΡΟΣ. Iupiter nudus ſt. d. [illegible] ctoriolam, ſ. haſtam. Id ſingul[illegible] habet numus, quod gentem ſol[illegible] pandit diſſimulato vrbis nomine, [illegible] bina magiſtratuum nomina, in re[illegible] in vnum ΑΝΤΑΝΔΡΟΣ, alterum [illegible] gignendi caſu Dorice flexo ΚΑΛΛ[illegible]ΣΤΑΤΑ, vt in Apolloniatarum [illegible] Dyrrhachenorum numis. Cerere[illegible] vt credat editor, perſuadent nu[illegible] nonnulli apud *Haymium*, et Teg[illegible]tarum apud *Pellerin.* Rec. I. p. 1[illegible] in quibus ea figura ſpicas pro c[illegible]rona oſtentat, certiſſimum eius d[illegible] attributum.

ACHELOUS fluuius Acar[illegible]niam ab Aetolia ſeparat, et Ach[illegible]loo nihil frequentius in Acarnanu[illegible] Aeniadarum, Thyrei, atque ext[illegible] Acarnaniam in aere Ambraciae. R[illegible]gis enim aquarum, vt ſe ipſe a[illegible] *Ouidium* vocat, ſumma reueren[illegible] tenuit cunctos populos, qui ei c[illegible]cumfuſi erant; quae res non in[illegible]lens videbitur iis, quibus cogni[illegible]

eſt inſana veterum erga fluuios religio. In vetuſtis Acarnanum et Ambraciotarum numis cum taurino cornu depictus cernitur, quod cum fructibus impleuerunt Naiades *Spanb.* I. 395. — Cum cornibus et taurina fronte, non Minotauri caput, in n. Acarnaniae *Pembrokiano* P. 2. Tb. 2. n. 8. qualis recenſetur etiam in muſ. *Theupoli* p. 1244. ſed cum alio nomine proprio ad caput Acheloi. — Idem fluuii caput cornutum et barbatum in n. Oeniadarum Acarnaniae apud *Doruill.* Sicul. Tb. XI. n. 1. 2. de quibus *Burmann.* ad Doruill. p. 387. ſeq. — Imberbe autem et cornutum conſpicitur in n. Thyrei Acarnaniae et Anactorii apud *Neumann.* Tb. 6. n. 6. — Sic Acheloo ingens nominis fuit fama, cultusque longe maximus ex infauſta illa, ſed celebri cum Hercule pugna, quam ipſe adeo eleganter decantat ore *Ouidii* Metamorph. L. IX. v. 80. ſeq. Depingitur illa Acheloi et Herculis lucta in numo Hadrianopolitarum ſub Gordiano Pio percuſſo, quem exhibet *Errizzo* p. 503. et *Hauercamp.* Num. Contorniat. n. 44. p. 107. cui ſimilis alter eiusdem eſt Gordiani, quem profert *Choulius*, vbi de Hercule agit, et repetit *Montfaucon.* Tb. 127. n. 5. ſed qui vtrobique male legitur. Scribitur enim epigraphe: ΟΤΛΠΙΑΝΟΝ ΑΓΛΙΑΛΕΙΝ, cum ita ſit concipienda: ΟΤΛΠΙΑΝΩΝ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, vt rectius legit *Vaillant.* Num. Imp. Gr. p. 148. *Anchiale* enim vrbs eſt Thraciae, ab Vlpiano Traiano cognomen adepta.

ACHERONTIA Bruttiae vrbs ſita haud procul ab ora maris Tyrrheni, ad Acherontem fluuium. Quo autem hodie vocabulo donetur, incertum eſt. — Graece ΑΧΕΡΟΝΤΑΝ inſcripti ſunt *Acherontanorum*, ſeu *Acherontinorum* numi; at *Froelich.* Not. Elem. Num. p. 70. et *Zacharia* Inſt. Antiq. Num. p. 352. minus bene ſcripſerunt ΑΧΕΡΟΝΤΑΝ. — a) ex aere medio ſunt eximiae raritatis. Caput Iouis laur. et barb. c. ep. ΑΧΕΡΩΝΤΑΝ.)(Eques d. haſtam, ſupplantans proſtratum, quem haſta petiuit, infra iacente ſcuto, in imo exergo ΝΙΚΙΑΣ. — *Al.* Caput Apolinis laur. addito populi nomine ſolito.)(Idem typus. *Magnan.* Brutt. Num. Tb. 85. p. 10.) *Ejusd.* Miſcell. Tom. III. Tb. 3. — b) ex aere paruo eximiae pariter raritatis. Caput muliebre cum inauri, adſcripta populi denominatione.)(Caper recubans cum eodem nomine populi ΑΧΕΡΩΝΤΑΝ. *Magnan.* Brutt. Tb. 86.) *Ej.* Miſcell. III. Tb. 4.

ACHILL. DESIDEREVS legit *Bandur.* II. p. 544. et *Hauercamp.* Num. Contorn. n. 54. p. 119. in Honorii numo, quem paullo aliter legebat *Spanhem.* et *Mediobarb.* dum Spanhemium exſcribit et Chriſtinae reginae numum laudat c. ep. ACHILLES SIDEREVS.

ACHILLEVS Diocletiani aetate in Aegypto tyrannus. Eum apud Aegypti Alexandriam dominationis induiſſe, refert *Victor Schotti* de Caeſarib. c. 39. — *Golzius* et *Occo* numorum epigraphen vulgarunt: L. vel LEPIDVS ACHILLEVS AVG. — De numorum Graecorum cum ΑΤΤ. et ΣΕΒ. *Imperatoris*, et et *Augusti* titulis apud Golzium fide minus ambigere videntur antiquarii. Aperte eius numi Alexandriae percuſſi eum per ſexennium in ea prouincia imperium tenuiſſe indicant. Diocletianus Alexandriam per octo menſes obſidionis cepit, et Achilleo An. Chr. 293. interfecto, Aegyptum populo Romano reſtituit.

ACHILLIS (ſic) PENTESILEAE. *Achilles* armatus *Penthesileam* interficit. Quadrigae cum palmis quatuor equorum capitibus adpenſis, auriga legionarii militis armatura munitus, aperto capite, d. flagrum, ſ. palmam, ſub equis duae figurae proculcatae. In anteriore parte DIVO TRAIANO AVGVSTO,

STO, *alii* PARTH. AVG. PATRI. *Mediob.* p. 164.) *Hauercamp.* Num. Contorn. p. 145.

ΑΧΙΜΗΤΟΣ ΑΧΙΜΗΤΟΥ retento patris nomine. n. Smyrnaeor.

ACIDIN. *Acidinus*, cognomen Manlii, de quo *Auguſtinus*: ἀκιδνὸς Graecis imbecillum ſignificat ac tenuem; niſi forte ab *acido*, Acidinus. — L. MANL. ACIDIN. — An Manlii Acidini diſquirit *Spanhem.* II. p. 34.

AC. IIVIR. *Acilio Duumuiro.*

ACIL. vel ACILI. *Acilius* nomen gentis Aciliae, vt et tyranni in Illyria, Manii Acilii Aureoli. v. ACILIVS. — M'. ACILI. IIVIR. COR. *Manii Acilii Duumuiri Corinthi. Liebe* Goth. Num. p. 417. Quis iſte Acilius in Corinthi moneta? cf. *Galland.* Epiſt. ad Morell. p. 366.) *Morell.* Theſ. Fam. p. 639.

ACILIA gens ex veterum ſcriptorum auctoritate plebeia vetuſtiſſima. Corrupte multis in locis *Atilia* pro *Acilia* ſcriptum reperitur. *Vaillantius.* Acilios a Graeco verbo ἀκέομαι, vel Ionice ἀκεῖομαι, id eſt, *ſano*, quemadmodum Aemilii ἀπὸ τῆς αἱμυλίας, a feſtiuitate, vt *Plutarchus* inquit, gentis nomen traxiſſe putat, de qua deriuatione *Beyer.* Theſ. Br. III. p. 530.) *Morell.* Epiſt. ad Perizon. p. 4.) *Spanh.* II. p. 14. ſeq. — Ex ea in numis duo tantum reperiuntur cognomina, *Glabrio* nempe, et *Balbus* Glabriones dicti ſunt, qui corpus glabrum, et pilis nudum habent; Balbi vero, qui vitio linguae non bene poſſunt exprimere verba. Praenomen huius gentis erat *Manius.* — Aeſculapium, Salutem, et Valetudinem conſignauit gens illa in denariis; in aereis vero caput Iani bifrontis, Aeſculapii, Herculis etc. *Morell* Theſ Fam. p. 5. ſq 481. ſq. 638 ſeq) *Vaillant.* Fam. Tab. I. II.) *Schulz.* Numophyl. p. 73. et 304.) *Ej.* Compend. Hiſt. Medic. *Muſel.* Add. Tab. 13. n. 1. — De ſingulari numo c. ep. M. ACILIVS IIIVIR. VALETV. vid. VALETV.

ACILIVM in Italia, Plinii *Acelum*, Ptolomaei Ἄκελον, vulgo nunc *Acolo*, ſiue *Aſolo*. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I 560. — Apud *Pellerin.* AKI.

ACILIVS nomen Aciliae gentis. M. ACILIVS GLABRIO PROCOS apud *Morell.* — PROPR. apud *Patinum.* — IIIVIR VALETV. cum ſimulacro valetudinis d. ſerpentem, ſ. columnae innixa. *Liebe* Gotth Num. p. 229. — M. ACILIO IIVIR. COR. *Morell.* Fam. p. 639.

ACILIVS tyrannus in Illyria, cuius numi a *Golzio* prolati RRR. c ep. IMP. C. M. ACIL. AVREOLVS P. FEL. AVG. *Imperator Caeſ. Manius Acilius Aureolus Pius Felix Auguſtus.*

ACISCVL. vel ACISCVLVS gentis Valeriae cognomen, a martello acuminato reperto, vt praeferunt numi, vel inſtrumento fabrili potius, quo ſaxa caedebantur in latomiis. *Acius* a voce Graeca ἀκὶς dictus eſt, et diminutiuum inde factum Aciſculus. In veteri gloſſario Aciſculus Λατόμος redditur. Male idem cognomen a *Carrera* Monum. Catan. L. III. c. 18. ad Acin fluuium refertur quaſi *paruus Acis.* — L. VALERIVS ACISVCVLVS. *Morell.* Theſ. Fam. p. 424. *Spanh.* II. 44. 76. 170.) *Vaill.* Fam. II. 493.

ACISCVLVS malleo ſimile latomorum inſtrumentum, cuius alterum caput in mucronem deſinit, in denariis g. Valeriae ad cognominis ACISCVLI originem percuſſus eſt.

A. CLAVD. CENSORINVS AVG. *Appius Claudius Cenſorinus Auguſtus*, apud *Golz.* et *Triſtan.*

Acmonia, Gr. Ἀκμονία, vrbs Phrygiae maioris verſus montem Sipy-

Sipylum. *Ptolem.* L. V. c. 11.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 131. — Cap. gal.)(ΑΚΜΟΝ... ΤΙΜΟΘΕΟ... ΜΗΤΡΟ... *Acmonenſium Sub Timotheo* . . Archontes vrbis erant magiſtratus, qui ſaepe nomina ſine titulo adponebant in eius nummis. Aquila alis expanſis, in vnguibus fulmen, hinc inde aſtrum. — Æ 2. *Theup.* p. 1244. — Caput iuuenile diad. ΙΕΡΟC ΔΗΜΟC.)(Hercules nudus ſt. d. clauae innixa. ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Æ. Muſ. *Pembrok.* p. 2. Tb. 2. n. 12. — Haec ob diuerſos, quos plurimis Auguſtis et Caeſaribus, Germanico, Caligulae, Agrippinae Claudii, Neroni, Hadriano, M. Aurelio, Commodo, Sept. Seuero, Iul. Domnae, Caracallae, Plautillae, Alex. Seuero, Gordiano Pio, Otaciliae, Seuero, Treb. Gallo nummos gentili eius nomine ΑΚΜΟΝΕΩΝ percuſſit, non pauci nominis fuiſſe videtur. Neocora facta eſt a Philippo. v. ΑΚΜΟΝΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. — Huius oppidi monetam inter ſuas mediae formae Agrippinae Neronis matri inſcriptam producit *Patin.* p. 85. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ, *Agrippinam Auguſtam*, huius caput ante quod duae ſpicae, papauere intermedio.)(ΕΠΙ ΣΕΡΟΤΕΝΟΥ *Patino*, (at *Vaillantio* ΣΕΡΟΥΙΝΙΟΥ) ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΟΥΗΡΑΣ ΑΚΜΟΝΕΩΝ, *ſub Serotene* (*Serotinio*) *Capitone Et Iulia Seuera*, *Acmonenſium.* Diana venatrix, pro pedibus ceruus et nympha caput cerui gerens. Æ 3. Verum errauerit et *Patinus* et *Vaillantius*, qui eodem omnino modo Num. Gr. p. 15. et Adpend. Tb. 2. n. 10. hoc numiſma retulit. Alind vero viſum fuit *Harduino* Pop. et Vrb. p. 23. qui legendum contendit: ΕΠΙ ΣΕΡΟΥΙΛΙΟΥ ΚΑΙΠΙΩΝΟΣ etc. *Sub Seruilio Caepione.* Vtriusque antiquarii lapſum clariſſime redarguit *Haymius*, qui Theſ. Br. II. Tb. 28. n. 11. cum iisdem magiſtratuis nominibus *Neronis* edidit ex aere numum: ΝΕΡΩΝ CΕΒΑCΤΟC ΑΚΜΟΝΕΙC, *Nero Auguſtus, Acmonenſes.* Neronis laur. caput.)(CΕΡΟΥΗΝΙΟΥ ΚΑΠΙΤΩΝΟC ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑC CΕΟΥΗΡΑC, *Seruenio Capitone, Et Iulia Seuera.* Iupiter ſedens cum haſta et patera; hactenus in huius officinae monetis non obſeruatur typus. — ΚΑ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΙ . . . . . Cap. M. Aurelii laur.)(ΑΚΜΟΝΕΩΝ. mulier ſt. d. elata. Æ 3. *Theup.* p. 898. — ΕΠΙ ΦΛ. ΠΡΕΙCΚΟΥ ΑΡΧ. ΤΟ Β. ΑΚΜΟΝΕΩΝ, *Sub Flauio Priſco Archonte Iterum.* Imp. equitans verſus duas feminas ſtantes, ſuperuolitat aquila; in imo fluuius muliebri habitu decumbit. Æ 1. Sept. Seu. *Vaill.* Gr. — ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Pallas galeata ſt. d. victoriol. ſ. haſt. Æ. 3. Iul Domnae. *Vaill.* Gr. — ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Cap. *Caracallae* barb. et laur.)(ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Iouis ſedentis typus. Æ. *Haym.* II Tb 40. n 5. — ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Eiusd. *Caracallae* cap. laur.)(ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Bacchus, in ea regione vini feracitatem denotans, nudus ſt. d. canthar. ſ. thyrſum, pro pedibus tigris. Æ 2. Editus in *Cim. Vind.* p. CXVII. — ΕΠ. ΑΡΧ. ΦΛ. ΠΡΕΙCΚΟΥ ΑΚΜΟΝΕΩΝ, *Sub Archonte Flauio Priſco.* Mulier ſedens, d. capiti admouet. Æ 3. Plautillae. *Vaill.* Gr. — ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Aeſculapius ſt. ſine baculo Æ 2. Alex. Seu. — *Al.* d. innixa baculo, cui ſerpens inuolutus, addito populi nomine. Æ 1. Gord. Pii. — *Al.* Mercurius ſt. chlamydatus, d. crumenam, ſ. caduceum, pro pedibus aries. Æ 2. Eiusd. *Vaill.* Gr. — *Al.* Fig. ſt d. ad caput attollit. Æ. Eiusd. Gord. *Arrigoni* Tb. 11. n. 173.) *Geſn.* Tb. 186. n. 63.) *Muſel.* Suppl. Tb. 34. n. 3. — ΑΚΜΟΝΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Acmonenſium Neocororum* ſub Philippo. Minerua ſedens, d. palladium, ſ. haſt. ad pedes clipeus. Æ 1. Otacil. *Vaill.* Gr. — ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟC, *Imp. Caeſ. Caius Vibius Trebon. Gallus.* Caput eius radiat. ad pectus cum paludamento.)(ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Bacchus ſt. ſeminudus d. canthar. ſ. thyrſ. pro pedibus panthera. Æ 2. *Bandur.* I. p. 72.) *Vaill.* Gr.

ACON. Subſignatio numi Gratiani. In aliis CONA. *al* CONSA. *Conſtantinopoli.* A. nota monetarii. *Leibnit.* diſſ. de n. Gratiani.

Acrae, Gr. Ἄκρα. *Stephanus* in Ἄκρα decem huius nominis vrbes numerat; Tertia, inquit, eſt opus Syracuſanorum. Syracuſanos Acras condidiſſe LXX. annis poſt ipſarum Syracuſanorum exordium auctor eſt Thucydides Hiſtor. L. V. c. 5. Ciuitatis ſitus non longe fuit ab ipſis Syracuſis prope hodiernum *Paluzzolo*, de quo vberius *Amicus* Lex. Topogr. Sicil. Vol. I. p. 17.) *Cellar.* Orb. Antiq. I. p. 809. --- Numum Acrenſium cum Cereris capite ariſtis frumenti coronato.)(A ☧ AI-ΩN loco AKPAIΩN, colligatis K et P. Ceres ipſa vtraque manu taedas gerens. Æ 3. qui eſt in *Torremuzzae* Sicil. Num. Tab. II primus protulit *Haymius* Th. Br. p. 2. Tb. 10. n. 2. et quia legit in eo AKAIΩN, ad *Achaiam* Syriae vrbem retulit; felicius tamen *Pellerin.* Rec. III. p. 98. litterarum KP nexum reſpiciens, *Acris*, quae fuerunt in Sicilia, eum reſtituit. --- Cererem poſt Proſerpinae raptum faces ad Aetnae ignes accendiſſe, diuque terras luſtraſſe, quaerens filiam, fabulati ſunt poetae. --- De rhomboica figura ◇ vid. Ω.

ACRAEVS Iouis cognomen in n. Smyrnaeorum. *Spon.* Miſcell. Antiq. p. 74. vid. AKPAIOC.

ACRASVS ignoti ſitus, et prope etiam nominis vrbs, cuius nomen apud geographorum neminem adnotatum reperitur; numi ſolum eius mentionem faciunt. In Notitiis Eccleſiaſticis ὁ Ἀκράσου, et Ἀκρασσοῦ, *Acraſi Epiſcopus*, in *Lydia* nominatur. *Patin.* Num. aer. med. p. 226. in Seuero ſcripſit, multas huius nominis eſſe vrbes; poterat poſt primum lapſum, quo gentile Ἀκρασιωτῶν ab AKPA deriuauit ita ſcribere *Patinus*, huius enim nominis vrbes decem commemorat *Stephanus*. In Lybia alia, alia in Phrygia ex *Begeri* Th. Br. III. p. 97. ſententia fuit *Acraſus*, quod vero negat *Mediobarb.* in Epiſt. de numo Seueri Graeco AKPACIΩTΩN inſcripto, quae in *Memor. Triuult.* 1705 Ianuar. p. 29. ſq. et apud *Wolteretk.* Elect. Num. p. 142 ſq. --- *Triſtanus* et *Patinus* contendunt, illud AKPACIΩTΩN vocabulum in n. Seueri de vrbe *Acra* in Iſthmo paludum Maeoticarum ſita, intelligendum eſſe. --- Forte in *Lydia* ad Ioniae fines haud procul Epheſo, cuius tutelarem deam Acroſiatarum numi ab *Harduino*, *Vaillantio* et *Froelichio* prolati, repraeſentant. Exemplo plurimarum Aſiae ciuitatum Acraſus deos vrbium vicinarum eodem adfecit cultu atque honore, quo propria numina proſequebatur. Sic in numis Seueri, Getae, Paulae, et Alexandri ſignum Dianae Epheſiae eſt ſignatum, cui praeterea in n. Commodi adſtat Fortuna; Minerua galeata ſt. d. ramum oleae, ſ. haſt. puram in n. Getae; Aeſculapius ſt. in n. Seueri et Plautillae; Cybele bigis leonum vecta in n. Alex. Seu. ab *Haymio* Th. Br. II. Tb. 43. n. 5. exhibito, aliquid nouitatis habet; Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam in autonomo *Pembrokiano* p. 2. Tb. 3. n 4. In aliis autonomis apud *Haymium* II. Tb. 10. n. 4. 5. caelatis vel caput Herculis barbatum eſt expreſſum.)(Teleſphorus ſt. cum populi nomine; vel caput gal. Palladis)(Leo gradiens addita populi denominatione ſolita. Pallas, Leo et Herculis caput *Haymio* perſuadent, Acraſiotas Macedoniae fuiſſe originis. Ciuitati praetores praefuiſſe, ex *Vaillantio* diſcimus. Numos percuſſit Commodo, Sept. Seuero, Plautillae, Getae, Elagabalo, Paulae, Alex. Seuero. vid. AKPACIΩTΩN.

Acrocorinthus, rupes ſupra quam templum in n. Corinth. viſitur, ſtadiorum trium et dimidiati altitudine ad perpendiculum, ſub cuius radice in plano, inſtar menſae, iacet vrbs *Corinthus*. Mons ille moenibus olim

olim circumdatus, arcis vſum praebuit. In eius aditu templum Veneri vel Soli dicatum eſt, quod in n. Corinth. exhibetur.

ACROSTOLIVM et ACROTERIVM, vtrumque a faſtigio ſic dicitur, eſtque genus ornamenti nautici in prora, ſimilitudine alae effictum, quod victae naui detractum, et in victrice erectum, victoriae ſignum eſt Sed extra hunc caſum, quando acroſtolium non eſt ſpolium ab hoſte captum, ſed ſimplex nauis ornamentum, tunc acroſtolium eſt ſymbolum rei naualis florentiſſimae in numis inſularum celebriorum et potentiorum, inter alias Rhodiorum, quos ſignatos exhibent *Ruben* Num Arſchot. Tb. 5 n. 22 p 9. et *Morell.* in gente Caſſia et Seruilia. Symbolum porro eſt imperii maritimi in nauibus praetoriis Romanorum, et praefecturae maris in denariis Pompeii M. in quibus paſſim cernitur in nauibus praetoriis, in tropaeis naualibus, et in ipſa manu Pompeii cum epigr. PRÆF. CLAS ET ORÆ MRIT. EX S C. ad indicandum maris imperium Pompeio contra piratas decretum. *Wachter.* Archaeol Num p 91. — In numis Sidoniorum Phoeniciae vrbis inſigne, eorum in mari potentiam denotans, vt videre eſt in plurimis Syriae regum numis, et in aureis, argenteisque C. Caſſii, Syriae proconſulis, ad arguendum, in ea vrbe denarium eſſe ſignatum pro exercitus Caſſii vſu, cum Caſſius ille Syriam occuparet integram, de qua Caſſii victoria nauali *Dio* L. XLVII. p 346 — Pariter in area n. Corcyrae, Heracleae Lucaniae, Salapiae Apuliae, Tripolis Phoeniciae ſignatum eſt acroſtolium, item pone caput Iouis n. Dorae. Aſtarte, ſeu Venus in n. Beryti acroſtolium aeua gerit, tanquam maris Domina — An Acroſtolium, an cepa Aſcalonia in numis Aſcalonis? diſquirit *Spanh.* I. p. 723. — Differt acroſtolium ab ornamento puppis, quod Graecis ἄφλαστον, et inde Latinis *Apluſtre* dicitur. Vtriusque effigiem dedit Io. *Scheffer.* de Militia nauali veterum L. II. c. 6. p. 157. ſq.

ACROTERIVM, v. *Acroſtolium.*

AC SOL... in n. Heraclii rariſſimo cum aequitatis typo ſt. d. bilancem, S. c. c. in area ſtella, in imo CONS, *Band.* II. 686.

ACT. *Actiacus, Actiaca, Actianus, Actium* — ACT. *Actiacus* Apollo, ſic dictus ab vrbe Actio, habitu muliebri, d. lyram. AV. AR. Auguſti *Mdb.* 26. 27.) *Vaill.* Praeſt. II. 27. — ACT A. *Actiacus Apollo.* — APOLLINI ACT. *Actiaco.* — IMP. X. ACT. Apollo cum plectro et lyra. AR. Auguſti *Bellor.* p. 24. n 87.) *Geſn.* Tb. 13. n. 6.) *Harduin.* 701.) *Mdb.* 37.) *Muſel.* Imp Tb. 5. n. 7. — IMP. XII. ACT. Apollo. AR. Auguſti *Bellor.* p 19. n. 43.) *Geſn.* Tb. 17. n. 2) *Mdb.* 37.) *Muſel.* l. c. n. 8

ACTA BELLI, vt et ACTA PACIS in numis Imperatorum, de quibus *Spanh.* II. 524. et 626. ſq. pluribus agit.

ACTA VRBIS diurna continebant opera a Caeſaribus inſtaurata; cuius generis ſunt tot aedes deorum ſeu templa, quae ab Impp. ſunt exſtructa, vel refecta, aut in ipſorum etiam honorem et cultum cum in vrbe, tum in prouinciis condita. *Spanh.* II. 643.

ACTIACA AERA, orta a deuictis per Octauianum Caeſarem ad Actium nauali pugna, M Antonio, et Cleopatra, vnde et ΕΤΟΥΣ ΝΙΚΗΣ, *Annus Victoriae*; ab A. V. C. 723. Ante Chr. 31. Sed in Aegypto, et in quibusdam vrbibus ab anno ſequente V. C. 724 Chr. 30. haec aera in autumno apud Graecos initium ducit. Praecedentes etiam aerae aliquando priuatis e cauſis a quibusdam vrbibus vno, alteroue anno ſerius, aut citius inchoatae fuere,

fuere, vti ex numis confecere eruditi. *Froelich.* Not. Elem. p. 41. ſq.

ACTIA CERTAMINA in Apollinis honorem inſtituta, Tyri celebrata. v. AKTIA. Vox ἄκτιος, id eſt, *Litoralis*; in litore enim promontorium erat Apollinis, iuxta quod illius templum frequentabatur. Non longe ab eo pugna commiſſa eſt Actiaca. Eandem ob cauſam

ACTIA ERACL. *Actia Heraclea* in n. COL. TYRO METR. legitur.

ACT. IMP. *Actiaco Imperator.* Auguſtus Apollini Actiaco victimam obtulit.

ACTIO, ad memoriam iſtius victoriae Auguſti in M. Antonium ad Actium. n. Antiſtiae gentis, vbi Apollo Actius, ſtat ſupra fabricam portus.

Actium, Gr. Ἄκτιον, in ora Acarnaniae ad Ambracium ſinum non magnum olim oppidum, templo autem Apollinis celebratum, etiam portu tuto, et adiacente eiusdem nominis promontorio. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 888. Splendidior facta eſt vrbs poſt Auguſti victoriam, et Romanam coloniam eo deductam. In Æ numis, quos *Golz.* Inſul. Tb. 6. vulgauit Apollinis Actiaci caput velatum conſpicitur.)(ACT. Martis, vel Palladis caput imberbe. *Al.* Caput apri in quadrato.)(Auis volans. — *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 8. n. 13. addit AR 2. cum inſcr. AKTIOY. Caput Palladis)(Pegaſus volans, infra quem litterae ANA monogrammate ſic AV ligatae. quae agrum *Anactorium* denotant, in quo ſecundum *Thucydidem* ſitum erat Actium. Similis fere numus apud *Pellerin.* Rec. I p. 86. — Teſte *Strabone* L. X. p. 452. totus hic tractus colonos Corinthios ducibus Cypſelo et Gargaſo accepit.

ACTIVS APOLLO a Romanis poſt [redacted] victoriae Actiacae me[redacted] v. *Apollo.*

ACV *ſic* ad vaſa pontificalia PIETA ACV. *Pietas Auguſti.* n. Tetric. Sen. *Vaill.* Praeſt. I. 223.

AD. *Adiabenicus.* PAR. AR. AD. *Parthicus*, *Arabicus*, *Adiabenicus* adpellatur Seuerus, Parthis, Arabibus, et Adiabenis ſuperatis.

AΔ. AΔP. AΔPI. Ἀδριανὸς, Ἀδριανὴ, Ἀδριανῆς, *Hadrianus* Imp. *Hadriana*, *Hadrianae*, vrbis cognomen, ob accepta ab Hadriano beneficia. AΔ. AIΓAIΩN, vel CET. AΔ. AIΓEAIΩN AΛEΞANΔPOYΠO. *Aegaeenſium.* — AΔ. CET. AΔEΞ. AMACIA, *al.* AΔ. CET. ANT. AMAC. MH. NE. ΠP. ΠO. *Hadriana Seueriana Antoniniana Amaſia Metropolis Neocora Prima Ponti.* — AΔ. MOΨEATΩN, *Hadrianorum Mopſeatarum* Ciliciae. — PEΣ. T. AΔ Ρεσαίνης τῆς Ἀδριανῆς, *Rheſaenae Hadrianae.*

AΔ in area numi Arcadiae.

AΔ ſuper delphino. n. Lyſſi Cretae.

A. D. *Auguſta Dertoſa.* C. I. A. D. *Colonia Iulia Auguſta Dertoſa.*

AD A. DE. *Ad Aerarium Detulit* pecuniam. v. QVOD V. M. S.

AΔAΔE in area aerei n. *Pembrokiani P.* 2. Tb. 1. n. 6.

AΔAIOY. vid. Heraclea Sintica Macedoniae.

ADAM et Eua, eorumque protome coniuncta cum epigraphe אדם וחוה)(Cain occiſo ad aram fratre fugitiuus, et attonitus c. inſcr. קין והבל, *Cain et Abel.* Æ max. mod. adulterinus. *Froelich* Annal. Syr. p. 91. — Adami, Euae, Noachi etc. numos, etſi nunquam cuſos, auctor libri: *Prontuario delle medaglie*, vulgauit. cf. *Wagenſeil.* diſſ. de re monetali veter. c. 2. p. 11.

Adana, Gr. Ἄδανα, vrbs Ciliciae *Ptolemaea*. *Plinio*, *Stephano*; ad Sarum fluuium *Procopio*. Plura videri poſſunt apud *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. 217. --- Eadem fuit cum *Antiochia ad Sarum*, quod nomen ab Antiocho Epiphane abſtuliſſe creditur, vt cenſet *Belley* Mem. des B. L. Tom. XXXV. p. 610. qui etiam, quae ad fortunam vrbis Adanae pertinent, prolixe deſcripſit. Serius vetus nomen reſuſcitauit, et vtroque ſuperſunt numi. --- Nomen ΑΔΡΙΑΝΩΝ, *Hadrianorum* in Hadriani Imp. honorem praeferunt Adanei tum apud *Theupolum* in Gordiani et Valeriani Sen. numis, tum apud *Vaillantium* in n. Diadumeniani, Treb. Galli, et Valer. Senioris, addit *Eckhelius* Iul. Domnae et Trai. Decii numos, propter aliquod beneficium, quod ab Hadriano acceperint, quo tempore ille Ciliciam peragrabat, quemadmodum teſtantur eius numi inſcripti: ADVENTVI AVG. CILICIAE. --- *Seuerianam* ſe quoque et *Antininopolim* in Seueri et Caracallae honorem adpellat Adana. Trium horum Imperatorum nominibus Tarſi quoque numi imperante Caracalla ſignati exſtant. Apud *Theupolum* in Maximini numo *Maximinianae* titulum Adanam tuliſſe legitur; ſed nullo modo credit *Odericius* Num. Graec. p. 143. Adaneos Imperatoris inimiciſſimi nomen praeferre voluiſſe. --- Magiſtratus nomina in quibusdam autonomis occurrunt, in aliis omittuntur. --- a) *Autonomi*: ΑΔΑΝΕΩΝ. Caput hedera coronatum cum thyrſo ad humeros.)(Η . . . ΝΟΥ . . Mulier velata ſedens, d. Spicas, ſ. ſceptrum oblongum. Æ 1. *Theup.* 1244. --- Caput mul. turr. vel.)(ΑΔΑΝΕΩΝ ΕΥΜΑΝΙΚΑ, *Adaneorum Sub Eumanica*. Equus, ante quem monogramma. Æ 3. *Theup.* ib. --- Protome galeata Palladis cum aegide.)(ΑΔΑΝΕΩΝ ΑΥΓΑΝΟΥΜΑ. Victoria gradiens d. coron. ſ. palm. Æ. *Pembrok*. p. 2. Tb. 1. n. 7.) --- Caput Iouis laur.)(ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. *Hadrianorum Adaneorum*. Palladis protome gal. Æ 3. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 13. n. 7.) --- b) *Sub Imperatoribus*: ΙΟΥΛ. ΔΟΜΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Cap. *Iul. Domnae*, Seueri vx.)(ΑΔΑΝΕΩΝ. Caput *Caracallae* filii, Æ 1. et 2. *Vaill*. Gr. 89. --- ΑΔΑΝΕΩΝ ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ ϹΕΒ. Huius caput.)(Caput Carac. laur. Æ 3. *Vaill*. ib. --- ΙΟΥΛ. ΔΟΜΝΑΝ ϹΕΟΥΗΡΟΥ. Cap. Domnae.)(ΑΔΡ. ϹΕΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΠΟ. ΑΔΑΝΕΩΝ. *Hadrianorum Seuerianorum Antoninopolitarum Adaneorum*. Vrna ludorum, cui inſcriptum: ΙΕΡ. ΟΙΚ. *Sacrum Oecumenicum* certamen, quae inſcriptio in numis rara eſt admodum. Æ 1. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 13. n. 8. --- ΜΑ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput *Diadumeniani* nudum.)(ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. Victoria, d. coronam, ſ. palmam. Æ max. mod. *Muſ. Piſan.* Tb. 47. n. 1. p. 134) Æ 1. *Vaill*. Gr. --- Α. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟϹ ϹΕΒΑϹ. *Maximini* cap. laur.)(ΜΑΞΙΜΕΙΝΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ, *Maximinianorum Adaneorum*. Mulier turrita ſedens in monticulis in templo 2. col. pro eius pedibus fluuius enatans. Æ 1. *Theup.* p. 1035. cf. *Oderic*. Num. Gr. p. 143. --- ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝ. *Gordiani Pii* cap. laur.)(ϹΑΒΕΙΝ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑΝ ϹΕΒ. ΑΔΑΝΕ. *Sabinam Tranquillinam Auguſtam Adaneorum*. Tranquillinae caput. Æ 1. *Theup.* 1041. --- ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. ϹΕΒ. *Gord. Pii* cap. laur.)(ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. Cap. mul. turritum circumpoſitis ſignis Zodiaci. Æ 1. *Theup.* ib. --- *Al.* Eadem inſcr. Imperator ſt. capite laur. d. pateram, ſ. veſtem ſubleuat. Æ eiusd. *Gordiani*, quem *Odericius* Num. Graec. 143. vulgauit. --- ΑΥ. ΚΑΙ. ΚΥΙΝ. ΔΕΚΙΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ. Caput *Traiani Decii* laur.)(ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, pro pedibus aquila. Æ 1. *Eckhel*. Cat. Vind. I. p. 184. --- ΑΥΤ. Κ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟϹ. ϹΕΒ. *Treb. Galli* caput ad humeros cum paludam.)(ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. Fig. barbata et ſeminuda ſedens, d. haſtam.

haſtam, coronam imponit atlethae nudo ſedenti in ſcamno, cui ſiniſtra inſiſtit, deſtram capiti admonet. Æ 1. *Baud.* I. 67.) *Vaill.* Gr. — ΑΥ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙΚ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. ϹΕΒ. *Valeriani Senioris* cap. laureat. c. palud.)(*Ead. inſcr.* Iupiter ſedens, d. pateram, S. haſtae innixa. Æ 1. *Band.* I. 21.) *Theup.* 1077.) *Vaill.* Gr. 175. — *Al.* ſed mulier polata ſt. d. pateram, ſ. haſtam puram. Æ 1. *Vaill.* — ΑΔΑΝΕΩΝ. Fluuius decumbens. Æ 2. *Gallieni* apud *Band.* I. 200.) *Vail.*

ΑΔΑΝΕ, vel vt plurimum ΑΔΑΝΕΩΝ, *Adaneorum* in Cilicia. ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ, *Hadrianorum Adaneorum.* v. *Adana.*

Addaea Meſopotamiae vrbs. *Ptolemaeo* ad Euphratis litus Babylonem verſus. *Cellar.* Not. Orb. Antiq. II. 610. In ea antiquariis hactenus ignota, neque geographis fere magis cognita, procuſum fuit numiſma maximae formae, artificis admodum imperiti, quod grana 504. adpendit. *Haym.* Theſ. Br. II. Tb. 49. n. 2. p. 381. id vulgauit. Capita aduerſa alterum laureatum, radiatum alterum. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. Π. ΛΙΚΙΝΝΙΟΙ ϹΕΒΒ. *Valerianus, Gallienus, P. Licinnii Augg.*)(Duo viri nudi et haſtati ſtantes, quibus in medio tauri caput imminet. ΑΔΔΕΩΝ, *Addeſium.* ΙΒ. quae litterae Haymio videntur probabiliter indicare *Sacrum Senatum*; annus enim duodecimus non congruit Valeriano, qui ſexto imperii captus a Perſis in ſeruitute diem obiit extremum. Agna haſtatorum Caſtoris et Pollucis patriorum deorum eſſe cenſet editor, qui et caput tauri ſacrificia Neptuno impetrata indicare arbitratur.

ΑΔΔΕΩΝ, *Addenſium* v. *Addaea.*

ADDITIO LITTERAE in familiarum numis obſeruatur, vbi FEELIX, VAALA, VIIRTVS pro *Felix*, *Vala*, *Virtus*. Iuxta *Quintilianum* enim L. I. c. 5. aut vocales iunguntur, aut vnam longam faciunt, vt veteres ſcripſere, qui geminatione earum, velut apice, vtebantur. — Vetuſtate excuſanda eſt adiectio litterae S. in vocibus ALEXSANDER, ALEXSANDREA, AXSIVS. MAXSIMVS, ſicut in tabulis Graecis vetuſtiſſimis, ante litteram vſitatam, eius loco ΧΣ adhibitum legitur. — Adiecta quoque littera O in nominibus FOVLVIVS, FOVRIVS, pro *Fulvius*, *Furius*. — Similiter EI loco I, vti EID. MART. *Idibus Martii*, CASSEIVS, DEIDIVS, DE PARTHEIS, LEIBERTAS, PLEBEI, PREIMVS, PREIVERNVM, SERVEILIVS. Pariter in Graecorum numis Latina nomina, et alia, quae I longum complectuntur, iam per EI, iam per I ſcripta exſtant, vt ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ et ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ et ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ etc. vid. ΕΙ. — *Adiectione* autem elementi ſuperflui *mendoſa*, ſculptoris erratum obſeruatur in Graeco Addenſium Meſopotamiae numiſmate e maximorum genere, geminato enim N ſcriptum eſt ΛΙΚΙΝΝΟΙ, duplici autem C habetur ΑΥΓΟΥϹϹΤΑ in Domitiae numo apud *Harduin.* Hiſt. Aug. — Huc etiam pertinet Graecus Thaſiorum, in quo ΗΡΗΑΚΛΕΟΥΣ habetur pro ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, vt et in Traiani numo OPITIMO pro OPTIMO, et in Galli numo SAECVLLVM, duplicato L. et alia eiusmodi.

ΑΔΕΛΦΑΙ, *Sorores*, adpellantur duae vrbes in numiſmate Caracallae apud *Arigoni*, nempe ΠΛΩΤΕΙΝΟΠΟΛΙΣ, et ΔΟΜΗΝΟΠΟΛΙΣ ΑΔΕΛΦΑΙ. — In Seleucide Syriae regione quatuor vrbes ΑΔΕΛΦΑΙ, *Sorores* erant, *Strabone* teſte, *Antiochia*, *Seleucia*, *Apamea*, et *Laodicea*.

ΑΔΕΛΦΟΙ, *Fratres*, Druſus et Germanicus. ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus Caeſar*, *Germanicus Caeſar*, *Fratres*. Iidem in Æ 2. Sardianorum dicti: ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ

ΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus*, *Germanicus*, *Caeſares Iuniores Dii Philadelphi Fratres*. *Morell.* Specim. Tb. 15. p. 156.) *Spanh.* II. 322.) *Vaill.* N. Gr. 10.

ΑΔΕΛΦΩΝ, *Fratrum*, vel potius *Fratris et Sororis*, ſuper iugata capita Philadelphi et Arſinoes.)(ΘΕΩΝ, *Deorum*, et capita iugata Soteris I. et vel Berenices, vel Euridices. AV. *Cim. Vind.* P. I. p. 1.

ΑΔΕΛ†ΩΝ, Ἀδελφῶν, *Fratris Sororisque*. Numus aureus, qui duo capita Ptolomaei Philadelphi et Arſinoës, vxoris ſimul et ſororis exhibet. Hic enim Ptolemaeus, teſtante *Pauſania* in Att. germanae ſororis Arſinoës amore victus, eam ſibi matrimonio adiunxit, atque id non ſane ex Macedonum, ſed Aegyptiorum, quibus imperabat, lege fecit. Legem iſtam eiusque rationem adfert *Diodorus Siculus* L. II. „Lege Aegyptiis ſtatutum eſt, vt praeter communem aliorum hominum morem, cum ſororibus matrimonium ineatur, quod Iſidi apud ipſos feliciter hoc ſucceſſiſſet. Haec enim Oſiridi germano nupſit, et praeſtito a morte eius iuramento nemini poſthac in complexum ſe venturam, de caedis auctoribus poenas exegit, et regno ad finem ſanctiſſime praefuit.“ Itaque Arſinoën ſororem vti matrimonio, ita etiam in numo ſibi iunxit Philadelphus, quo tendit vox ΑΔΕΛ†ΩΝ, *Fratrem Sororemque* hic ſpectari innuens. Adpellatio enim Graeca Ἀδελφῶν communis vtrique ſexui, de Philadelpho et Arſinoë Latine non poteſt dici *fratrum*, obſeruante *Spanhemio* diſſ. V. Praeterea in hac voce notanda eſt littera Φ crucis † formam habens, qualem etiam obſeruauit Io. Andr. *Schmidt* in n. Philippi, ſeu uidere eſt in Epiſtola ſingulari de hoc numo. Similes vulgarunt *Beger.* Th. Palat. p. 144.) Muſ. *Pembrok* P. 1. Tb. 3. n. 2.) *Seguin.* Select. Num. p. 55.) Polyc. *Tenzel* Sel. Num. Aur. n. I. p. 1. ſqq.) *Spanhem.* diſſ. V.

ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, *Fratrum Populorum*, inſcriptio trium ex Æ numorum Alexandri I. Theupatoris Syriae regis apud *Beger.* Th. Br. III. 70.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 9. n. 14. p. 62. et 65. n. 26.) *Geſn.* Tb. 14. n. 25. et Tb. 18. n. 10.) *Muſel.* Suppl. Tb. 2. n. 4. 5.) *Pembrok.* p. 2. Tb. 33. n. 11.) *Theup.* 1230.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 6. n. 1. 2. 3. qui *Maſſonii* adnimaduerſiones p. 64. ſqq. adiunxit. Duorum modo numinum Iouis atque Apollinis laureata capita, eorumque ſymbola, fulmen nempe ac tripus, in iisdem cernuntur, addito tantum duplici anno, quem litterae ΔΞΡ vel ΕΞΡ. 164. 165. deſignant. Nec multum cetera variant monogrammata, quae ignotae ſunt ſignificationis. In tertio capita iugata barba promiſſa, quorum vnum eſt diadematum forte Iouis Caſſii et Iouis Philii.)(Ead. inſcr. Figura muliebris. — Ad quos populos, vrbesue referendi ſint id genus numi, ſatis clare docent metallum, et ſculptura, quae Syriaca omnino ſunt. *Golzius* quidem omnium primus numum eiusdem generis repraeſentare voluit cum Iouis capite ac fulmine; verum perperam inſcriptionem legens, ſic eam protulit ΕΥΡΗ. ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΟΣ, atque ad vrbem *Delphos* refert. Graeciae Vrb. T. 8. n. 8. Nec melius Golzii interpres *Nonnius* rem intellexit; neque *Cuperus* ad calc. Apoth. Homeri p. 233. licet eum corrigere conetur. Sic et *Harduinus* omnino ſomnia narrat, dum ſimilem numum hoc modo legit, et interpretatur: Η. ΤΑ. ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, Ἡρακλείας Ταρσοῦ Ἀδελφῶν Δημῶν, *Heracleae, Tarſi, Fratrum Populorum*, cum nota praefecti in parte ima numi.)(Iouis caput. Quis vero fuerit poſticae typus, non indicat. *Begerus* Th. Br. III. 70. tandem haud aliis fuit oculatior, qui vnum id genus cum Iouis capite et fulmine pro-

proferens ſe neſcire fatetur, quas ad vrbes ſpectauerit; bene tamen iudicauit ex anno 165. numum ſub Alexandro Syriae rege percuſſum.

ΑΔΕΣΑΝΔΡΟϹ loco ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ in n. Antiochiae Syriae. ΑΤΤ. Κ. ΜΑΡ. ΑΤ. ΔΚΤ. ΑΔΕΞΑΝΔΡΟϹ, *Alexander Seuer.*

Adfectiones litterarum varias, in iis permutandis vel confundendis, ſuppeditant antiqui numi, quae ad ſcripturae veteris rationem capiendam aut explicandam, immane quantum conferunt. Nec enim hic, quod vulgo nonnulli exiſtimant, caſui continuo aut errori adſcribi debent plurima, quae in iis, a recepto hodie ſcribendi vſu aliena ſaepe videntur. Confuſas enim nonnumquam et permutatas diuerſas litteras apud ipſos veteres licet obſeruare, cum et fontibus aliis, tum vel maxime e ſcripturae veteris veſtigiis, aut e recentioris additamentis; vel e ſono ac pronuntiatione litterarum inter ſe ſimilium et adfinium. *Spanhem.* T. I. p. 115.

ADFINI in n. Conſtantii Chlori et Maxentii inſcriptis; IMP. MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO ADFINI. *Band.* I. 94. 104. *Vaill.* Pr. I. 263.

AD FRV. EMV. EX S. C. *Ad Frumentum Emundum*, vel *Ad Fruges Emundas, Ex Senatus Conſulto.* Duo viri ſedent, quaſi colloquentes inter totidem ſpicas.)(PISO. CAEPIO. Q. (*Quaeſtores*) Caput Saturni laureatum, retro falx eſt, ſubtus tridens, *al.* arcus vel ſpiculum. *Morell.* Theſ. Fam. p. 66. ſq. *Vaillantius* aliter ſentit ac rectius *Vrſino*: Hic C. Piſo, inquit, cum Cn. Seruilio Caepione quaeſturam vrbanam obtinuit A. V. C. 508. qui, cum annonae caritas exſtaret Romae, S. C. miſſi ſunt ad procurandum et emendum frumentum, vt fert epigraphe. Vnde in rei memoriam hunc denarium cuderunt, in quo ſedent inter ſpicas ad frumenti copiam indicandam; ſedent tanquam ad frugum diſtributionem praeſentes; in anteriore parte Saturnum, propter agriculturae rationem, cuius ipſe repertor fuit, exhibuerunt; falx eſt Saturni Symbolum; tridens frumentum per mare translatum arguit. — *Pighii* vero ſententia Tom. II. p. 58. eſt, Piſonem et Caepionem quaeſtores ſenatus iuſſu pecuniam ex argento publico procuraſſe, duoviris ad fruges emendas conſtitutis, vt hisce nempe denariis, a quaeſtoribus vrbanis Piſone et Caepione cuſis vterentur duumuiri ad frumentum emendum miſſi. Cenſet vero *Vaillantius*, ipſos hos quaeſtores vrbanos miſſos, qui coemerent extra Italiam fruges: Eandem ſententiam amplectitur idem Tom. II. p. 154. ſqq. vbi accurate oſtendit, extra ordinem nonnumquam viros claros ex S. C. delegatos fuiſſe, qui in Sicilia, Africa, Aegypto frumentum coemerent, ſi eius annonae caritas Romae eſſet. Cui ſententiae accedit *Hauercamp.* ad Morell. Fam. p. 67.

ADI. *Adiutrix.* LEG. I. ADI. P. F. *Legio Prima Adiutrix, Pia, Fidelis.* — LEG II. ADI. VI. P. VI. F. *Legio Secunda Adiutrix, Sextum, Pia, Sextum Fidelis.*

ADIAB. *Adiabene*, quae nobiliſſima pars fuit Aſſyriae, adeo vt nonnumquam quoque totam ſignificet. Sic *Plin.* L. V. c. 12. *Adiabene*, Aſſyria ante dicta. Et *Ammian.* L. XXIII. c. 20. *Adiabena*, Aſſyria priſcis temporibus dicta.

ADIAB. *Adiabenicus*, Sept. Seueri cognomen, de quo *Sex. Rufus* c. 21: Adiabenos deleuit, Arabos interiores obtinuit. Huic cognomina ex victoriis quaeſita ſunt, nam *Parthicus, Adiabenicus* et *Arabicus* eſt cognominatus. Qui Adiabenici titulus legitur in aliquot Seueri numis: L. SEPT. SEV. PERT. AVG. ARAB.

ARAB. ADIAB. etc. Idem cognomen in multis marmoribus additum eſt Seuero apud *Grut.* p. 264. vti quoque in Traiani numo legitur: ADIAB. (*Adiabenico*) S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. *Mediob.* p. 162. Idem cognomen in Graecis

ΑΔΙΑΒΗΝ. Ἀδιαβηνικὸς, *Adiabenicus*; Ἀδιαβηνὴ enim dicta eſt *Adiabene.*

ADIECTIO litterarum mendoſa vid. ADDITIO litterae.

ΑΔΙΝΝΙΓΑΟ, *Adinnigai*, *Froelich.* Not. Elem. p. 201. *Ei.* Num. Reg. Vet. p. 35. et in *Ei.* Dubiis de Minniſaro, neſcire fatetur, quo ſpectet aereus ſeu ſubaeratus primae formae nummus, contendit autem, eum Maniſaro vel Minniſaro, Armeniae regi ſub Traiano Auguſto, attribui non poſſe. Caput eſt barbatum, diadematum, et inſolito plane ornatu.)(. . . . ΑΙΑ. ΑΔΙΝΝΙΓΑΟ. ⊏ΩΤΗΡ□⊐ (*ſic*), *Reg. Adinnigai Soteris*, vt *Froelichio* legendum videtur; infra ΤΑΓ. Anno 333. in area [A] et Ж. Figura nuda ſaxo inſidens; d. quaſi clauam. *Froelich.* Dub. de Minniſ. n. 1.) *Ei.* Num. Reg. Vet. Tb. I. n. 4.) *Ei.* Not. Elem. Tb. 18. n. 1.

ADINOD. Eques decurrens; d. haſtam ſ. clipeum.)(Caput galeatum. Æ 3. *Atinae* Latii, quae nomen hodieque ſeruat. Muſ. *Theup.* p. 1244. vid. *Atina.*

ΑΔΙΡΒΗΝΟC in n. Elogabali ab Hierapolitanis ΑΔΗΡ lingua Syriaca *Solem* ſignificat, quod capiti Solis radiato et Elagabali conuenit. ΒΗΝΟC non plurimum a *Belo* diſtat, quem Iouem fuiſſe conſtat.

ADIV. *Adiutrix.* LEG. II. ADIV. P. F. *Legio Secunda Adiutrix, Pia, Felix.*

ADIVTA ROMANIS. vid. DEVS ADIVTA ROMANIS. n. Heraclii I. *Raſche Lex. Num.*

ADIVTRIX AVG. Diana mulier ſeminuda ſ. arcum, d. ſagittam pharetra retro pendente educit. AV. Victorini Senioris, qui deam inuocat, vt ſibi in expeditione aduerſus Gallienum ferat auxilium. *Band.* II. 318.) *Mdb.* 397.) *Vaill* Pr. III. 14.

AD ante L. nunc integrum ſeruatur, nunc patitur immutationem, et vtrumque meliore aeuo. cf. *Cellar.* Orthogr. p. 85. — Pondus praebet toties in numis laudata ADLOCVTIO, nec iis tantum poſterioribus, ſed Caligulae etiam, Neronis, Galbae, Domitiani Neruae, quibus expreſſum eſt ADLOCVT. AVG. it. ADLOCVT. COH. — In vnico Commodi Æ. numo, apud *Medio-barb.* p. 251. legitur, ALL. EXERCITVS. Imperator *alloquitur* cohortes.

ADLOC. vel ADLOCVT. *Adlocutio.* Imperator paludatus in ſuggeſtu ſt. adloquitur milites adſtantes cum aquila legionaria, ſignis militaribus et ſcutis, de qua adlocutione *Sueton.* vit. Galbae c. 18. Æ. Galbae. *Mdb.* p. 100.) *Patin.* Sueton. p. 350. — Seueri. *Mediob.* 273. — Philippi. *Mdb.* 345.

ADLOCVT. AVG. *Adlocutio Augusti.* Imperator ſt. in ſuggeſtu, alloquitur ad milites. n. Neruae. *Mdb.* eques. adſiſtente figura militari, lo-143. ſq.) *Vaill.* Pr. I. p. 44. — L. Veri. *Mdb.* 234. — COS. III. n. M. Aurel. *Mdb.* 216.) *Vaill.* Pr. I. 82.

ADLOCVT. COH. *Adlocutio Cohortium.* Adloquebantur cohortes, cum Imperator ante proelium milites ad fortiter agendum exhortaretur, ſeu cohortium fortitudinem in iſta concione laudaret. Sic Caligula ſt. in ſuggeſtu ante cohortes, iuxta *Dionem* ad pontem Baianum. Æ Calig. *Angeloni.* f. 37. n. 4.) *Arſchot.* Tb. 18. n. 1. 2.) *Bellor.* 29. n. 1.) *Erizzo* 169.) *Geſn.* Tb. 39. n. 31.) *Mdb.* 77. ſq.) *Muſel.* Imp. Tb. 17. n. 2.) *Pembrok* P. 3. Tb.

 64. n.

64. n. 4.) Th. R. *Sueciae* T. 3. n. 21.) *Vaill.* Pr. I. p. 17. — Nero ante caſtra praetoria in ſuggeſtu togatus ſt. cum Burrho adloquitur cohortes. Æ. Neron. *Angelon.* f. 61. n. 18.) *Mdb.* 135.) *Vaill.* Pr. I. p. 21.

ADLOCVT. COHORT. *Adlocutio Cohortium.* Æ. Domitiani. *Mdb.* 135.

ADLOCVTIO et idem Imperatoris in ſuggeſtu ad cohortes loquentis typus. n. Neronis. *Mdb.* 95. — Galbae. *Angelon.* f. 59.) *Bellor.* 52. n. 8.) *Harduin.* 727.) *Mdb.* 100.) *Muſel.* Tab. 26. n. 6.) Th. R. *Sueciae* Tb. 5. n. 4.) *Vaill.* Pr. I. 23. et III. 110. — Veſpaſiani. *Vaill.* Pr. III. 111. — Hadriani. *Mdb.* 178.) *Vaill.* Pr. I. 63. — L. Veri. *Spanb.* II. 628.) *Vaill.* Num. Camp. p. 37. — Commodi. *Mdb.* 250. — Macrini. *Vaill.* Pr. III. 168. Morem adloquendi exercitum valde frequentem Imperatoribus fuiſſe, cum ex numis, tum paſſim ex hiſtoriarum monumentis conſtat. Id autem fiebat, vel cum ipſimet primum ad imperium peruenirent, vt Galba fecit et Probus; vel cum aliquem in ſpem ſucceſſionis adoptarent, vt Galba itidem fecit, Piſonem adoptando apud milites; vel etiam cum alium ad imperii conſortium conſumerent, quorum exempla apud hiſtoricos paſſim occurrunt. Numi inſcripti; ADLOCVTIO AVG. vel AVGG. et ADLOCVTIO COH. et COHORT. in nonnullis Imperatoribus reperiuntur; ADLOCVTIO autem BRITANNICA in Hadriano tantum, quemadmodum ADLOCVTIO MILITVM in Probo tantum occurrit. Vel omiſſa hac ADLOCVTIOnis inſcriptione Imperator in ſubſtructione adloquitur milites, vt Æ numum Commodi protulerunt *Angelon.* 178.) *Erizzo* 529.) *Beger.* Th. Br. II. 682.) *Geſn.* Tb. 124. n. 20.) *Harduin.* 790.) *Mdb.* 251.) *Muſel.* Suppl. Tb. 22. n. 8.) Th. Reg. *Sueciae* Tab 22. n. 8.) *Theup.* 543.) *Vaill.* Praeſt. I. 97. — *Adlocutiones* illae *militares*, ſeu conciones ad milites, quas Imperator ad exercitus ante expeditionem quampiam, aut ineundi proelii tempus vel etiam poſt victoriam, quo milites ob rem bene geſtam laudibus, quandoque etiam praemiis remunerarentur, habere conſueuerant, in tot praeclaris Caeſarum numis conſeruantur, in quibus exhibetur ſuggeſtus ſeu tribunal, in quo ſtat Imperator, erecto dextro brachio, ſilentium, quod de Druſo, Tiberii filio, ſimili in re dicit *Tacitus*, manu poſcens, retro praetorianorum praefectus; infra ſtant ac ad Imperatorem conuerſi cum aquilis et ſignis milites, addita inſcriptione ADLOCVT. vt in Galbae, vel ADLOCVTIO, vt in L. Veri numo; vel ADLOC. AVG. et ADLOCVT. AVG. vt in M. Aurelii aliorumque numis; vel ADLOCVTIO AVGVSTI, vt in Gordiano Pio; vel ADLOCVTIO AVGG. et AVGVSTORVM, vt in Phillppo ſen. et Licinio Valeriano; vel ADLOCVT. COH. in Caligula, Nerone et Commodo, in aliis vero ADLOCVTIO COHORTIVM expreſſis litteris integris; vel ADLOCVTIO COH. PRAETOR. *Cohortium Praetorianarum*; vel ADLOCVTIO MILITVM. — Ad eiusmodi concionem milites, ſigno per lituos dato, vocati et Imperatores tum aquilis et ſignis circumdati erant. Nemini licebat milites ita adloqui, niſi Auguſtis, qui recitabant nonnumquam e ſcripto iſtas adlocutiones, quae numquam impune omittebantur. De quibus adlocutionibus praeter *Spanhemium* II. p. 627. ſqq. 840. ſq. et *Oiſelium* p. 447. agit *Hiſtoire de l' Acad. des Inſcr. et B. L.* Tom. I. p. 309. et Ioa. *Doppert.* in progr. XX. de tribus numis, quibus impreſſa cernitur Auguſtorum Caligulae, Neronis et Galbae effigies cum manu porrecta, ordines circumſtantes pro Romanorum more *adloquens.* Sneebergae 1703-1713. Fol. — *Suggeſtus*

lus ille, ſi *Plinio* ac *Tacito* fides, pleriumque ex viridi caeſpite exſtruebatur et patulas Imperatori loquenti aures praebebant infra ſtantes milites. Neque tamen illae conciones ſemper e tribunali ſeu ſuggeſtu habitae ab Imperatoribus, ſed ab iis equitantibus interdum etiam actae, quod recte obſeruat *Lipſius* de Milit. Rom. L. 4. dial. 9. et oſtendunt alii numi, in quibus Imperator equo inſidens milites compellat, cum inſcriptione EXERCITVS, quem adloquitur. Tales ſunt praeclari aliquot numi, in quibus legitur: EXERCITVS DACICVS, aut GERMANICVS, aut BRITANNICVS, aut SYRIACVS, aut reliquis adhuc rarior EXERCITVS CAPPADOCICVS, quem *Spanhem.* II. p. 630. vulgauit et cui alium eiusdem Hadriani numum, inſcriptum EXERCITVS RHAETICVS, addidit, in quo ſimilis typus, tres nempe adſtantes cum ſignis milites conſpiciuntur, quem protulerunt etiam *Erizzo* p. 248. et *Triſtan.* I. p. 472. —

ADLOCVTIO AVG. (*Auguſti.*) Sic inſcriptus n. Neruae apud *Vaill.* Pr. I. 45. — L. Veri. *Vaill.* Pr. I. 90. — Taciti. *Band.* I. 419.) *Vaill.* Pr. III. 215. — Probi. *Band.* I. 443. 445. 446. 453. 457. 488.) *Mdb.* 412. 416.) *Vaill.* Pr. I. 234. et III. 34. 217. — Maxentii. *Band.* II. 151. — In numis, hac epigraphe notatis, Imperator in ſuggeſtu cum praefecto praetorio ſt. adloquitur cohortes, vt in n. Taciti, Probi, Maxentii — ſed praeterea miles captiuum nudum ſiſtit ante ſuggeſtum. n. Maxentii apud *Band.* II. 151. — vel duo captiui manibus poſt terga vinctis ſtant ante ſuggeſtum. n. Conſtantini. *Band.* II. Add. ad p. 94. — vel Imp. adloquitur milites ſex, plures enim numus non capiebat, tres hinc inde, cum ſignis militaribus ſex, et ante ſuggeſtum captiui quatuor in genua procumbentes, dextris elatis ſupplices. n. Probi. *Band.* I. 453. 488. — vel loquentem Imp. adeunt praetoriani duo, ſinguli captiuum manibus poſt tergum adducentes, et equos freno retinentes. n. Probi. *Band* I. 457. — vel milites galeati tres a dextris adſtant cum equo et ſigno militari, captiuum nudum et barbatum reuinctis manibus ad ſuggeſtum ſiſtentes; a ſiniſtris alii duo cum equo et ſignis militaribus duobus, captiuum alterum nudum, ſed imberbem, manibus etiam poſt tergum ad eundem producunt ſuggeſtum. n. Probi. *Band.* I. 445.) cf. *Genebrier.* diſſ. de Nigriniano, et *Woltereck.* Elect. Num. Tb. 4. n. 7.

ADLOCVTIO AVG. N. (*Auguſti Noſtri.*) n. Val. Conſt. *Band.* II. Add. ad p. 94.

ADLOCVTIO AVGG. (*Auguſtorum*) Imperatores ſtantes in ſuggeſtu adloquuntur cohortes. n. Phil. Sen. *Mdb.* 344.) *Vaill.* Pr. I. 164. — Gallieni. *Band.* I. 187.) *Vaill.* Pr. III. 203. — Numeriani. *Band.* I. 524.) *Mdb.* 422.) *Vaill.* Pr. III. 222.

ADLOCVTIO AVGVSTI. Ita inſcripti n. Alexandri Seu. apud *Mdb.* 318. ſq. 322.) *Vaill.* Pr. I. 142. et III. 174. — Iuliae Mamaeae. *Mdb.* 326.) *Vaill.* Pr. I. 136. — Gordiani Pii, qui ſolito more ſtat in ſuggeſtu, ſtipatus praetorianorum praefecto Miſitheo, ſocero ſuo, per quem omnia, teſte Capitolino, geſta ſunt. *M. ſ. Alban.* II. p. 18.) *Muſ. Piſan.* Tb. 53. n. 1. p. 149.) *Medicei* Tb. Tb. 69. n. 2.) *Mdb.* p. 337.) *Num. max. Mod. reg. Gall.* Tb 25.) *Spanb.* II. p. 648.) *Tenzel.* Sel. Num. p. 106.) *Vaill.* Pr. I. 160. et III. 181. *it.* Campenſ. p. 87.) *it.* Num. Imp. II. 161. 228.) *it.* Num. Select. p. 87.

ADLOCVTIO AVGVSTOR. (*Auguſtorum.*) n. Valeriani Senioris. *Band.* I. 142.) *Mdb.* 367.) *Vaill.* Pr. I. 181.

ADLOCVTIO AVGVSTORVM. In ſuggeſtu ſtant duo Imperatores erectis dextris, et retro praetorianorum praefectus, infra autem milites cum aquila, aliisque ſignis militaribus. n Philippi Senioris. *Vaill.* Num Imp. P. I. p. 231.) *Ei.* Praeſt. III. 186. — Valeriani Senioris. *Band.* I. 113. 127.) *Spanb.* II. 628. et ad Iulian. Caeſſ. p. 101.) *Vaill.* Pr. III. 20. — Gallieni. Muſ *Alban.* II. Tb. 73. n. 3.) *Band.* I. 187. — Numeriani. *Band.* I. 516. 524.

ADLOCVTIO BRITANNICA. Imperator adloquitur cohortes pedeſtres. n. Hadriani. *Mdb.* 178.

ADLOCVTIO COH. (*Cohortium*) n. Caligulae ob vnam forte militarem ſeditionem a Caligula ſedatam. *Muſel.* Imp. Tb. 17. n. 2. — Neronis. *Mdb.* 90.) *Vaill.* Pr. III. 108.

ADLOCVTIO COH. PRAETOR. (*Cohortium Praetorianorum.*) Imp. ſt. in ſuggeſtu praefecto praetorio adſiſtente concionem ad cohortes. n. Hadriani. *Mdb.* 178.) *Vaill.* Pr. I. 63.

ADLOCVTIO COHORT. (*Cohortium.*) Imp. ſt. cum ſex figuris. n. Caligulae. *Mdb.* 77.

ADLOCVTIO MAXENTII. n. Maxentii. *Band.* II. 151.) *Harduin.*) *Vaill.* Pr. I. 279.

ADLOCVTIO MILITVM. Imp. adloquitur decem milites. n. Probi. *Band.* I. 453. 454.) *Vaill.* Pr. III. 217.

ADLOCVTIO. TACITI. AVG. n. Taciti. *Band.* I. 419.) *Vaill.* Pr. III. 215.

ADMETI, qui Apollinis et Herculis ope, apro et leone iunctis, Alceſtin vxorem accepit, fabula apud *Fulgent.* Mytholog. L. I. c. 27. et *Euſtath.* ad Hom. Il. B. v. 714. Bigae iſtae a leone et apro tractae, quibus Victoria inſiſtit, praeeunte Hercule, conſpicuntur in n. cum epigraphe S. P. Q. R. DIVO TRAIANO PARTHICO. *Errizo* 197. *Hauercamp.* Num. Contorn. n. 26 p. 94.) *Triſtan.*

ADNA. et ADNAL. AI. in barbaris tetradrachmis, de quibus *Neumann* p. 143.

A. Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. V. ΕΦΕΣΙΩΝ.

Adonis fluuius, Byblo proximus, ex Libano ortus, pro pedibus genii rupibus inſidentis. n. Bybli.

ADOP. *Adoptatus.*

ADOPTIO. Nerua et Traianus ſtantes, Nerua militari habitu ſ. haſtam, d. porrigit Traiano togato. AV Traiani in *adoptionis* a Nerua memoriam, de qua adoptione *Plinius* Paneg. c. 8. et 9. *Arſchot.* Tb. 34. n. 12.) *Mdb.* 147.) *Triſtan.* I. 378. — *Ead. epigr.* Traianus et Hadrianus togati ſtantes iungunt dextras, vnde a Traiano adoptatus, ac in conſortium poteſtatis huius adſcitus Hadrianus colligitur. AR Hadriani. *Mdb.* 168.) *Vaill.* Pr. II. 136. — Alios *adoptionis* Caeſarum numos collegit Muſ. *Pembrok* P. 3. Tb. 62. — Exſtant praeterea numi, in quibus noto ac recepto apud Romanos ritu, praemiſſis *gentis*, in quam adoptatus tranſierat, *praenomine*, *gentili*, et *cognomine*, addebatur poſtremo loco *gentis*, e qua ortus erat adopatus, ſeu formatum ex ea *cognomen* mutata terminatione *us* in *ianus*, vt AEMILIANVS, CESTIANVS, CLODIANVS, IVNIANVS, SILIANVS cuiusmodi in antiquis numis Fuluianae collectionis et in Golzianis aliarum gentium, A. LICINIVS NERVA SILIANus. — A. QVINCTIVS CRISPINus SVLPICianus, prout cum integris hiſce duobus cognominibus etiam apud *Fuluium* legitur. — M. PLAETORIVS CESTIANVS. Quorum autem tria et

et in poſtremo numo duo priora nomina ad gentes, in quas illi adoptati tranſierant, vel *Liciniam*, vel *Quinctiam*, vel *Plaetoriam*; poſtremum vero in iis nomen ad naturalem, e qua iidem orti erant, gentem *Siliam*, *Sulpiciam* et *Ceſtiam* reſpicit. — Factum vero ſubinde, vt citra additum *adoptatae gentis nomen*, *praenomen* ſolum et *cognomen* eius retineretur. Ita MA*Mercus* LEPIDVS LIVIANVS ſignatus non in Golziano ſolum numo, ſed etiam apud Morellium. Similiter inter Fuluianos numus, in quo P. CRASSVS IVNI. ſeu *Iunianus*, cuius fit a Cicerone mentio; omiſſo in priori *Aemiliae*, in poſteriori *Liciniae* gentis, in quas illi adoptione erant traducti, nomine. Quibus geminus apud *Golzium* ac inde apud *Vaillant*. CN. LENTVL CLODIAN. e *Claudia* nempe gente in *Corneliam Lentulorum* adoptatus. — Alii dantur veteres et genuini numi, in quibus *gentili* tam adoptantis, quam adoptati, nomine omiſſo, *cognomina* vtriusque conſignantur; quod in Q. CAEPIONIS BRVTI numis cernitur, qui e *Iunia Brutorum* ſtirpe in *Seruiliam Caepionum* fuerat adoptatus. Quibus addi debet huius M. Bruti gentilis et propinquus, vnusque itidem e. Iul. Caeſaris familiaribus et percuſſoribus, *Decimus Brutus*, qui a Q. Poſtumio Albino ſimiliter adoptatus, vtroque tantum adoptati et naturalis parentis cognomine, in numis eius quandoque deſignatur, nempe ALBINVS BRVTI F. illo Albini cognomine, quod in *Poſtumia* gente. Haud aliter nempe ac Scipio a Metello adoptatus, omiſſo gentis *Caeciliae*, e qua erant *Metelli*, nomine Q. METELLVS SCIPIO, aut etiam ſine praenomine METELLVS SCIPIO IMPER. legitur, non vero Q. Metellus Cornelianus, a Cornelio, gentili huius Scipionis nomine; prout in alio eiusdem gentis *Corneliae* denario CN. LENTVL. CLODIAN. dicitur, e *Claudia* in *Corneliam*, vnde erant *Lentuli*, adoptatus. In numis et in faſtis Capitolinis receptum cernimus, vt qui fuerant adoptati, naturalem, qua orti erant, gentem aut familiam aliter indicarent, quam formato inde naturalis gentis cognomine; occurrunt enim in faſtis Golzianis AEMILIANVS, CLODIANVS, MAMILIANVS, NONIANVS, SERVILIANVS, VALERIANVS; aut adſumto ipſo familiae, e qua in eadem gente orti erant, cognomine, ſicut dicti modo BRVTVS, SCIPIO et in Golzianis numis M. TERENTIVS VARRO LVCVLLVS, M. PVPIVS M. F. PISO FRVGI, illo *Liciniae*, hoc *Calpurniae* gentis, e quibus in *Terentiam* et *Pupiam* tranſierant, cognomine. — Etiam cum *tertio cognomine* e gente naturali conſignatus legitur in numis Antiochenſium Q. Caecilius Metellus Creticus Silanus, qui a Q. Caecilio Metello Cretico adoptatus cum gentis Iuniae cognomento *Silani*. — Praenominis etiam non vero cognominis vicem occupat interdum naturale adoptati cognomen, vt COSSVS LENTVLVS in *Cornelia*; vel PAVLLVS LEPIDVS in *Aemilia*; vel PAVLLVS FABIVS MAXIMVS in *Fabia* gente. Quorum prior e *Coſſorum* in *Cornelia* ſtirpe in aliam eiusdem gentis familiam, *Lentulorum* nempe, tranſierat; alter ex ea, quae *Paulli* cognomine in *Aemilia* dicebatur, ab aliis Aemiliis, cognomine *Lepidis* adoptatus; aut denique ex iisdem *Paullis Aemiliis* in *Fabiam* erat traductus. *Spanh.* II. p. 77. 82. *Morell.* Theſ. Fam. p. 78. 89. 109. 120. 144. --- Etiam geſta maiorum in denariis renouare ſolebant adoptati. Sic P. Cornelius Lentulus Marcellinus ex familia Marcellorum in Corneliam adoptatus, proaui ſui effigiem ad aeternam eius memoriam repraeſentat, eiusque ſpolia opima depingit.

ADORATIO. Varios orandi veterum ritus expoſuit: *Matth. Brouer de Niedek* de populorum veterum ac recentiorum adorationibus, cuius in-

in diſſertatione preces, earumque nomina, differentiae, origo, hiſtoria, miniſtri, progreſſus et caerimoniae elucidantur. Amſtelod. 1713. 8. cum fig. aeneis, in quibus XXVI. numi veterum ad precandi ritum pertinentes delineati occurrunt; recuſa eſt diſſertatio in Theſaur. Polenian. Tom. II. p. 925 ad 1040. — Rituale orantium vel compendium veterum orandi rituum etc. collegit Ioach. *Hildebrand.* Helmſtad. 1656. 4.

ADPARITORUM genera Romae multa fuerunt, de quibus *Spanh.* II. 95. Lictores etiam e numero adparitorum erant.

ADPELLATIO. Florentiſſimis imperii Romani temporibus nihil auguſtius erat prae adpellationibus *Imperatoris, Caeſaris, Auguſti*, vel Αὐτοκράτορος, Σεβαστοῦ. Sed decreſcente potentia, creuit nominum poteſtas. Voluerunt *Domini* adpellari, cum Imperator tantum caput ſit imperii, Dominus autem vniuerſi; inde poſteriore aeuo dicebantur D. N. *Dominus Noſter*, vel DD. NN. *Domini Noſtri*, cum videri vellent omnibus imperare. — *Adpellationes a gentilium diis* petitas ſibi vindicaſſe Imperatores, aut iis foeda eorum temporum adulatione conceſſas, et ad poſterorum memoriam proditas, oſtendunt eorum numi, in quibus HERCVLIVS — IOVIVS — OLYMPIVS etc. legitur.

ADQ. ADQVI. ADQVIS. *Adquiſita.* vid. ARAB. ADQ. — ARAB. ADQVI. — ARABIA ADQVIS. *Arabia Adquiſita* in n. Traiani, qui anno imperii ſui nono per Palmam, Syriae rectorem, ſub finem ſecundi belli Dacici, Arabiam imperio adiecit Romano.

ΑΔΡ. Ἀδριανή, Ἀδριανῆς, *Hadriana, Hadrianae.* vrbium cognomentum in beneficiorum ab Hadriano Imp. acceptorum honorem. Sic a) *Adana* Ciliciae: ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΠΟ. ΑΔΑΝΕΩΝ. — ΑΔΑΝΕΩΝ ΑΔΡ. — b) *Aegae* Ciliciae ΑΔΡ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. — c) *Amaſia* Ponti Aſiatici: ΑΔΡ. ΑΜ. ΜΗΤΡ. ΝΕΟΚ. ΠΡ. ΠΟΝΤ. — ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCΙΑ. — ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤΩΝ. ΑΜΑCΙΑC. — d) *Tarſus* Ciliciae quam frequentiſſime: ΑΔΡ. CΕΟΥΗ. ΑΛΕΞ. ΜΗΤΡ. ΤΑΡC. *Hadriana, Seuerana, Alexandropolis, Metropolis* vel etiam ΑΔΡ. CΕΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔ. ΤΑΡCΟΥ. — ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΜΗΤ. ΤΑΡCΟC, vel ΑΔΡ. CΕΟΥΗΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΠΟΛΙC etc. *Hadriana Seueriana Antoninopolis.* — ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗC CΕΥΗ. ΑΔΡ. *Antoninianae Seuerianae Hadrianae* etc. — ΑΔΡ. CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ, *Hadrianae Seuerianae*, vel addito *Macriniana* cognomine in Macrini gratiam: ΑΔΡ. CΕΥΗΡ. ΜΑΚΡΕΙΝΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ v. *ſuis locis.*

ΑΔΡ, ΑΔΡΙ. Ἀδριανός, *Hadrianus* In numis Antonini Pii: ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC — ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. etc.

ΑΔΡΑΜ. ΜΗΤΡ. ΝΕΟΚ. ΠΡ. ΠΟΝΤ. ΕΤ. ΡΠΘ. in Æ 1. Caracallae, cum Aeſculapio ſtante, ſcriptor muſei *Theupoli* explicit p. 919. *Adramytenorum Metropolis Neocora Prima Ponti Anno* 189. At liquet ſane initium epigraphes ita diuidendum eſſe: ΑΔΡ. ΑΜ. nempe *Hadriana Amaſia*, quae Metropolis, *Neocora*, et *Prima Ponti*. Quis enim vnquam Pontum ad Myſiam, qua in regione *Adramyttium*, usque extendit? *Kbell.* Apend. altera. p. 10.

ΑΔΡΑΜΝΩΝ vel ΑΔΡΑΝΝΩΝ, *Adramnorum* vel *Adrannorum* in Coeleſyria, quorum epocha forte V. C. 706. Ante Chr. 48. *Froelich.* Not. El. p. 42. — M. Aurelio et Lucillae percuſſerunt Adramni numos Æ 3. inſcriptos ΑΔΡΑΜΝΩΝ, quos *Vaill.* Num. Gr. recenſet. Caput in eis muliebre eſt turritum, quod in n. Lucillae inſcribitur: ΤΥΧΗ ΑΔΡΑΜΝΩΝ, *Fortuna Adramnorum.*

ADA-

ADAMYTTEUM, ſiue *Adramyttium*, Myſiae ad mare oppidum, *Ptolemaeo*, qui urbem in Phrygia collocat, Ἀδραμύττειον, *Herodoto* ac *Stephano* Ἀδραμυττεῖον, diphthongo, Latini itidem E porrecto *Adramyttenum*; *Mela* autem ſcripſit *Adramyttion*. *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. 36. — Tam rari huius oppidi ſunt numi, vt imperiales, ſeu a *Vaillantio*, ſeu ab *Harduino* indicatos, vel poſtea a *Theupoli* editos in digitis adnumeres. Sine Imperatoris capite vulgauit *Kbell.* Adpendicula altera Tab. I. n. 1. Æ 3. formae numum, in quo Apollinis caput laur.)(ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *Adramyttenorum*. Cornucopiae inter pileos Dioſcurorum duos, qui typus id ſingulare habet, quod vel tacentibus geographis, et hiſtoricis quemadmodum Phoenicis vrbes, ſitum ſuum ad mare, quem in ſignis imperialium numorum fruſtra quaeſiueris, Dioſcurorum religione, et conſecutam inde per commercia opulentiam luculenter indicet. — In Muſ. *Pembrok.* P. 2. Tb. 2. n. 1. in Æ. Caput Palladis gal. c. inſcr. ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ.)(Pallas ſt. d. victoriol. ſ. clipeum ad pedes, circum: ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΛΟΥΚ ΙΟΥ.... Plurimos praetoris nomine ſignabant Adramyttei numos. — ΕΠΙ ΣΤΡ. ΙΟΥ. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡ. ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *ſub Praetore Iulio Apollinari*. Mulier ſtolata ſt. d. pateram, ſ. c. c. Æ. 2. Domitiani. *Vaill*. Gr. — ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΙΑΚΧΟΣ, *Antinous Iacchus*, cuius nominis explicatio repetenda ex *Clem. Alexandrino* Admonit. ad gentes p. 13.) *Arnobio* aduerſus gentes L. III. p. 133.) *Lilio Gyraldo* de diis gentium p. 386. 399. et 591.)(ΑΔΡΑΜΥΤΗΝΩΝ ΕΓΕΣΙΟΣ ΑΝΕΘΗ. *Adramytenorum Egeſius Dedicauit*. Ceres ſedens. Editus ab *Haym*. Th. Br. II. Tb. 34. n. 1. p. 278. — ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. M. Aurelius et L. Verus togati ſtantes, dextras iungunt. Æ 1. M. Aurel. *Vaill*. Gr. — Quem *Muſ. Theup*. p. 919. Caracallae tribuit, ad Amaſiam rectius remiſit *Kbell*. Adpendicula altera p. 10. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΠΑΚΙΑΝΟΥ ΤΟ Β. ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *ſub Praetore Paciano Iterum*. Aeſculapius ſt. cum baculo, cui ſerpens. Æ. max. Sept. Seu. *Vaill*. Gr. — ΕΠ. ΓΡΑΜΜΑΤ. ΑΝΤ. ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. *Sub Scriba Antonio Herodiano*. Victoria gradiens, d. coronam ſ. palmam. Æ max. Iul. Domnae. *Vaill*. Gr. — ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *Sub Praetore Quintiliano*. Idem Victoriae typus. Æ. 1. Domnae. *Vaill*. Gr. *Ead. ep*. Mulier ſt. iuxta columnam ſupra quam vas, d. taedam, ſ. ſtolam ſubleuat. Æ. 1. Caracallae. *Vaill*. Gr. — ΕΠΙ ΣΤΡ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Sub Praetore Marciano Adramyttenorum, Et Epheſiorum Ter Neocororum, Concordia* Iupiter d. aquilam, ſ. haſt. et Diana cum adminiculis, ſtantes. Æ. max. Caracallae. Muſ. *Theup*. p. 960. — ΕΠΙ ΣΤΡ. ΠΑΥΛ. ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. *ſub Praetore Paullo Eutyche*. Iupiter ſemin. ſt. d. aquilam, ſ. haſt. puram. Æ. 1. Caracallae. *Vaill*. Gr. — *Al*. Victoria grad. cum corona et palma. Æ 1 Carac. apud *Vaill*. — ΕΠΙ ΣΤΡ. (nomen magiſtratus eroſum eſt) ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. Imperator palud. d. admouet tropaeo, et columna, ſupra quam globus. Æ. max. Elagab. *Vaill*. Gr. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΓΑΡΟΥ Β. ΝΕ. ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Caro Iterum Neocororum*. Aeſculapius ſt. d. innixa baculo, cui ſerpens inuol. Æ. 3. Alex. Seu. quem ad Parthicum bellum proficiſcentem in portum excepiſſe videtur, inde in hoſpitii gratiam Adramyttenis *neocoriam* conceſſit. *Vaill*. Num. Gr. p. 134. 217. — Nauium enim ſtatione et portu erat illuſtris, vt narrat *Strabo* L. XIII. p. 606. vnde non Epheſii ſolum, ſed Laodiceni etiam Phrygiae, ſuam cum Adramyttenis ſocietatem in M. Aurelii numo denotant. v. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. — Obſeruat *Kbell*. Adpendicula alt. p. 11. *Stephani* praecepta de orthographia nominis Adramyttei tam male

cum numis conſentire, dum habet: ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς Υ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο τῶ Ι. μόνως, *Enim vero cum ſimplici Υ. ſcribi, dum diphthongum cum duobus, dum I. ſolum habet.* Numi ſiquidem omnes, excepto vno, aut altero apud *Haynium* et *Khellium*, inſcriptionem praeferunt ΑΔΡΑΜΥΤΤΥΝΩΝ, quod gentile, conſentiente illo grammatico, non niſi a recto Ἀδραμυττεῖον deriuari poteſt.

ΑΔΡΑΝΙΩΝ, vel ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, vid. *Adranum* Siciliae.

ΑΔΡΑΝΝΩΝ, *Adrannenſium*. v. ΑΔΡΑΜΝΩΝ.

ΑΔΡΑΝΟΥ, *Adrani* Dei Siculorum nomen, de quo *Plutarchus*, *Aelianus*, aliique. *Froelich.* Animadu. ad numos quosdam Vrb. et et Pop. Tb. II. n. 9. p. 32. ſeqq. aereum minoris formae edidit numum rariſſimum, in quo caput barbatum crinibus promiſſis, et galeatum exhibetur, cum inſcr. ΑΔΡΑΝΟΥ,)(ΜΑΜΕΡΤΙΝ. *Mamertinorum*, cum cane ſtante, templi cuſtode. Neque mutauit hanc ſententiam *Froelichius* in iterata et aucta libelli editione, a *Gorio* inſerta ſymbolis Liter. Florent. Vol. VII. p. 29. neque in Notit. Elem. Antiq. p. 99. Cui adſenſum praebuit *Io. Geo. Wachter.* Archaeolog. Numar. c. X. p. 147. ſeq. — Similem froelichiano numum, quem *Torremuzza* Adrano Siciliae tribuit, edidit Pellerin Médaill. de Peupl. et de Vill. Tom. III. Tab. 108. n. 3. p. 97. in quo adpoſita eſt capiti eadem ΑΔΡΑΝΟΥ epigraphe, ſed in auerſae partis exergo ſub cane detrita eſt inſcriptio, quae tamen veſtigia nominis ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ſeruare poteſt.

ADRANUM, ſiue HADRANUM, ad pedes Aetnae, hodie *Aderno*, oppidum Siciliae, Gr. Ἀδρανόν aqud *Stephanum* et *Diodorum*. Eam Dionyſius in dei cognominis honorem condidit. *Diodor.* L. XIV. c. 38.) *Fazell.* de rebus Sic. Dec. I. L. X. p. 208.) *Doruill.* Sicul. I. 224. II. 307. 473.) *Cluuer.* Sicil. Antiq. L. II. p. 332.) Cellar. Orb. Antiq. I. p. 805. — Princeps *Torremuzza* Sicil. Num. Tab. III. *Adranitarum* numos edidit p. 4. et 5. 1. ΑΔΡΑΝΟΥ. Caput galeatum forſan ipſius *Adrani*.)(Canis ſtans; in templo enim plus quam mille alebantur canes, teſte *Aeliano* de Nat. Animal. L. XI. c. 20. Æ. 3. cf. *Pellerin.* III. Tab. 108. — 2. *Alius* Æ. 3. Inter Meſſanenſes numos editos in *Parutae* Sicil. Numiſm. Tab. XXIII. ſimilis huic habetur, ſed cum inſcriptione ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ. — 3. Caput Apollinis laur.)(ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, Lyra. Æ. 3. obuius. Prodiit e *Paruta*. — „*Alios tres* a *Paruta* in Sicil. Num. Tab. CXVII. editos omiſit ſerio *Torremuzza*, qui in vna facie habent pagurum, ſeu marinum cancrum, in alia vero aquilam leporem vorantem; ſuſpectos eos habuit, et ad *Agrigentinos* referendos. Nullibi enim cum inſcriptione ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, ſed ſemper cum litteris ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. *Paruta* eos hauſit e Sicilia *Golzii*, de cujus fide non bene omnes ſentiunt.

Adranus vel *Hadranus* deus Siculorum. *Burmann.* ad Doruill. Sicul. II. p. 307. V. ΑΔΡΑΝΟΥ.

ΑΔΡΙ. Ἁδριανῆς, *Hadrianae.* ΑΔΡΙ. ΤΑΡϹ. *Hadrianae Tarſi* vrbis — ΑΔΡΙ. ΑΙΓΕΩΝ, *Hadrianorum, Aegaeenſium* Ciliciae.

ΑΔΡΙ. Ἁδριανὸς, *Hadrianus.* ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. Αἴλιος Ἁδριανὸς, *Aelius Hadrianus*, — Vel

ΑΔΡΙΑ. Ἁδριανὸς, *Hadrianus.* ΑΥΤ. ΑΔΡΙΑ. — ΑΥΤ. Κ. ΑΔΡΙΑ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, *Imp. Caeſ. Hadrianus Antoninus.* — ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑ. ϹΕΒ. *Imp. Caeſ. Traianus Hadrianus Auguſtus.* etc.

ΑΔΡΙΑ. Ἁδριανῶν, *Hadrianorum.* ΑΔΡΙΑ. ΔΙΟΚΕϹΑΡΕΩΝ ΜΗΤ. *Hadrianorum Diocaeſarenſium. Froel.* Not.

Not. El. p. 205.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 46. n. 2. p. 364. — ΑΔΡΙΑ. ΜΟΨΕΑΤΩΝ, *Hadrianorum Mopſeatorum* Ciliciae. — Vel

ΑΔΡΙΑΝ. ΑΙΓΑΙΩΝ, *Hadrianorum Aegaeenſium*.

ΑΔΡΙΑΝ, Ἀδριανή, *Hadriana*. ΑΔΡΙΑΝ. ΑΜΑCΙΑ, Π. Π. ΝΕ, *Hadriana Amaſia Prima Ponti*.

ΑΔΡΙΑΝ. Ἀδριάνου, *Hadriani*, vel Ἀδριανούπολις, *Hadrianopolis*, quo nomine adpellauit Hadrianus multas vrbes. Quaenam ſit ex ſeptemdecim eadem denominatione donatis, non facile eſt interpretari. Duae quidem notiſſimae: prima in Cyrenaica, in Thracia altera, *Spartian.* vit. Hadriani.

ΑΔΡΙΑΝ. Ἀδριανὸς, *Hadrianus*, ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑΝ. *Traianus* Imp.

ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ, *Hadriani certamina*, ob ipſo inſtituta.

ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ, *Hadrianenſium* Subobſcura vrbs eſt *Hadriani*, teſte *Suida*: πόλις Μυσίας, τῆς νῦν Βιθυνίας, *Ciuitas Myſiae, quae nunc Bithyniae*, Ex Notitiis. Eccleſ. et Conciliis confirmat *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. p. 8. Inditum nomen perſuadet, Hadrianum ipſam vel a fundamentis excitaſſe, vel in formam redegiſſe ampliorem. An eadem, quae Plinio *Olympena*, vt placuit *Harduino*; an eadem, cuius numus apud *Spanhem.* p. 894. ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟC ΟΛΥΜΠΟΝ, in Bithynia montem, qui etiam Myſius dictus eſt, res admotum incerta. *Muſeum Albanum* P. I. Tab. 60. n. 3. p. 122. vulgauit numum Æ maximi moduli inſcriptum; ΑΥΤΟΚΡ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB. cum *Elagab.* cap. laur. ✕ ΕΠΙ CΤΡ. ΑΥΡ. ΛΟΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ, *ſub Praetore Aurelio Lollio Proclo, Hadrianenſium*. Mercurius ſt. d. marſupium, ſ. caduceum, pro pedibus caper; ex adu. fluuius decumbens ſub arbore, vrnam et arundinem gerens. Antinous a tota Bythyniae prouincia. in qua ipſe ortus fuerat, pro Mercurio habitus eſt. Fluuius forſan *Billaeus*, per viginti ſtadia Bithyniae campos excurrens. Apud Hadrianenſes nouit *Vaillant.* Num. Gr. p. 191. tantum archontes, ſed praetores etiam eos habuiſſe. Elagabali numus docet; iis enim nominibus Graeciae vrbes vtebantur promiſcue. — ΕΠΙ ΚΛ ...... ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ. Aeſculapius, Hygia et Teleſphorus ſtantes. n. Maximini, Muſ. *Pembrock* p. 3. Tb. 87. n. 5. — ΕΠΙ ..... ΠΟΝΤΙΚΟΥ Τ ...., ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ, *ſub ..... Pontico T... Hadrianorum*. Vir barbatus ſt. d. elata, ſ. ſceptrum. Æ 2. Alex. --- Seu. Muſ. *Theup.* p. 1020.

ΑΔΡΙΑΝΗ, *Hadriana*. Sic cognominatae in Hadriani gratiam leguntur vrbes: ΑΔΑΝΑ et ΑΙΓΑΙ, Ciliciae ΑΜΑCΙΑ Ponti ΒΕΙΘΥΝΙΟΝ, Bithyniae, ΜΟΨΟΥΕCΤΙΑ Ciliciae, ΠΕΤΡΑ Arabiae, ΤΑΡCΟC Ciliciae. v. *ſuis locis*.

ΑΔΡΙΑΝΗC CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ, *Hadrianae Seuerianae Tarſi*; vel ΑΔΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, *Hadriani Tarſi Metrop.* v. ΤΑΡCΟΥ.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ, *Hadrianum*. ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ ΘΕCCΑΛΟΙ, *Hadrianum Caeſarem Theſſali* ſc. colunt. — ΑΔΡΙΑΝΟΝ CΕΒΑCΤΟΝ etc. *Hadrianum Auguſtum*, n. Magnetum.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ, *Hadrianorum* adpellatio ob quaedam beneficia ab Hadriano Imp. accepta. ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ, *Adaneorum* Ciliciae — ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΑΙΩΝ vel ΑΙΓΕΑΙΩΝ, *Aegaeorum* Ciliciae — ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ, *Bithynicorum Bithyniae*. — ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ, *Mopſeatarum* Ciliciae. — ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΑΡCΕΩΝ, *Tarſenſium* Ciliciae. v. *ſuis locis*.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟC ΟΛΥΜΠΟΝ, *Hadrianorum Ad Olympum* montem in Bithynia. Æ. max. moduli Sept. Seueri. Imperator ſacra facit ſuper

per tripodem, cui ſerpens inuolutus; pone aram columna videtur, ſupra quam Diana cum arcu. *Spanh.* 894.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΥΧΗ, *Hadrianorum Fortuna.* v. *Hadriani* Bithyniae.

ΑΔΡΙΑΝΟΠ. vel ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤ. et ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤ. Ἀδριανοπολιτῶν, *Hadrianopolitarum.* Frequentius legitur,

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. vt et

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. vid. *Hadrianopolis,* ſuo et iam nunc nomine celebris Thraciae vrbs, olim *Oreſta* dicta, in Hadriani honorem nomen mutauit. *Spartian.* c. 20.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ, *Hadrianus,* ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ, *al.* ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *al* ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ, *al.* ΤΡΑ. vel ΤΡΑΙ. vel ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ etc. vid. *Hadrianus* Imperator. — ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ vel ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ, vid. *Antoninus Pius.* — ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΝΕΙΚΗ, *Hadriani Victoria.* — Magiſtratus nomen. ΕΠ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΦΙΛΟΜΗ. *ſub Hadriano Philomelenſium* Piſidiae. n. Getae.

ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤ. *Hadrianotheritarum* Bithyniae. ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΑΡ. ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤ. *ſub Diogene Archonte.* Æ 1. Iul. Domnae. *Vaill.* Gr. — In aliis ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ vel ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ, *Hadrianotheritarum.* Sic in Æ. *Pembrokiano* P. 2. Tb. 2. n. 2. Protome Herculis barbati, retro claua.)(ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ. Leo gradiens. — ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Hadriani* cap. laur.)(Caput vrſi, addito populi nomine. Æ 3. *Vaill.* Gr. — *Al.* Mulier turrita ſedens ſtolata, d. pateram, ſ. c. c. Æ 2. Hadriani. *ib.* — ΑΔΡΙΑΝ...... ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ, Genius ſedens in rupe, ſ. humero tropaeum. Æ. Hadriani *Vaill. App.* Gr. Tb. 5. — ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩϹ. *Antinoi* herois cap. nud.)(ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ, Bos, ſeu Apis cum luna bicorni ad latus. Æ 2. *Vaill.* Gr. p. 110. — ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹΕΒ. *Philippi Sen.* caput.)(ΕΠΙ ΑΥΡ. ϹΩΚΡΑΤΟΥϹ ΑΡΧ. Α. *Sub Aurelio Socrate Archonte primo.* Imperator eques decurrens, Æ. max. *Vaill.* Gr. — Legitur etiam.

ΑΔΡΙΑΝΟΘΥΡΕΩΝ, *Hadrianothyreorum.* ΕΠΙ ΑΡ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ ΑΔΡΙΑΝΟΘΥΡΕΩΝ, *Sub Archonte Pancratio Diogenis* Filio. Imperator paludat. ſt. manum adponit tropaeo, ad cuius imum duo captiui. Æ max. Sept. Seu. *Vaill.* Num. Gr.

ADRUMETIS caput muliebre palis tanquam turribus munitum, ante quod caduceus, retro ſpica eſt, ſubtus prora nauis viſitur. η. Conſidiae gentis, vel Metelli Scipionis. Morell. Th. Fam. p. 53.

ADSERTORI LIBERTATIS PVBLICAE. Hoc glorioſiſſimo elogio Veſpaſianus adficitur in n. apud *Spanh.* II. 528. quem vulgauit *Morell.* Specim. Tb. 21. p. 112. vbi autem corona querna deeſt.

ADSIGNATA. vid. REGNA ADSIGNATA.

ADSPIRATIO deeſt in antiquis denariis; citra omnem enim adſpirationem ſcripta leguntur nomina CILO, GRACCVS, PILIPPVS, TAMPILVS, TRIVMPVS, YPSAEVS. pro *Chilo, Gracchus, Philippus, Tamphilus, Triumphus, Hypſaeus,* vt vulgo poſtea receptum. *Cicer.* Orator. c. 48. *Quintil.* Inſt. L. I. c. 5. vid. *H adſpirationis.*

ADRUMETUM, metropolis Byzacenae prouinciae in Africa, ſiue *Hadrumetum,* vt in numis et lapidibus cum adſpiratione, in plerisque libris ſine illa. Graeci ſcripſerunt varie iſtius nomen cf. *Cellar.* Orb. Antiq. II. 867. 868. v. *Hadrumetum.*

ADV.

ADV. *Aduentus*. ADV. AVG. *Aduentus Auguſti*. Eques lento gradu. Frequens in numis vrbium, quae aduentum Neronis in aeternam rei memoriam ſignarunt. Ita Corinthus apud *Patin*. Num. Impp. ex aere medio p. 116. et *Vaillant*. Num. Col. I. 174. nec non colonia Patrenſis apud eundem p. 177. 178. 179. item apud *Morell*. Specim. Tb. 7. p. 53. ADVentum iſtius AVGuſti ad ſuas vrbes celebrant. — ADV. CO. AVG. *Aduentus Auguſti* Neronis *Corinthum*: *Honthal*. P. V. Tb. 3. n. 18. p. 60. Statua Neronis togata. d. elata. *Al*. triremem exhibet.

ADVE. AVG. *Aduentui* Auguſti. n. Corinth. de quo Neronis aduentu *Liebe* Goth. Num. p. 419.

ADVENT. *Aduentus*, vel *Aduentui*. ADVENT. AVG*uſti*, praecipue in n. Hadriani frequens, addito prouinciae nomine, in quam aduenerat Imperator, vt ARABIAE, ASIAE etc. — ADVENT. AVG. Caracallae. *Mediob*. p. 186. — ADVENT. AVG. FELICISSIMO. Seueri. *Mdb*. 272. — ADVENT. AVG. GALLIAE in eiusdem Seueri numo e maximorum genere. In aliis ADVENT. AVGG. *Aduentus* vel *Aduentui Auguſtorum*, inſcriptis, idem Seuerus equo inſidens, d. attollit, ſ. haſtam tenet, praecedente milite, reuerſus de Parthis armorum virtute deuictis; *Auguſtorum* vero dicitur *aduentus*, quod Caracalla in conſortium imperii cum patre a militibus fuerit adpellatus. Æ. *Geſn*. Tb. 131. n. 20.) *Mdb*. 274.) *Muſel*. Impp. Tb. 150. n. 7.) *Theup*. 211.) *Vaill*. Praeſt. I. 213. et III. 162. — *Ead. epigr*. Tres equites, pater nempe cum filiis. Æ. Seueri. *Cim. Vind* I. p. 11. — *Ead. epigr*. Caracallae. *Mdb*. 291. — ADVENT. AVGVSTI. Domitiani. *Mdb*. 135. — FELIX ADVENT. AVGG. NN. *Auguſtorum Noſtrorum*, in n. Diocletiani, Val. Maximiani, Conſtantii Chlori. Gal. Maxim. vel AVG. N. *Auguſti Noſtri* in Conſtantini ac Valentis numis legitur.

ADVENTVI AVG. cum de *Aduentu Auguſti* in vrbem Romam eſt ſermo vt Caracallae. *Vaill*. Praeſt. I. 121. Cum autem Imperatoris in aliam regionem numi commemorant aduentum, ſcriptum ADVENTVI AVG. additis ſimul prouinciarum aut ciuitatum nominibus, vt in Traiani, Seueri, Diocletiani et Maximiani aliquot numis; in Hadriani vero plurimis, in quibus hinc Hadriani caput laureatum, illinc Imperator ille, et alia figura, vt plurimum muliebris, ſacra facientis, et cum victima interdum ante aram, ac inſcriptionibus ADVENT. vel ADVENTVI ACHAIAE, AFRICAE etc. In aliis eiusdem Hadriani numis quos *Golzius* et dein *Vaill*. Num. Impp. P. I. p. 59. ſq. 192. et *Harduin*. Sel. Opp. p. 760 ſq. aliique tradiderunt etiam ADVENTVS AVG. CAPPADOCIAE, DALMATIAE, EVBOEAE, GERMANIAE, LYBIAE, LYCIAE, PAMPHYLIAE, SYRIAE ſignatur.

ADVENTVI AVG. ACHAIAE. Imperator ſt. ſacrificans. Hadriani. *Mdb*. 175.

- - AFRICAE. Eiusd. *Arſchot*. Tb. 39. n. 13.) *Harduin*. 760.) *Mdb*. 175.) *Muſel*. Impp. Tb. 78. n. 5. *Patin*. *Theſ*.) Th. R. *Sueciae* Tb. 13. n. 2.) *Vaill*. Pr. I. 58. et II. 136.

- - ALEXANDRIAE. Eiusd. *Mdb*. 175.) *Vaill*. Pr. I. 59.

- - ARAB. Traiani. *Mdb*. 162.

- - ARABIAE. Hadriani. *Mdb*. 175.) *Vaill*. Pr. I. 59.

- - ASIAE. Hadr. *Mdb*. 176.) *Vaill*. l. c.

- - BITHYNIAE. Hadr. *Angelon*. 148. n. 23.) *Mdb*. 176.) *Vaill*. ib.

- - BRITANNIAE. Hadr. *Vaill*. Pr. I. 59.

CAPPA-

- - CAPPADOCIAE. Hadr. *Mdb.* 176.

- - CILICIAE. Eiusd. *Mdb.* ib.) Vaill. ib.

- - DALMATIAE. Eiusd. *Mdb.* ib.

- - EVBOEAE. Eiusd. Hadr. *Mdb.* ib.

- - FELICISSIMO Imperator equitans, d. elata, praeeunte et ſubſequente milite. Æ. Sept. Seueri. *Arſchot.* Tb. 53. n. 6.) *Beger.* Th. Br. II. 694.) *Mdb.* 271. 272.) *Muſel.* Tb. 149. n. 4.) *Theup.* 212.) *Vaill.* Pr. I. 111. et II. 213. Occiſo enim Iuliano Seuerus in vrbem venit, cumque ſediſſet in equo vsque ad portas vrbis amictus veſte equeſtri, inde vrbana indutus, pedibus introiit. Comitabatur eum omnis exercitus, pedites equitesque armati conſequebantur, fuitque illud ſpectaculum omnium, quae vidi vnquam, magnificentiſſimum, iuxta *Xiphilin.* Eundem numum *Spanh.* II. p. 622. ad Seuerum Romam reducem poſt deuictum et caeſum in Gallia Albinum refert percuſſum; *Vaillant.* vero Num. Impp. P. II. p. 225. ob debellatum iam ante in Syria Peſcennium.

ADVENTVI AVG. GALLIAE. Hadriani. *Arſchot.* Tb. 39. n. 6.) *Mdb.* 175. 176.) *Vaill.* Pr. I. 59. II. 137.

- - HISPANIAE. Eiusd. *Angelon.* 148. n. 29.) *Mdb.* 176.) *Vaill.* Pr. I. 59. et II. 137.

- - ITALIAE. Eiusd. Hadr. *Angelon.* 126.) *Arſchot.* Tb. 38. n. 19.) *Beger.* Th. Br. II. 656.) *Errizzo* 354.) *Harduin.* 760.) *Mdb.* 175. 176.) *Muſel.* Tb. 78. n. 6.) Th. R. *Sueciae* Tb. 13. n. 8.) *Vaill.* Pr. I. 59.

- - IVDAEAE. Eiusd. *Angelon.* 148. n. 32.) *Arſchot.* Tb. 38. n. 20.) *Mdb.* 175.) *Vaill.* Pr. I. 59.

- - LIBYAE. Eiusd. Hadr. *Mdb.* 176.

- - LYCIAE. Eiusd. *Mdb.*

- - MACEDONIAE. Eiusd *ill.* Pr. I. 60.

- - MAVRETANIAE. I *Angelon.* 126.) *Arſchot.* Tb. 39. *Beger.* Th. Br. II. 656. *Ha* 761.) *Mdb.* 175. 176.) *Muſe* 78. n. 7.) *Patin.* 152.) *Triſt* 472.) *Vaill.* Pr. I. 60.

- - MOESIAE. Hadriani. 176.) *Vaill.* l. c.

- - PAMPHYLIAE. Eiusd. ibid.

- - PHRYGIAE. Eiusd. ib.) *Vaill.* ib.

- - SICILIAE. Eiusd. *Mdb*

- - SYRIAE. Eiusd. *Mdb.*

- - THRACIAE. Eiusd. I *Mdb.* 176.) *Vaill.* Pr. I. 60.

ADVENTVI AVGG. (*ſtorum*) Caracallae. *Mdb.* 391.

ADVENTUS AENEAE in liam, v. *Aeneas.*

ADVENTUS AUGUSTO in numis conſignatus duplex, ingreſſus in vrbem Romam, r troitus in prouincias imperii R ni et quidem addito eius n ACHAIAE, AFRICAE etc. vrbis, vt ALEXANDRIAE. conſuetum Imperatorum more e profectione in Italiam, vel e uinciis reduces, aut in prim rum poſt ſuſceptum imperium i bem Romam aduentu, non rheda vel vehiculo, ſed equo interdum etiam pedibus, eam i diebantur. Prius illud abunde cunt, ſi aliunde non conſtaret, ſtris in vrbem ingreſſus toties ſignata in numis memoria. *A tus* facile centum cum ſimili diuerſis ſub Imperatoribus r ſet. — Alterum vero, vt n vsque ad portas vrbis equo pedibus tum eam introirent, eos pedibus interdum ab vrbe fectos Caracallae numus PR

C

CTIO AVG. inſcriptus docet, e *Dione* L. 74. p. 893. liquet de primo Seueri peditis in vrbem Romam aduentu. Sollemnes omnique feſtiuitatis genere celebrati vel primi vel poſtea inſignes de debellatis hoſtibus victorias ſequentes Imperatorum in vrbem Romam aduentus fuerunt, qualem cumque ſingularem Seueri ac duorum filiorum Caracallae et Getae ingreſſum in vrbem Romam, per tres figuras equeſtres deſignatum, exhibet nummus Caracallae aureus rariſſimus. Sacra ſollemnia tempore eiusmodi aduentus inſtituta. *Ioſeph.* Bell. Iudaic. L. 7. c. 22. memoriae prodidit. — Alterius autem Imperatorum in prouincias nempe ac in ciuitates imperio Romano ſubiectas, *aduentus* fidem ſimiliter faciunt numi, addita ſimul ipſa prouinciarum vel ciuitatum in eorum numis nomina. vid. ADVENTVI AVG. Cuiusmodi aduentus in prouincias memoria in Hadriani numis maxime ſignata. Seueri adventus ſecundus apud Perinthios in Graeco eius numo legitur ΕΠΙΔΗΜΙΑ. Β ΣΕΥΗΡΟΥ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Aduentus ſecundus Seueri Perinthiorum Neocororum;* vt in Philippi numo ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ Α. ΕΦΕΣΙΩΝ, *Aduentus Primus Epheſior.* Pluribus de *aduentu Imperatorum* in eorum numis agit Spanh. II. p. 620. ſq. cf. Polyc. *Leyſeri* Principum *Profectio* et *Aduentus Felix* in numis veterum Romanorum. Helmſt. ſine anno. fol.

In aliis Imperator eques, d. elata, quem habitum pacificatoris adpellare ſolent, equum regit ſiniſtra n. Diocletiani, Conſtantini. — ſ. tenet ſcipionem vel ſceptrum. n. Her. Etruſc., Treb. Galli, Poſtumi. — ſ. haſtam tenet. Trai. Decii, Claud. Gothici. — Ante equum captiuus manibus reuinctis. Probi, Conſtantini. — praeit Victoria, ſequitur miles, pone duo ſigna militaria. Probi. — ſequuntur milites duo cum ſignis milit. Probi, Diocletiani. — miles vnus cum ſigno mil. duo cum haſtis. Claud. Gothici, Taciti. — milites quatuor cum ſignis militaribus. Taciti. — praeit miles, cum labaro Chriſti nominis monogrammate inſigni, ſequitur Victoria palmae ramum ſ. gerens, d. coronam Imperatoris capiti imponere geſtiens. Iouiani — Imp. eques d. impetit iaculo hoſtem in genua prouolutum, alter iacet ſub equo proſtratus. Aureliani. — Imp. ſt. d. caduceum tenet, ſ. cornucopiae. Carauſii. — Imperator et Caeſar equites, elatis dextris; praeit Victoria; ſequuntur milites duo cum ſigno militari. Tr. Galli. — Duae figurae ſtantes, dextras iungunt, n. Titi. — In quodam non frequenter obuio Traiani numo hinc eius caput laur. cum nomine et titulis, illinc Imperator cernitur equitans et haſta armatus; ante eum Felicitas, vel mulier, d. lauri ramuſculum, ſ. c. c. equitantem vero Traianum ſequuntur tres milites; circumlegitur ADVENTVS AVG. infra S. P. Q. R. OPT. PRINCIPI. De quo primo Traiani poſt adeptum Neruae adoptione et mox obitu imperium, in vrbem Romam adventu *Plin.* in Panegyr. — Numis ſane teſtibus conſtat, quod quam ſollemnibus laetitiis Roma aduentantes e longinquo Imperatores exceperit, publica feſta inſtituerit, vota nuncupauerit, ac percuſſerit numos alias inſcriptos, FORT*unae* RED*uci*, vel NEPT*uno* RED*uci*; communiter autem ADVENTVS AVG. in iis ſignabatur. Ea tamen inſcriptio aliquoties primum Romam ingreſſum non innuit, cum reperitur illa ADVENTVS AVG. vel AVGG. epigraphe in numis Poſtumi, Peſcennii et Carauſii, quos Romam numquam petiiſſe conſtat, quo caſu de aduentu in Orientem aut ad exercitum ſunt intelligendi. — Occurrit inſcriptio

ADVENTVS AVG. in n. Titi. *Muſel.* Impp. Tb. 41. n. 9.

- - Traiani *Mdb.* 148.) *Spanh.* II. 621.

- - Hadriani. *Angelon.* 125.) *Beger.* Th. Br. II. 656.) *Erizzo* 352.) *Harduin.* 756.) *Mdb.* 169. 175. 176.) *Muſel.* Impp. Tb. 78. n. 8.) *Ei.* Add. Tb. 4. n. 1.) *Ei.* Suppl. Tb. 72. n. 3.) *Theup.* 460.) *Vaill.* Pr. II. 36.

- - M. Aurelii. *Mdb.* 224. ſq.) *Vaill.* Pr. III. 134.

- - Commodi. *Mdb.* 244. 245.) *Vaill.* Pr. I. 95. II. 182.

- - Seueri. *Mdb.* 270. 271.) *Vaill.* Pr. II. 213.

- - Caracallae. *Mdb.* 290.

- - Getae. *Vaill.* Pr. I. 128. et II. 257.

- - Elagabali. *Mdb.* 309. *Vaill.* Pr. III. 170.

- - Phil. Senioris. *Vaill.* Pr. II. 312.

- - Trai. Decii. *Band.* I. 3. 4. 27.) *Beger.* Th. Br. II. 732.) *Harduin.* 837.) *Mdb.* 352.) *Muſel.* Tb. 209. n. 1.) *Theup.* 251.) *Vaill.* Pr. I. 168. et III. 321.

- - Etruſc. *Band.* I. 30.

- - Herennii. *Band.* I. 38.

- - Hoſtiliani. *Band.* I. 48. *Mdb.* 356. ſq.) *Vaill.* Pr. II. 329.

- - Tr. Galli, de quo *Zoſimus*: Gallus Romam venit, magnos ob conſtitutam cum barbaris pacem ſpiritus gerens. *Arſchot.* Tb. 59.) *Band.* I. 58. 64. 76.) *Mdb.* 359. ſq.) *Schulz.* MzCab. III. 8.) *Vaill.* Pr. I. 174. II. 333.

- - Voluſiani *Band.* I. 80.

- - Gallieni. *Band.* I. 152. 156. 187.) *Mdb.* 372. 375.) *Vaill.* Pr. II. 350.

- - Poſtumi Sen. *Band.* I. 298. 309.) *Mdb.* 393.) *Vaill.* Pr. I. 191.

- - Claud. Goth. *Band.* I. 333. 335. 338. 353.) *Mdb.* 401.) *Schulz.* MzCab. III. 50.) *Vaill.* Pr. I. 205. III. 21. 212.

- - Aureliani. *Band.* I. 366. 373.) *Vaill.* Pr. I. 212. III. 25.

- - Tetrici Sen. *Band.* I. 399.) *Vaill.* Pr. III. 28.

- - Taciti. *Band.* I. 419. 427.) *Mdb.* 410.) *Vaill.* Pr. III. 215.

- - Probi, cuius Romam aduentus, vt ſcriptores tradiderunt, celeberrimus fuit, magnaque oſtentatione factus, et toties in numis repetitus. *M. Alban.* II. Tb. 91. n. 3. p. 64. et Tb. 65. 1.) *Band.* I. 443. 446. 457. 458. 488.) *Beger.* Th. Br. II. 766.) *Harduin.* 872.) *Mdb.* 415. 417.) *Muſel.* Add. Tb. 11. n. 4.) *Ei.* Suppl. Tb. 46. n. 10. et Tb. 47. 1. ad 4.) *Patin.* Impp. 349. 437.) *Schulz.* MzCab. III. 53.) *Vaill.* Pr. III. 34. 217. 219.

- - Carini. *Band.* I. 531.) *Muſel.* Tb. 237. n. 5.) *Vaill.* Pr. I. 246.

- - Diocletiani *Band.* II. 10. 13.) *Mdb.* 423.) *Vaill.* Pr. III. 224.

- - Carauſii. *Band.* II. 118.) *Mdb.* 429.) *Patin.* Ind. f. 31.) *Vaill.* Pr. I. 269.

- - Conſtant. M. *Band.* II. 267.) *Mdb.* 465.

ADVENTVS AVG. AEGYPT. Ceſt. Alex. Aemiliani. *Band.* I. 279.) *Mdb.* 390.

- - MACEDONIAE. Hadriani. *Angelon* f. 148. n. 31.) *Mdb.* 176.

- - MAVRETANIAE. Traiani. *Mdb.* 162.

- - PAMPHYLIAE. Hadriani. *Mdb.* 176.

- - ROMAE, infra TIBERIS. Hadriani. *Vaill.* Impp. I. 192.

- - SICILIAE Hadriani. *Mdb.* 176.) *Parut.* Sicil. 93.

- - SYRIAE. Eiusd. *Mdb.* 176.

- - THRACIAE. Eiusd. Hadr. *Mdb.* 176.) *Vaill.* Pr. I. 60.

ADVENTVS AVGG. S. C. *Aduentus Auguſtorum. Senatus Conſulto.* Tres equites decurrentes et dextras in ſublime attollentes. Numiſma Seueri ex metallo flauo trium vnciarum, *Mediobarbus* p. 275. quidem aureum et *Morellius* alium ex aere medio Seueri numum cum ADVENT. AVGG. tribusque equitibus decurrentibus exhibent, neuter tamen eorum huius ex maximo modulo facit mentionem. — Poſt Parthicum bellum ſecundum feliciter a Seuero confectum, redeunte Romam Imperatore vna cum duobus filiis, inter plauſus ob victoriam et felicem eorum ADVENTVM cuſus eſt hic numus, in quo cernuntur tres equites decurrentes, Seuerus nempe in medio a dextra habens Caracallam, a ſiniſtra Getam. Dextras protendunt, eoque geſtu pacem et clementiam occurrenti populo indicant. — „In omnibus enim numiſmatibus, inquit *Monterchius*, in quibus eſt vox ADVENTVS, ſiue cuſa ſint propter aduentum in vrbem, aut in prouinciam aliquam, aut ad exercitum, Imperator eodem modo conſpicitur manu protenſa, ſecuritatem, pacem et ſalutem nuntians;" quod non tantum in numis Hadriani, Philippi Claud. Goth. Treb. Galli, Voluſiani, Gallieni, Poſtumi, Probi, Diocletiani, Maximiani, aliorumque, ſed et in ſtatuis equeſtribus Domitiani et M. Aurelii obſeruatum oſtendit. — Hoc de *aduentu* in vrbem *Herodianus* L. 3. c. 10. „Seuerus rebus ad Orientem ſic geſtis, Romam reuertebatur, filios iam puberes ſecum adducens. Confectoque itinere, ac prouinciis vt cuique vſus foret, ordinatis, vrbem dein triumphans inuectus eſt, multis adclamationibus, omnique cerimonia populo excipiente." — S. C. ſiue *Senatus Conſulto* cuſus eſt numus tanquam publicae gratulationis index. Eadem inſcriptio

ADVENTVS AVGG. (*Auguſtorum*) in n. Caracallae. *Mdb.* 290.) *Vaill.* Pr. II. 240.

- - Phil. Senioris equo inſidentis, d. elata, ſ. pilum. AR. *Arſchot.* Tb. 58. n. 12. *Harduin.* 833. 835.) *Mdb.* 344.) *Muſel.* Tb. 200. n. 4.) *Pedruſ.* IV. Tb. 7. n. 7.) *Schulz.* MzCab. II. 249.) *Theup.* 246.) *Vaill.* Pr. I. 312. — Ei. Æ. *Angelon.* 240. n. 3.) *Beger.* Th. Br. II. 731.) *Erizzo* 725.) *Mdb.* 344.) *Muſel.* Tb. 200. n. 5.) *Theup.* 620.) Th. R. *Sueciae* Tb. 34. n. 16.) *Vaill.* Pr. I. 164. *Zoſimus* in Philippo de hoc aduentu: Is, ſacramentis interuenientibus, amicitia cum Sapore conſtituta, belloque ſopito, Romam proficiſcitur.

- - Trai. Decii. *Band.* I. 3.) *Mdb.* 352.

- - Treb. Galli. Gallus eiusque filius Voluſianus equites, praeunte Victoria, ſequuntur milites cum mil. ſignis. Cudebatur hic numus, cum Trebonianus in vrbem veniſſet et filium Voluſianum imperii conſortem feciſſet. Vſurpatur quidem Victoriae figura, quamuis hi Impp. nullam vmquam obtinuerint victoriam. *Band* I. 62. 76.) *Mdb.* 358. ſq.) *Vaill.* Pr. III. 196.

- - Voluſiani. *Band.* I. 80. 83.) *Mdb.* 361.) *Vaill.* Pr. II. 336. III. 199.

- - Valer. Senioris. *M. Alban.* II. Tb. 73. n. 1.) *Band.* I. 127. 142.) *Mdb.* 365.

- - Gallieni. *Band.* I. 197. 232.) *Mdb.* 370.) *Vaill.* Pr. I. 185. III. 205.

- - Poſtumi Sen. *Band.* I. 298.

- - Victorini Sen. *Band.* I. 322.) *Mdb.* 398.

- - Val. Maximian. *Band.* II. 52. 67.) *Vaill.* Pr. I. 255. III. 55.

ADVENTVS AVG. N. (*Auguſti Noſtri.*) Conſtantini. *Band.* II. 258. 267.) *Vaill.* Pr. I. 293. — FELIX ADVENTVS AVG. N. Conſtantii Iun. *Cimel. Vindob.* I. Tb. 1. f. 5.

ADVENTVS AVG. P. M. vel PONT. M. etc. Hadriani. *Mdb.* 169. 176.) *Vaill.* Pr. III. 115.

ADVENTVS AVG. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Traiani *Vaill.* Pr. III. 113.

ADVENTVS AVGVST. Iouiani. *Vaill.* Pr. III. 257.

ADVENTVS AVGVSTI in Vitellii Imperatoris numo; in quo ſenator manum porrigit homini armato galea et clipeo *Mdb.* 104. ſq. cf. *Grainville* Lettre à Mr. *Moiſſonier* ſur une médaille de Vitellius avec l' inſcription ADVENTVS AVGVSTI in Memor. Triuult. 1703. Apr. p. 696. ſq. et 1704. Febr. p. 145. ſq. et latine verſa in *Woltereck.* El. Num. p. 86. ſq. — de *Moiſſonier* Réponſe à la Lettre du P. *Grainville* ſur la medaille de Vitellius etc. in Memor. Triuult. 1703. Nou. p. 2066. ſq. et latio donata in *Woltereck.* El. Num. p. 90. ſq.

- - Traiani. *Mdb.* 148.

- - Hadriani. *Mdb.* 176.

- - Peſcennii. *Mdb.* 264.

- - Caracallae. *Mdb.* 287. 291.) *Vaill.* Pr. II. 240.

- - Getae. *Mdb.* 304.

- - Elagabali. *Arſchot.* Tb. 55. n. 14.) *Harduin.* 813.) *Mdb.* 309. ſq.) *Muſel.* Tb. 168. n. 2.) *Patin.* 263.) *Theup.* 589.) *Vaill.* Pr. I. 135. II. 169.

- - Claud. Goth. *Band.* I. 335.

- - Iouiniani. *Mdb.* 500.

ADVENTVS AVGVSTI G. P. (*Graecia Peragrata*) Triremis praetoria ornata. Æ. Neronis ob eius aduentum e Graecia in vrbem Romam. *Bellor.* p. 43. n. 20.) *Erizzo* 234.) *Geſn.* Tb. 47. n. 26.) *Mdb.* 95.) *Muſel.* Tb. 25. n. 2.

AOVENTVS (ſic pro ADVENTVS) AVGVSTI N. Imperator eques d. elata, ſ. haſt. puram. AV. Conſtantini. *Cim. Vind.* I. Tb. 6. f. 3.

ADVENTVS AVGVSTOR. (*Auguſtorum.*) Caracallae. *Mdb.* 292.

ADVENTVS AVGVSTORVM. Philippi. Sen. *Vaill.* Pr. III. 187.

- - Valeriani Sen. *Band.* I. 113.) *Vaill.* Pr. III. 220. ſq.

- - Diocletiani. *Band.* II. Add. 6. 40.) *Mdb.* 427.

- - Val. Maxim. *Band.* II. 52.) *Vaill.* Pr. III. 55.

ADDENTVS CARI AVG. Cari. *Band.* I. 498.) *Vaill.* Pr. III. 38.

ADVENTVS PROBI AVG. Probi. *Angelon.* 283.) *Band.* I. 443. 446. 458. et 488.) *Mdb.* 413. 415. ſq.) *Muſel.* Suppl. Tb. 47. n. 5.) *Theup.* 296.) *Vaill.* Pr. III. 34.

ADVERSA numi facies, vel *antica*, ſiue praecipua et prima frons, Gallis *la Tête*, plerumque ea habetur, quae caput aliquod, ſeu effigiem Regis, Auguſti, Auguſtae, Caeſaris, Dei vel Deae, docti, herois, athletae, aut aliquid ſimile oſtendit. In Imperialibus frequentiſſime conſpicitur Imperatoris, vel etiam vxoris caput; quodſi aut vtrinque caput ſit affectum, aut neutra ex parte, illa erit praecipua, ſiue *aduerſa* facies, quae ad propoſitam claſſem proprie ſpectabit: altera *auerſa* facies dicitur, vel *poſtica*, quae vulgo *Revers* adpellatur. *Jobert* Science des Med. I. p. 92. ſq.

ADVLATIO. Sub peſſimis etiam et infauſtis principibus de *Temporum* et *Publica Orbis Felicitate* paſſim ſibi gratulati ſunt adulatione in numis Romani orbis incolae. At *Felicitatem Saeculi* e. c. Treboniani ad coelum efferre non poterant, niſi impudentiſſimi adſentatores; peſtis enim grauis tunc orbem totum Romanum pererrauit, et Gothorum incurſiones publicis calamitatibus ſummam impoſuerunt. Eiusdem farinae eſt *Felicitas* in Gallieni, aliorumque numiſmatibus. Ex adulatione ſimili Imperatores quidam dicti ſunt *Rectores*, *Reſtitutores*, *Concupletatores Orbis Terrarum*; *multa Decennalia* augurantur indignis adſentatores monetarii; vel adpellationes a diis gentilibus petitae Imperatoribus adſcribuntur. v. HERCVLIVS. — IOVIVS. — OLYMPIVS. etc.

ADVLTERINI NVMI vel ad exemplar verorum ſunt effecti, vel mera eos peperit proteruitas, et nullum in antiquitate habent prototypum. *Wagenſeil.* diſſ. de re monetali veter. p. 97. ſqq.) *Schaetzbarkeit Raſche Lex. Num.* antiker Münzen p. 65. ſqq. — Impoſtores nouos pro antiquis ſupponendo, fucum imperitioribus faciunt, vt, quod *Plinius* L. IX. c. 33. ſcite dixit, „pluribus veris denariis emant adulterium". Poſſunt etiam viri harum rerum periti errare; quis enim omnia vidit archetypa, quis examinauit? — De adulterinis hiſtoriae Auguſtae numis *Spanh.* II. p. 241. ſqq.) Le Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve par Claude de *Molinet*. — Alios adulterinos dedere nobis homines, otio et ingenio ſuo abutentes, ſumta occaſione et clarorum virorum grauiter dictis, aut factis, vel quod tale quid conuenire alicui videbatur. Nec vna lingua haec fraus circumſcribitur, ſed per Ebraeam, Graecam, Latinam vagatur. Omnes *Ebraei*, qui circumferuntur numi, ſubleſtioris ſunt fidei ac plerique ſuſpecti. Inter *Graecorum* pheudonumos referendi ii, in quibus *Plato* alphabeti litteras cribrat, et omnibus elabentibus ſolum A in cribro inrelinquitur; Item *Ariſtotelis* illi, in quorum auerſa parte natura dea additum habet vocem ΕΝ ΓΕΑ ΣΕΙΑ. Quibus addenda numiſmata *Priami* cum Troiano equo; *Alcibiadis* cum Cupidine, Sagitta fulgur feriente; *Themiſtoclis* cum victoria nauali; *Artemiſiae* cum mauſoleo, et ſi quae ſunt alia eius generis.

E *Latinis* numis tanquam ſpurii notandi ille *Hannibalis*, in quo telum aduerſus Romam iaculatur et inſcriptum ACCIPITE; cui occaſionem fortaſſe dedit illud, quod de Fabio refert *Florus* L. 2. c. 6. vt par pari Hannibal Romanis retuliſſe monſtraretur, quod eos remorderet. Item ille *Scipionis Africani*, ob CARTHAGINEM SVBACTAM. — L. *Aemilii*, ob SVBACTAM LIGVRIAM — C. *Marii* ob VICTORIAM CIMBRICAM — *Cinnae* cum MARTE VLTORE — *Craſſi* ob DEVICTOS PARTHOS — *Ciceronis*, quem

grata TRINACRIA PROSCRIPTO VERRE cudiſſe fingitur. Eiusdem notae eſt illĕ *Caeſaris*, in cuius poſtica parte triplicatur *littera* V. aut explicatio harum notarum exprimitur vt puta VENI VIDI VICI, cuius e *Suetonii* loco in Iul. c. 37. — et ille *Augusti* cum ſymbolo FESTINA LENTE — et *Agrippae* generi, in quo is Neptuni equos gerit, additumque AEQVORI HIC OMNIPOTENS; quibus ambobus iterum occaſionem dedit *Suetonius* in Aug. 17. et 25. — Amplius huc pertinet ille *Neronis*, cuius pars auerſa Petri Apoſtolorum Coryphaei vultum oſtendit, cum inſcriptione PETRVS GALILAEVS: Qualem Paulus IV. Pontifex care redemiſſe dicitur, cum nimis credulus perſuaderi ſibi paſſus eſſet, Romae in S. Syluestri ſacello fuiſſe repertum, ac magna ſimilitudine ſancti Apoſtoli faciem referre; de quo eſt apud *Augustinum* Dial. 11.

Æ monogramma male ad *Alaeſae* et *Aegeſtae* nummos ralatum. Ad *Alaeſam* Siciliae retulit *Hauercamp.* Comment. p. 1061. ad Parut. Tabb. 112. et 163. reſoluens monogramma Æ per litteras ΑΑΕ. tanquam ΑΛΕΣΑ, loco ΑΛΑΙΣΑ cum diphtongo, nomen huius urbis ſcribendum eſſet. Vnde id deriuatum eſt in Catal. Vrb. et Pop. adud *Froelich* Notit. Elem. p. 87. „ΑΑΕ. in monogrammate, *Haleſa* Siciliae. „Pluribus de hac Hauercampiana coniectura *Doruill.* Sicul. p. 405. Certe initiales Romani nominis ſunt litterae. — Similis nota Æ in n. Meſſanae apud *Beger.* Theſ. Br. I. p. 393. *Aegestanos* deſignare non poteſt, quia illi Ἀιγεσταῖοι, non Ἀιγεσταῖοι, leguntur. cf. *Hauercamp.* ad Parut. Tab. 25. n. 57. p. 161.

AE diphthongus crebro in AI permutata. vid. AIMILIVS. — CAISAR etc.

AE pro E mendoſe inſculptum, e. c. BAEATISSIMO, vt in numis Diocletiani: D. N. DIOCLETIANO BAEATISSIMO etc. et Maximiani: D. N. MAXIMIANO BAEATISSIMO etc. — Similiter VICTORIA BAEATISSIMORVM CAESS. n. ſl. Iul. Conſtantini Iun. — AETRVSCVS pro ETRVSCVS. *Froelich.* 4. Tent. 373. 386. — FORT*una* RAEDVX, loco REDVX. n. Carauſii. — PIAETAS AVG. pro PIETAS. n. Probi.

AE mutatur contra in E, prout IMP. C. EMIL. EMILIANO AVG. loco AEMIL. AEMILIANO. n. Viminacii Moeſiae. — ETERNITAS AVG. n. Treb. Galli. — BONO REIPVBLICE NATI. n. Fl. Victoris — SECVRITAS REIPVBLICE. n. Iouiani. — IVDEA CAPTA. n. Veſpaſiani.

AE omiſſae litterae in voce CAES. n. Iuliani: D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. CS. *Kbell.* Suppl. p. 263.

AE in area n. Amphiſſ. Locridis.

AE. *Aedilis.* AE. CER. *Aedilis Cerealis.* — AE. CVR. *Aedilis Curulis.* v. *ſuis locis.*

AE. *Aegypti.* G. T. AE. *Genius Tutelaris Aegypti.* Alii legunt *Africae.*

AE. *Aelia.* CO. AE. CA. *Colonia Aelia Capitolina*, Hieroſolyma Iudaeae.

A. E. *Augusta Emerita.* C. A. E. *Colonia Augusta Emerita.*

AEBVTIA gens. Eius frequens mentio apud *Liuium.* Duobus diſtincta eſt cognominibus, *Eluae* nempe et *Cari.* Elua quidem familia fuit patricia; plebeia vero cui cognomen Carus. Ex numis IIvirorum Corinthi P. Aebutii et C. Pinnii exhibuit *Patinus* gentem *Aebutiam*, eiusque exemplo *Vaillantius*, quod facere parantem *Morellium*

lium Gallandus Memde Trevoux Feb. 1700. p. 107. ſq. reprehendebat, ratus, Aebutium hunc, aut certe patrem eius, fuiſſe ſeruum familiae Aebutiae atque inde equidem nomen eum ſibi, ſed ius gentis Aebutiae nullum peperiſſe; atque inde colligi, numos eius nomine cuſos, nequaquam eſſe Aebutiis adſcribendos, familiae antiquae Romanae, geſtis faſcibus conſularibus inclytae. Non deterruit tamen cenſura haec *Vaillantium*, quo minus eosdem non modo numos retineret, ſed et duos iis nouos adderet, quorum in priori hinc caput Antonii IIIviri nudum cernitur cum litteris CORIN. illinc nauis prora cum epigraphe: F. AEBVTIO C. PINNIO IIVIR. *Pembrok.* p. 3. Tb. 92. n. 4.) *Morell.* Th. Fam. p. 6. --- *Liebius* Goth. Num. p. 213. alios duos adiecit, quod Imperatoris nullius exhibent effigiem, cuius generis numos vtique ad antiquas familias ſuas reuocari debere, *Vaillantius* in praef. fatetur. --- CORINT. Caput Iouis.)(P. AEBVTIO C. PINNIO IIVIR. Corona ex apio, vt videtur. --- PRF. (*Praefectus*) ITER. COR. Pegaſus.)(P. AEBVTIO PRF. C. PINNIO PAMPHILO, in corona. --- *Aebutius* in numis Corinthiacis quis? diſquirit *Galland.* Epiſt. ad *Morell* p. 364 Memor. Triuult. et *Hauercamp.* Theſ. *Morell.* Fam. 1. 6. --- AVGVSTVS CORINTS. Caput *Augusti* nudum.)(P. ÆBVTIO CILIO HERAC. IIVIR. QVI. ITER. *Publio Aebutio, et Caio Iulio Heraclide Duumuiris Quinquennalibus Iterum*, in corona ex lauro. Æ 2. *Morell.* Theſ. Fam. p. 6.) *Mdb.* p. 48.) *Patin* Fam. p. 2.) *Vaill.* Fam. Tb. 2. n. 2. --- Eadem poſticae partis inſcriptis, ſed in parte priore caput *M. Antonii* nudum cum ep. CORINT. *Morell.* 1 c. --- TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Cap. *Tiberii* laur.)(SEX*tus* AEBVTIVS L. LVCRETIVS IIVIR. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria, interpoſitis litteris C. C. A. *Colonia Caeſarea Auguſta.* Æ 2. *Morell.* l. c. p. 7.) *Vaill.* n. 3.

Æ. CER. *Aedilis Cerealis*, cuius typus Ceres ob ludos Cereales menſe Aprili inſtituendos. v. CEREALIA.

ÆCR. nomen Patroni Paeſtanorum Lucaniae. CN. ÆCR. M. TVC. PATR.

AE. CVR. *Aedilis Curulis*, qui Circenſibus ludis, et annonae praeerat *Cicer.* de Legib. L. I) *Plin.* L. VIII. c. 36. --- Caſtor et Pollux, ſpica, vel modius ſpicis repletus erant eius ſigna. v. *Aediles Curules.*

AED. *Aedes.* AED. S. *Aedibus Sacris.*

AED. DIV FAVSTINAE Templum pulcerrimum ſex columnis ſuffultum, in quo *Fauſtina Senior* ſedens, cui inter diuas relatae a ſenatu id templum in via ſacra regionis quartae erectum eſt, referente *Capitolino.* Æ. *Aſchot.* Tb. 44 n. 12.) *Beger.* Th. Br. II. 670.) *Mdb.* 208.) *Oiſel.* Tb. 107. n. 4.) *Pedruſ.* T. III. Tb. 13 n. n. 11.) *Schulz.* MzCab. P. II. p. 122.) *Vaill.* Pr. Imp. II. 166.) *Li.* Num. Imp. I. p. 172.

AED. *Aedilis*, vel *Aediles.* CERIALIA PREIMVS FECIT MEMMIVS AED*ilis.* --- MERVLA L. VAL. FLAC. et in medio AED. cum bouino capite. *Patin.* in Cornelia p. 92.) *Spanh.* II. p 157. --- Quarumdam coloniarum numi non duumuirorum, ſed *aedilium* nomina exhibent, ideo ipſis, vt duumuiris, conceſſa cudendae monetae facultas. Iidem ſunt in coloniis quam Romae magiſtratus. Denarios ſub aedilibus curulibus Romanis in Plaetoria, Plancia, Plautia et Sulpicia familiis videas apud *Vrſinum*, *Morellium*, *Vaillantium*, vbi CN. PLANCIVS AED. CVR. 9. Plancia. --- M. PLAETORIVS M. F. AED. CVR. 9. Plae

9. Plaetoria. --- M. SCAVR. AED. CVR. 9. Plautia. --- P. GALB. AED. CVR. 9 Sulpicia --- *Aediles* dicti, quod templa aliaque aedificia publica operibus reficerent magnificis atque ornarent; *curules* vero poſitae ſunt in templi aditu. Aedilitas inter minores magiſtratus quotannis creandos recenſebatur; hic ad ſummum honoris faſtigium primus in vrbe gradus erat. Nam illius munificentia plerumque viam muniebat ad praeturam et conſulatum. Aedilibus erat togae praetextae, ſellae curulis, iuris imaginum honos.

AEDE. DIVI. AVG. REST. *Aedes Diui Auguſti Reſtituta.* Templum octo columnarum, in cuius medio duae figurae. Æ. Antonini Pii. *Mdb.* p. 205.

AEDEPSIA Euboeae inſulae. v. ΑΙΔΗΨΙΩΝ.

AEDES AVG. vel DEDICATIO AEDIS in Imperatorum numis ob templa eorum ab iis erecta, vel refecta, vel dedicata. v. *Templum.*

AEDES Bellonae, Caſtrorum, Cereris, Concordiae, Felicitatis, Florae, Fortunae, Honoris, Iunonis, Larium, Palloris, Pietatis, Salutis, Victoriae, Virtutis. v. *ſuis locis.*

AEDIFICIA veterum in numis, qualia ſunt aedificia publica M. *Pembrok* P. 3. Tb. 76. ex quibus originariae eorum formae dignoſci poſſunt. Non modo publica illa grandiaque aedificia, ſed et templa quam plurima in numis reſplendet, quorum alia ingenti fornice faſtigiata, alia periſtyliis aut longo praeſtructorum graduum adſcenſu, alia ambulacris, columnis, ſtatuiſque magnifice ornata, qualia ſunt IOVI VLTORI, aut IVNONI MARTIALI, aut AETERNITATI FLAVIORVM, aliiſque inſcripta. --- Vrbium numiſmata varia delubra ac templa exhibent; e. c. aedificium, ſupra quod aquila, et deſuper quadrigae. n. Amaſiae; --- plurimis columnis ſuffultum. n. Cinnae; --- formae inſolitae altum et rotundum. n. Caeſareae Cappadociae; --- quadratum duplici ordine cum area, plurimis ſtatuis ornatum. n. Trallianorum. --- Vnicum numiſma non raro duas aut tres etiam Deorum aedes miranti oculo obiicit. Arcus triumphales, ſtatuis ac columnis decoros, ingenti artis oſtentatione in numis caelatos, ſola Neronis tempora quot non ſufficiunt? Quam ſuperbi illi arcus in numis Traiani cum epigraphe: FORVM TRAIANI, et in altero: BASILICA VLPIA. TOT Coloſſos ſumma arte et ingenio deſignatos; columnas etiam roſtratas aut Pharo non abſimiles, obeliſcos, pontium ſtructuras mirae elegantiae, ſeu quibus fluuii conſtrati, ſeu quibus VIAE MVNITAE SVNT. In tanta monumentorum veterum copia ac venuſtate varii generis tectorum, graduum, trabeationum ac baſium atque aliorum decoramimum formas deprehendet architectus; diuerſos item columnarum ordines, vti inter ceteros, Corinthiorum numus, Gethae honoribus percuſſus, capitellum vnicum columnae Corinthiaci ordinis cum parte ſcapi, omni ſtudio expreſſum exhibet. --- Sic et roſtra, ſedem illam Romanae facundiae, tum vetera in numo Lolliae familiae, inſcripto cognomine PALICANVS; cum noua etiam roſtra Iulia, a Caeſare erecta, quae in numiſmate Sulpiciae gentis exſtant c. epigr. C. SVLPICIVS PLATORIN*us*. --- Baſilicam itidem, quam teſte M. Tullio ad Atticum L. 4. ep. 16. Paulus ex Aemilia gente erexit, ita inſcriptam numus proponit: AIMILIA M. LEPIDVS REF. S. C. *Aemilia* baſilica. *Marcus Lepidus Refecit. Senatus Conſulto.* --- Deinde VIL. PVB. *Villa Publica* in Titi Didii numo et in alio Scribonii Libonis PVTEAL. SCRIBONI. viſitur, quae ara quaedam erat. --- Rurſum alibi comitium cum CLOACINA in oculos incurrit,

currit, ibidemque togati ſuffragia in vrnam coniicientes; alibi praetoris tribunal ſpectaturr, adiecta tabella, cui duae iudiciariae litterae inſcriptae leguntur: A. C. *Abſoluo. Condemno.* -- Denique tot ac tam varia opera minoris ſtructura, quibus plena ſunt numiſmata, aras, rogos, ſellas curules, curruum diuerſa genera, itemque nauigiorum. cf. Io. Bernh. *Fiſcher* Entwurf einer hiſtoriſchen Architectur in Abbildung berühmter Gebäude des Alterthums, aus Geſchichtbüchern, Gedächtniſsmünzen etc. Leipz. 1725. fol.

AEDIFICIVM vndecim arcubus conſtans, in cuius extremis conſurgunt binae turres, ſupra quos hinc currus elephantorum, illinc quadriga victoriata; ſuper alios quinque exſurgunt pyramides, quarum media maior eſt. Æ. Auguſti. *Angel.* *n.* f. 25. n. 25.) *Mdb.* p. 45. -- pulcerrimum, ſupra quod Imp. Auguſtus in quadrigis, hinc et inde figura cum haſta, in periſtylio; S. P. Q. R. IMP. CAES. *Senatus PopulusQue Romanus Imperatori Caeſari*, addito L. VINICIVS epigraphe. AR. Auguſti. *Arſchot.* Tb. 11. n. 11.) *Geſn.* Tb. 18. n. 23.) *Golz.* T. II. Tb. 45. n. 5.) *Morell.* Th. Fam. p. 450.) *Ei.* Th. Imp. Tb. 31. n. 40.) *Muſel.* Tb. 7. n. 10.) *Vaill.* Pr. I. p. 26. — pulcerr. in quo per gradus adſcenditur, faſtigio concamerato, in ipſo aditu ſtat Auguſtus, inſcr. MAC. AVG. S. C. n. Æ. Neronis. *Arſchot.* Tb. 20. n. 18) *Beger.* Th. Br. II. 624.) *Bellor.* p. 44 n. 21.) *Erizzo* 223.) *Geſn.* Tb. 47. n. 13.) *Harduin.* 723.) *Mdb.* 93.) *Morell.* Th. Imp. Tb. X. n. 17. 18. 19.) *Muſel.* Tb. 24. n. 6.) *Patin.* 87.) *Vaill* Pr. I. 22. — Pulcerr. tribus ordinibus columnarum inſtructum, quarum intermediae longiores, cum duabus portis; faſtigio aedificii imminet cuppula. n. Anton. Pii. *Vaill.* Pr. III. 323. — ſiue granarium, cui ſuper impoſita eſt ſtella, c. ep. PROVIDENTIAE AVGG. vel PROVIDENTIA CAESS. in n. Conſtantinorum.

AEDE. CVR. *Aedilis Curulis.*

AEDILES in area denarii cum bouis capite, ſupra C. VAL. infra. C. SEX. *Caius Valerius, Caius Sextius, Aediles.* *Morell.* Theſ. Fam. p. 427.) *Seguin.* Sel. Num. p. 94.) *Spanh.* II. 157.

AEDILES CEREALES erant plebeii, diu etiam ante Iul. Caeſarem inſtituti, et cerealia ab iis celebrata. v. CEREALIA.

AEDILES COLONIARVM. cf. Ever. *Otto* de Aedilibus coloniarum et municipiorum. Lipſ. 1732.

AEDILES CVRVLES inter minores magiſtratus quotanniis creandos cenſebantur; hinc iis numquam faſces cum ſecuribus praelati et comitiis tributis creati; conſules autem ac praetores, vt maiores magiſtratus, centuriatis. Proximo tamen ad praeturam erant gradu, ſedebant ſella curuli et curabant, quicquid faciebat ad tutelam aut ornamentum vrbis; praeſertim iis annonae procuratio et ſacrarum aedium cura erat commiſſa, item curatio ludorum vrbis ſollemnium, vt Megalenſium, Floralium, Cerealium, Romanorum. Praeter *ſellam curulem* aliis etiam ſignis deſignati in numis, vti *ſpicarum* et *cornucopiae* prope curulem ſellam, *coronarum* quoque vel *ſimulacrorum* aliorumque, quae factos ab illis Aedilibus haud vnius generis, quos nempe edere iidem tenebantur, ſollemnes ludos huic vel illi numini, vti Matri Deum, ſacros conteſtantur. vid. *Symbola.* --- Ob magnitudinem ſumtuum in ludis edendis pauci Auguſti temporibus petebant aedilitatem illam curulem; ideo quaeſtores aut tribuni plebis ad ſuſcipiendam aedilitatem iſtam adacti et a populo ſtipes collata ad impenſus muneris aedilitii. — Ob annonae

nae curam, iisdem Aedilibus itidem commiſſam, diuidebant frumentum aliunde aduectum populo certis pretiis; quam curationem illuſtrat *Liuius* L. XXXI. c. 4. et 50. --- In denariis gentis Flaminiae, Lolliae, Plautiae, Quinctiae, Rutiliae et Valeriae apud *Morell. Vaill.* et *Spanh.* II. p. 151. curulis ſella; ad vtrimque ſpica, et additum ſubinde cornucopiae cernitur, cum ſignata in iis plerumque AED. CVR. dignitate; aut ſedentes inter duos modios ſpicis repletos, vt in denariis g. Papiriae; aut cum modio inter duas ſpicas in numo L. Liuinei Reguli Quo ſpectat alius itidem numus gentis cum Quinctiae tum Valeriae apud *Morel.* Fam. p. 613. et 630.) *Vaill* Fam. Rom. II. p. 326.) *Spanh.* II. p. 152. qui hinc Cereris caput ſpicea corona redimitum exhibet c. epigr. AED. CVR. illinc duos Viros togatos ſedentes, non ſella curuli, ſed vulgari tantum ſubſellio, ac vtrimque ſpica, adſcriptaque eorumdem Aedilium nomina T. FLAMININ. T. F. L. FLAC. P. F. EX S. C. omiſſis Quinctiae et Valeriae nominibus, qui vero a *Liuio* L. 31, c. 4. dicti ſunt *Titus Quinctius Flaminius*, et *L. Valerius Flaccus*, ille *Titi*, hic *Publii Filius*, *Ex Senatus Conſulto.* --- Nota EX S. C. adſcripta arguit, illos ex Senatus decreto frumentum ex argento publico collegiſſe.

Aediles Plebis ſeu *Aediles Cereales* erant veluti adminiſtri tribunorum plebis, et ſignati comparent quoque in numis gentium Romanorum. Duos *Morell.* Th. Fam. p. 569. 579. 640. et *Spanh.* II. p. 153. protulit denarios, in quibus totidem *Aediles plebis* ſellis vulgaribus, non vero curulibus, inſidentes conſpiciuntur, vtrumque autem modius cum ſpica, quia annonae cura illis erat relicta; in priori cum litterarum compendiis inſcripto SEX. ATIL. M. F. SERRAN. L. MAN. CIN. A. F. *Sextus Atilius Marci Filius Serranus*, L. *Mancinus Auli Filius*, omiſſo nempe *Hoſtilii* gentili poſterioris nomine; in altero CN. CARBO C. F. M. SIKAN. L. F. praeteritis itidem gentium, quibus orti iidem erant, *Papiriae* et *Iuniae* nominibus; In anteriori prioris numi parte Cereris caput, Genii autem cincinnatum in altero expreſſum. Quod firmat inſuper numus *Fuluianae* et *Morellianae* p. 147. et 177. collectionum, in quo hinc ſpiciferae Cereris caput cum ipſa AED. PL. *Aedilium Plebis*, a quibus numus eſt cuſus mentione; illinc duo viri togati ſellis vulgaribus inſidentes, ante ſpica, retro P.A. vel *Argento Publico* vel *Aediles Primi*, *Cereales* nempe iuxta *Vaill.* Fam. I. p. 376. 455. infra autem legitur M. FAN. L. CRIT. *Marcus Fannius, Lucius Critonius.* Quibus addendus numus aereus rarius hinc cum Iano bicipite, illinc cum prora nauis ac litteris L. P. D. A. P. quas explicat *Vaill.* Fam. II. p. 113. L. *Papirius Deſignatus Aedilis Plebis.* — C. VAL. C. SEXT. AED. BLEB. C. *Valerius C. Sextus Aediles Plebis.*

Aedituae ſiue *Neocorae* ciuitates per vniuerſam Graeciam plurimae fuerunt, vt patet ex numis, et lapideis monumentis, v. *Neocora.* In Sicilia vero *Meſſanam* tantum hoc titulo gauiſam fuiſſe, huc vsque detectum eſt.

AED. P. vel POT. *Aedilitia poteſtate.*

AED. PL. vel PLE. vel PLEB. vid. *Aediles Plebis.*

AED. S. *Aedibus ſacris.*

AEGAE, Gr. Αἰγαὶ duabus ſyllabis, apud auctores multae ciuitates; eiusdem enim nominis vrbs Emathiae regionis in Macedonia, in Cilicia, in Locride, in Lydia, in Euboea, in Myrrhene, in Thracenſi Cherſoneſo, in Aeolide, in Aetolia

lia. Aegas octo, omiſſis etiam Achaicis, enumerat *Stephanus.* Reſciſſis obſcurioribus, numerus quidem non vero haeſitatio minuitur, an in Cilicum, Macedonumue, Aeolidis, aut Achiae officina procuſus ſit numus Æ 3. quem vulgauit *Eckbel.* Num. Vet. Tb. 12. n. 2. vid ΑΙΓ. — ΑΙΓΑΙΩΝ.

ΑEGAE ſiue AEGAEAE vrbs Aeolidis. Quas enim Aegas *Plinius* et *Strabo* vocat, *Herodoto* L. I. c. 149. ſunt Αἰγαῖαι, at *Scylax* etiam Αἰγαὶ duabus ſyllabis. Gentile Αἰγαιεὺς apud *Herodotum*, et *Aegeatae* apud *Tacitum*, Αἰγαιεῖς apud *Xenophon.* Videntur *Vaillantio* a Pelaſgis nuncupati, qui e Theſſalia profecti oram Aeolidis adpulerant. Situs vrbis ſupra Cymen in vicina Temni conſtituitur. Magiſtratus habeat praetores. Numos percuſſit Caio, Tiberio, Claudio, Agrippinae, Veſpaſiano, Domitiano, L. Vero, Alex. Seuero, et Traiano Decio. vid. ΑΙΓΑΕΩΝ. — ΑΙΓΕΑΙΩΝ. — ΑΙΓΕΩΝ.

AEGAE vrbs Ciliciae maritima, a *Strabone*, Αἰγαῖαι, *Aegaeae* adpellatur tribus ſyllabis, diſſyllabum eſt ceteris, *Ptolemaeo* et *Stephano* Αἰγαί, *Plinio* oppidum *Aegae* liberum; *porphyrogennetus* autem ſcripſit ſingulariter et tribus ſyllabis Αἰγαία, *Aegaea.* An nomen ab αἴξ, αἰγὸς *capra*, ob caprarum euentum, quibus ducibus et oraculi iuſſu condita, vt nominis rationem *Vaillantius* deriuat? Idem animal in numorum auerſis partibus eſt caelatum; ſic capra ſt. in Æ 3. cuius antica caput muliebre velatum turritum ſignat. *Eckb.* Cat. Vind. I. 184. Eadem etiam capra in Imperabilibus huius oppidi numis quibusdam conſpicitur. — Vrbs libertatem, aliaque priuilegia a Iul. Caeſare cum primum accepiſſet, epocham ſuam Iulianam ab eo tempore, quo Caeſar ex Syria in Aegaeenſium Ciliciae portum, teſtante *Hirtio* Bell. Alex. c. 60. adpulerat, id eſt, ſub finem menſis Maii A. V. C. 707. coepit dinumerare. *Harduin.* Num. Illuſtr. p. 522.) *Noriſ.* Epoch. Syro Mac. T. II. p. 396.) *Vaill.* Num. Gr. p. 240. Nulla fortaſſe Graecarum vrbium conſtanter adeo in numis, quorum plurima copia eſt, et diligenter annos ſuos ſignauit; leguntur enim huius epochae in Hadriani, Anton. Pii, M. Aurelii, Commodi, Seueri, Donnae, Caracallae, Macrini, Diadumeniani, Mamaeae, Alexandri, Pupieni, Gord. Pii, Aemiliani, Valer. Senioris, Gallieni et Saloninae numis. v. ΑΙΓ. — ΑΙΓΑΙΕΩΝ. — ΑΙΓΑΙΩΝ. — ΑΙΓΕΑΙΩΝ. — ΑΙΓΕΩΝ. — ΑΙΓΙΕΩΝ. — Id in ſuis numis ſingulare, quod haud vnum gentile iidem praeferant. In numis nempe Macrini et Diadumeniani legitur ΑΙΓΕΩΝ, et apud *Vaill.* Num. Gr. 215. ΑΙΓΑΙΕΩΝ aut ΑΙΓЄΑΙΩΝ, in aliis aliter. Immo ΕΓΕΩΝ occurrit in Diadumeniano apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 42. n. 7. — Auctam vero ſub ſecutis Caeſaribus eandem vrbem, licet ex pluribus illius vrbis numis, cum adſumtis eorum, Imperatorum, a quibus eadem beneficiis fuerat ornata, cognitionibus colligere, vt ΑΔΡΙΑΝΩΝ, ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ, CΕΤΗΡΙΑΝΩΝ, ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΩΝ, ΜΑΚΡΙΝΟΥ ΠΟΛΙC, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΟΛΙC, *Hadriana Commodiana, Seueriana, Antoniniana, Macrini vrbs, Alexandri vrbs,* ab Hadriano nempe, Commodo, Seuero, Caracalla, Macrino et Alexandro Seuero, pro temporum conditione, deſumtis. Cuius generis Muſ. *Alban.* Tb. 45. n. 1.) Num. Max. Mod. *Reg. Gall.* Tb. 16.) *Spanh.* I. 689.) *Theup.* 922.) *Vaill.* Num. Gr. 305. protulerunt numum ſub Commodo cuſum, cum ſignatis Iſidis et Oſiridis capitibus, ac inſcriptione ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΙΑΩΝ ΕΤΟΥ. ΑΛC, *Commodianorum, Hadrianorum Aegeorum Anno* 234. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ Π. *Alexandri vrbs,* tantummodo inſcripta legitur in aereo Alex. Seueri apud *Ekbel.* Cat. Vind. I. 185. addito Dianae Epheſiae typo. — Eadem vrbs ΝΑΥΑΡΧΙC dicta, quae Ναυαρχίδος dignitas in

in poſteriorum Imperatorum numis, vt Aemiliani, Valleriani et Saloninae occurrit. — Etiam *Neocoriam* ab Alex. ſeuero accepit. In *Banduri* collectionibus *Neocoriae* et *Claſſicae* dignitates leguntur coniunctae; ſic in Aemiliano: ΑΙΓΕ-ΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑΥΑΡ. et ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΝΑΥΑΡΧ. p. 97. In Valleriano Seniore: ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ. ΝΑΥ. *al.* ΝΕΩ. ΝΑΥ. vel ΑΑ. ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ. ΝΑΥΑΡΧ. et ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩ. ΝΑΥΑΡΧ. *al.* ΝΕΩΚΟΡΩΥ ΝΑΥΑΡ. p. 121. 130. 131. In Salonina: ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ. ΝΑΥΑΡ. p. 243. addita aera ΘΟC. 299. in Aemiliano, T. et TA. 300. 301. in Valeriano, ET. 305. in Salonina. — Singulorum Senioris Valeriani numum protulerunt *Haym.* Th. Br. II. Tb. 48. n. 6. et *Spanh.* I. 690. qui in)(exhibet ſigna Zodiaci, in medio caput vel Meduſae, vel Mercurii ſine petaſo, eum litteris: ΑΙΓΕΩΝ ΝΕ ΝΑ. *Aegaeenſium Neocororum Nauarchides*, vel *Claſſicae*.

ΑΕGΑΕ, ΑΕGΕ, ΑΕGΙΑ, ac ΑΕGΑΕΑ, Macedonia vrbs, Graece Αἰγαὶ, Αἰγαὶ, Αἴγεια, Αἰγαία, antiqua fuit regia Macedonum ante Pellam, prius *Edeſſa* nuncupata, quae cum capta eſſet caprarum gregis ductu, quem inter pluuias nebulasque ſequebantur hoſtes ab euentu nomen inducit *Aegae*. *Iuſtin.* L. VII. c. 1. Cuius victoris ac regis Carani memoriam oſtentant caprae geminae procumbentes. *Golz.* Tb. 30. — Capra anterioribus pedibus flexis, et re, ſpiciens,)(Quadratum incuſum. Æ 3. *Eckhel.* Cat. Vind. I. 83. — Apollinis cap. laur.)(ΑΙΓΑΕ. (*ſic*) *Aegae*. Caprae quid ore retinentis caput. Æ 3. *Wilde* ſel. Num. Tb. 8. n. 47. p. 72.

ΑΕGΑΕUΜ mare Europam ab Aſiae disiungit, cuius maris inſulae v. *Cyclades*, *Sporades* etc.

ΑΕΓΕΣΤΑΙΩΝ male pro ΑΙΓΕΣΤΑΙΩΝ, *Aegeſtanorum*, ſiue potius *Segeſtanorum* in Æ apud *Muſel.* Num. Pop. ſuppl. Tb. I. n. 4. Caput pelle caprina abductum.)(ΑΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. Fig. nuda militis humeris impoſita, ad cuius pedes auis. v. *Segeſta* Siciliae.

ΑΕGΙΑLOS in Peloponeſo. Muſ. *Theup.* p. 950. retulit Iuliae Domnae Æ 2. numum, in quo hinc huius Auguſtae caput, illinc ΕΓΙΑΛΕΩΝ, *Aegialenſium*. Quadrigae decurrentes, aurigante Imperatore, ſ. ſceptrum.

Aegina, Gr. Αἴγινα, vna ex Cycladibus inſula inter portum Piraeum Athenienſium, et oras Peloponneſi ſita, ambitu ſuo 150. ſtadia complectitur, et eiusdem nominis vrbem. *Strabo* p. 375 ſq. Inclaruit ortu Aeaci regis ſui a cuius matre antiquum *Oenopiae* nomen Οἰνωπία deſumſit. Maris imperium habuit aliqnamdiu, de illoque poſtea cum ipſis Athenienſibus contendit, vti etiam de victoria gloria poſt pugnam ad Salaminam, ad quam a nullo populo, ſi Athenienſes excipias, tot naues miſſae ſunt. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 1014. — *Ephorus* apud *Strabon.* L. VIII. p. 577. Phidonem primum in inſula Aegina argenteam dicit ſignaſſe pecuniam, vnde numum c. inſcr. ΦΙΔΟ. inter antiquiſſimas Aeginetarum monetas recenſuit *Beger.* Th. Br. I. 279. et in Miſcell. Berolin. T. I. p. 53. 59. — Remotiſſimam ſapit antiquitatem quin *Haym.* Th. Br. I. T. 21. n. 6. edidit, aereus tertiae formae: Caput arietis cum monogrammate litteras ΑΙΓ continente.)(Dimidia nauis, et inſcriptio ΑΙΓΙΝΑ. Similis in *Eckh.* Cat. Vind. I. 114. — Magnam eorum maritimam potentiam indicat nauis dimidia; caput autem arietis imperii ſignum eſſe poteſt, vel lanae copiam, et armentorum abundantiam denotat, quibus Aeginetae diuitias ſuas, et proinde maritimas etiam vires debebant. v. ΑΙΓΙΝΑ. — Numus etiam percuſſit Pla-

Plautillae et Elagabalo. v. ΑΙΓΑΙ-ΝΕΙΤΩΝ — ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ.

ΑΕGIS proprie, vt docet *Seruius* in VIII. Aen v. 435. eſt munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput; quod munimentum, ſi in pectore numinis fuerit *Aegis* vocatur; ſi in pectore hominis, ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus, *Lorica* dicitur. Credulos enim ipſorum animos occupauerat fuſa per gentes ſuperſtitio, tantam eſſe huius imaginis vim, vt et terrorem hoſtibus incutiat, et qui ea vtantur, euadat iuxta *Lucianum* ςρατηγέτης ἀκαταμάχητος, ac vbicunque pugnam commitat, victoriam conſequatur certiſſimam. Inde ergo adparet liquido, quo conſilio ſeuerus meduſae caput in pectore geſtauerit, vt eius numi teſtantur. — *Aegis* cum horrida Meduſae facie Palladis eſt clipeus in n. Amaſi et Cumanae Ponti, Syracuſarum etc. Ita in *Diodoro* L. III. vbi de Minerua: "Memorant inter alia eius celebria facinora beſtiam terribilem, atque vix vlla ratione domabilem, "Aegidem dictam, necatam ab ea fuiſſe plerumque eius ſuo pectori obductam tam ad tutelam corporis quam ad virtutis monumentum. *Hyginus* vero Aſtron. Poet. c. 13. haec habet: "Nonnulli etiam *Aegam* ſolis filiam dixerunt, multis candore corporis praeſtantem, cui contrarius pulcritudini horribilis adſpectus exiſtebant — — — cum Iupiter bellum contra Titanos appararet, reſponſum eſt ei, ſi vincere vellet, vt ἀιγὸς pelle tectus et capite Gorgonis bellum adminiſtraret, quam *Aegida* Graeci adpellauerunt."

ΑΕGIUM, Gr. Ἄιγιον, Achiae nobiliſſima vrbs, quo non Achaei ſolum, ſed vniuerſi Peloponneſii conueniebant, publicis de rebus conſultaturi, de quo conuentu *Pauſan.* c. 24. et *Liuius* L. XXXVIII. c. 30. — Signati ſunt numi A. ΑΙΓ ΑΙΓΙ. ΑΙΓΙΕ. vel ΑΙΓΕΩΝ, etiam cum monogrammate Χ *Achaeorum.* — Cuſi omnes totius Peloponneſi nomine ſunt numi indubitatio Aegii, quorum vna ex parte teſtudo reptat, nota Peloponneſi teſſera; ex alia quadrum alte incuſum eſt, ſiue vel cum inſcriptione ΑΙΓΙ. — Inter anepigraphos vnus eminet vel ipſo minuto volumine, et exiguo pondere, quippe grana tantum 48. adpendit. Eiusdem fere ponderis alterum Vindobonae conſpexit *Neumannus* cum liberis ΑΦ. quadrato inſertis. Hae tam parum vrbis initiales cenſendae, quam litterae IN ſimili, ſed ſolitae magnitudinis AR 2. numo inſcriptae, quem *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 8. n. 8. edidit. — Alios Æ numos ΑΙΓΙΟΝ et ΑΙΓΙΕΩΝ inſcriptos protulit *Kbell.* Adpend. altera Tb. I. n. 2. 3. de iisque p. 11. fuſius egit.

ΑΕGOS Thraciae flumen ſupra Seſton memorabile, quod ita vocat *Corn. Nepos*, vbi a Lacedaemoniis Athenienſes tanta clade adfecti ſunt, vt libertatem et omnia amitterent. *Stephanus* vrbem indicat Ἀιγὸς ποταμοὶ πόλις ἐν Ελλησπόντῳ, *Caprae flumina oppidum in Helleſponto.* Sic etiam *Tzetzes.* Forſan ita conciliari poteſt, vt amnis et oppidum, quod praefluebat, et nauali, in quod effunditur, nomen largitus fuerit. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 1068. — Ad vrbem retulit *Haym.* Th. Br. II. Tab. X. n. 3. p. 103. numum Æ, in quo caput muliebre laureatum, pileo forma caniſtri tectum.)(Capra ſt. adpoſitis litteris ΑΙΓΟΣΠΟ. vel Ἀιγοσποταμιτῶν, vel Ἀιγοσπόταμοι. Deam, cuius caput antica praefert, Iunonem habet editor, aut Hellen, Athamantis regis filiam, quae Helleſponto, vbi *Aegoſpotami*, nomen dedit.

ΑΙΓΗΠΤΟΥ, *Aegypti.* Obſeruatione digna eſt ſcribendi ratio, littera Η pro Υ adhibita. Sic enim in Æ. numo apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 10. n. 1. et *Muſel.* Num. Pop. Tb. I. n. 6. Caput muliebre mitratum, nomine ΣΩΤΗΡΑ,

Seruatrix, adiecto, vrceus a tergo, et litterae Β. Δ. Βυλῆς Δόγματι, *Senatus Decreto.*)(Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c. et oleae ramum. Epigraphe eſt: ΚΑΛΛΗ ΤΥΧΗ ΑΙΓΥΠΤΟΥ, *Bona Fortuna Aegypti.*

AEGYPT. *Aegypti.* ADVENTVS AVG. AEGYPT. mulier nuda humi procumbens, ſ. brachio innixa caniſtro floribus pleno, adſtat ibis. AR. Aemiliani in Aegypto tyranni. *Mdb.* 390. qui vero ſuſpectus videtur *Bandurio.* I. 279. — ALEX. AEGYPT. *Alexandria Aegypti.*

AEGYPTI. v. RESTITVTORI.

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus modo laeuam verſus, modo dextrorſum gradiens, in AV. et AR. Iul. Caeſaris et AV. ac AR. Auguſti numis memoriam Aegypti deuictae renouandi gratia, vnde crocodilus cum oris hiatu conſpicuus, Aegypti ſymbolum impreſſum eſt. De qua victoria Actiaca, deuicto Antonio, vrbes quaedam inchoarunt aeram, quae ad A. V. C. 723. ſtatuitur, qui, vel annus ſequens in n. Graecis vocabulo ΕΤΟΥΣ ΝΙΚΗΣ, *Anni Victoriae*, inſignitus eſt. Cum numi vel nudum Iulii caput ſiſtunt, vel illud cum lituo, quod Augur fuerit Caeſar, vel cum Auguſti ſimul capite, idemquem typus cum crocodilo in Auguſti quoque numis occurrit, nullusque in omnibus Triumvir monetalis legitur, non inſcite concludere poſſumus, Iulii quoque numum a ſucceſſore Octauio in rei factae memoriam fuiſſe ſignatum, quem AV. et AR. communicat *Golz.* Tb. 10. n. 36.) *Id.* in Faſtis Conſular. p. 180. n. 2.) *Nonnius* Tb. 9. n. 36) *Ruben. Arſchot.* Tb. 3. n. 21. 22.) *Hemelar. Arſchot.* Tb. I. n. 9. p. 4. *Goraeus* ſ. 41.) *Grueuius* in Floro. p. 396.) *Harduin.* Num. Pop. p. 12.) *Medtob.* p. 4. 5.) *Morell.* Theſ. Imp. Tb. 7. n. 13. 14. p. 86. ſq.) *Id.* Theſ. Fam. Iuliae Tb. 20. n. 8. 9.) *Occo* p. 7.) *Oiſel.* Tb. 32. n. 11. p. 47.) *Oudanus* in Potentia Romana Tb. 36. n. 11. p. 164.) *Vaill.* Fam. in Iulia Tb. 37. n. 28. p. 515. — Auguſti vero AV. numum hac epigraphe et typo eodem notatum exhibent *Golz* in Auguſto Tb. 32. n. 3) *Medrib.* p. 26. 27.) *Morell.* Th. Imp. in Auguſto Tb. 9. n. 32. 33.) *Vaill.* Praeſt. II. p. 16. — Similiter AR. Auguſti exſtat apud Leon. *Auguſtinum* Tb. 3. n. 15. et Tb. 6. n. 9.) inter Num. *Arſchot.* Tb. 12. n. 16.) apend. *Erizzo* p. 152.) in Muſ. *Farneſiano* Tb. 6. n. 2) apud *Golz.* in Aug. Tb. 32. n. 1. et 3.) *Mdb.* 27.) *Morell.* Theſ. in Aeg. Tb. 17. n. 1. 2. — *Idem reſtitutus a Traiano*, addita ep. Imp. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. in AV. et AR. quae *reſtitutio* numum, haud vulgarem, rariſſimum facit. Exhibent quoque hunc *Mdb.* p. 27.) *Morell.* Theſ. in Aug. Tb. 17. n. 40.) *Patin.* ad *Sueton.* p. 77.) *Vaillant.* Num. Sel. To. II. p. 21. et Praeſt. II. p. 10. teſtatur ſe ſimilem ex AV. vidiſſe.

AEGYPTOS. Aegyptus ſub mulieris ſpecie humi deſidens, d. ſiſtrum tenet, ob Iſidiis cultum, ſ. caniſtro ſpicis pleno ob frumenti abundantiam innixa, ad pedes eius ibis, ob ſerpentum in hac prouincia copiam, quos illa enecat. AV. AR. Æ. Hadriani. *Angelon.* 127.) *Arſchot. Hemelar.* Tb. 19.) *Arſcb. Rubenii* Tb. 39.) *Erizzo* 368.) *Hautbal.* Exercit. V. Tb. I. n. 18.) *Hadriani* 761.) *Mdb.* 170. 174.) *Muſel.* Imp. Tb. 77. n. 6.) *Oiſel* Tb. 33. et 117.) *Patin.* Imp. 152. 191.) *Pedruſ.* III. Tb. 6. n. 11.) Th. R. *Sueciae* Tb. 12. n. 11.) *Schulz* Mz. Cab. II. 86. *Theup.* 171. 466.) *Vaill* Praeſt. I. 57. II. 137. — *Ead. ep.* in Æ. 1. 2. Traiani, additis S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI cum ſphingis typo apud *Mdb.* 157. et *Spanb.* I. 245. qui Romae procul dubio percuſſus eſt, non vero in Aegypto, vt exiſtimabat *Triſtan.* I. p. 388. Sub ſphingis habitu

bitu virgineo et alato prouinciam illam veris ſphingibus abundantem deſignauit.

ΑΙΓΥΠΤΟϹ, *Aegyptus*. Sphinx capite virgineo recubat ſuper murum altum, poſt murum flos loti. Æ. Hadriani. *Hautbal*. p. IV. Tb. 6. n. 16. p. 200.

AEGYPTVS in numis crocodilo, Nilo, ſiſtro, ibi ſeu nigra ciconia, loto et ſpicis dignoſcitur. Nilum, Iouem, Solem et Lunam coluit; quos deos Apim, Oſirim, Serapidem, aliosque explicat Paul. Erneſt. *Iablonski* Pantheon Aegyptiorum. Francof. ad Viadr. 1750. — Deos non pecudibus et ſanguine, ſed precibus et ture ſolo pacare ſolebat. — Genius Aegyptiorum v. *Agathodaemon*. — Aegypti reges defuncti dii ſunt nuncupati, etiam ſuperſtites pro diis ab iis culti, quorum cognomina, quae in numis occurunt, diuulgauit *Spanh*. I. 437. cf. *Aegyptus Numiſmatica* ex Imperatoribus Romanis deſumta; ad calcem Io. Foy. *Vaillantii* Hiſtoriae Ptolemaeorum, Aegypti regum, ad fidem numiſmatum accomodatae, Amſt. 1701. fol. pag. 200. ſeq. ſubiuncta eſt, et vndetriginta numorum a totidem Aegypti oppidis, poſtquam prouincia populi Romani facta eſt, cuſorum auerſas partes aere expreſſas complectitur, cum integra eorum deſcriptione atque expoſitione. Quae ad ſingularum vrbium originem, ſitum et varios caſus ſpectant, illic etiam breuiter attinguntur. Quosdam etiam Aegypti regum numos protulit *Muſel*. Num. Reg. Tb. III. IV. V. et Suppl. Tb. I. — *Aegypti nomi* vid. *Leontopolites*, *Oxyrinchus*, *Peluſiotes*, *Sebennytes* etc. — Nullam Aegyptus accepit poſt Iul. Caeſarem ſub Imperatoribus *coloniam*; regebatur enim illa prouincia ſub Caeſaribus a praefecto auguſtali, cui vero ius faſcium non erat. — Plurimos numos Hadriano, paucos Antonino Pio, vnum aut alterum M. Aurelio ſignauerunt Aegypti vrbes; in ceteris Imperatoribus nomen cum vrbium epigraphe haud legitur. v. *Alexandrini*. Annum imperii, quo cuſi ſunt, indicant omnes.

AEL. *Aelia*. AEL. EVDOCIA, coniux Theodoſii Iunioris. *Du Cange* Famil. Byzant. p. 65. — AEL. EVDOXIA Arcadii vxor. *Du Cange* p. 63. — AEL. FLACILLA, prima Theodoſii M. coniux. *Du Cange* p. 61. — AEL. MARC. EVPHEMIA, vxor Iuſtini Thracis. *Mdb* 560.) *Spanh*. 640.) — AEL. PVLCHERIA, Theodoſii Iunioris ſoror, Marciani vxor. *Du Cange* Tb. 22.) *Mdb*. 543. — AEL. VERINA, Leonis Imp. coniux. *Du Cange* Tb. 23.) *Mdb*. 546.) *Spanh*. 640.

AEL. *Aelia* vel *Aelium*. Aeliae atque Hadrianae dictae coloniae ab *Aelio Hadriano* deductae. COL. AEL. CAP. *Colonia Aelia Capitolina* Iudaeae. Hadrianus Iudaeos, res nouas molientes, compreſſit, eosque Hieroſolyma expulit, et in illam coloniam deduxit, quam de nomine ſuae gentis *Aeliam* adpellauit, ac templum *Iouis Capitolini*, qua in loco veri Dei templum fuerat, aedificari iuſſit, vnde CAP*itolinae* cognomen. *Xiphilin*. L. LXIX. p. 793.

AEL. *Aelium* municipium *Coilla* in Numidia ab eodem Aelio Hadriano nomen eſt ſortitum: AEL. NVN. COIL. *Aelium Municipium Coillutanum*; *al*. AEL. MVLIC. COIL. COMM. *Commodianum*; *al*. AEL. MVNIC. COIL. A. vel AN. et ANT. ſiue AEL. MVN. GOEL. ANT. *Coelli Antoninianum*. cf. *Belley*. Acad. Inſcr. XXV. p. 102.) *Vaill*. Col. I. 169. 210. Ad coloniam *Aeliam Capitolinam* falſo refertur AEL. MVNIC. COIL. ab *Harduino* Num. Seb. Ill. p. 13. Aeliae enim Capitolinae non municipii, ſed coloniae nomen conſtanter tribuunt plures Antonini Pii

ıc ſequentium Caeſarum numi-
rbem. II. p. 606. ſq. ad *Coelo-*
m Hiſpaniae ſpectare olim cen-
Harduin. vero Sel. Opp. p.
lein ad *Conſuaranorum* in Hiſpa-
ppidum; *Vaillantius* l. c. re-
ad *Coillu* Numidiae vrbem,
ue in *Antonini* Itinerario muni-
m adpellatam retulit. Phri-
Bimard ad *Iobert.* II. p. 242.
-- De numis Philipporum
N. FANE. AEL. *Municipium*
ſtre Aelium inſcriptis, v. FA-

EL. *Aelius* nomen. AEL.
S. HADRIANVS ANTONI-
al. T. AEL. ANTONINVS
Titus Aelius Antoninus dictus,
Pius ab Hadriano adoptatus
--- AEL. AVREL. COMM.
.. AEL. AVREL. COMM. etc.
modus.

ELENA loco *Helena*, Conſtan-
Chlori vxor, Conſtantini M.
r: FL. AELENA AVGVSTA.
l. II. p. 114. --- Similiter Con-
ini filia, Iuliani coniux: FL.
ENA AVGVS. *Band.* II. 442.

LIA gens plebeia eſt; Aelii
iidem ac Allii. Eorum in nu-
cognomina ſunt *Paetus*, *Catus*,
ro et *Lamia.* — Prolongatis
inis litteris ALL*ius* dicitur,
is enim temporibus Aelia gens
pronunciatione aſpera eſt vo-
Allia, deinde tenuiore *Aillia*,
ndem *Aelia*, — C. AL. vel
LLI. — P. PAETVS. — SEX.
IVS Q. F. CATVS AED. CVR.
EX.. AELIVS CATVS IIVIR
. A. F. F. — Q. TVBERO.—
ELIVS L. F. LAMIA IIIVIR
. A. F. F. — L. LAMIA L.
- Frequens et ſolita priſcorum
riorum typus Caſtor et Pollux
rentes, quae numina Romanae
ae propitia et ſalutaria fuerunt.
coniectura ſubit ad factum Ae-
raetoriis reſpiciendum eſſe, qui
n in capite ſibi conſidentem,
u ſuo, in conſpectu ſenatus
necauit, quod audiſſet, eo conſe-
crato, domus ipſius ſtatum feliciſ-
ſimum, reipublicae miſerrimum fore;
occiſo autem in contrarium vtrum-
que ceſſurum; id quod et factum
eſt. cf. *Morell.* Theſ. Fam. p. 7.
ſeq. n. 1 - 24.) *Vaill.* Fam. Rom.
I. Tb. 3. 1 - 12.

AELIA, cognomen coloniae ab
Hadriano Hieroſolymam deductae.
COL. AELIA CAP. quae

AELIA CAPITOLINA, caput Iu-
daeae, prius *Hieroſolyma*, ſub Tito
euerſa. Iudaei cum ſeditionem in
toto orbe Traiani et Hadriani tem-
poribus excitaſſent, ab Hadriano
per Martium Turbonem compreſſi
fuerunt. Poſteà *colonia* Palaeſtinae
ab Hadriano conſtituta, nomen *Ae-*
liae habuit de Aelia Hadriani gente,
quod teſtatur *Spartianus* in Hadri-
ano, *Xiphilin* ex Dione, et *Cedre-*
nus, qui ita de Hadriano: „Con-
didit nouam Ieruſalem, quam et
Aeliam adpellauit; *Capitolinam* a
templo Iouis illic erecto. Vnde in
numis C. A. C. ſiue EO. AE. CA.
ſiue ex transpoſitione litterarum
ECA
COA in numo Antonini Pii a *Lie-*
bio Goth. Num. p. 314. prolato,
ſiue COL. AELIA. CAP. ſiue COL.
AEL. KAP. *Colonia Aelia Kapito-*
lina. In n. Graeco AIA. — Deinde
ob accepta a Commodo beneficia,
et non a deductis eo a Commodo
colonis, vt putat *Scaliger*, *Commo-*
dianam ſe etiam adpellauit. COL.
AEL. CAP. (KAP.) COMM.
(COMMOD.) vel COL. AEL. CAP.
vel KAP. COMM. P. F. *Colonia*
Aelia Capitolina Commodiana Pia
Felix. — Fundatori Hadriano et
adoptiuo eius filio Antonino Pio
non modo percuſſit numos, ſed et
M. Aurelio, Lucio Vero, Commo-
do, Peſcennio Septimio Seuero,
Caracallae, Diadumeniano, Elaga-
balo, Traiano Decio, Q Herennio
et Hoſtiliano numos pariter conſe-
crauit Aelia Capitolina, vt eorum
beneuolentiam ſibi conciliaret. cf.
Col-

Collectiores *Vaillantii*, *Patini*, *Theupoli*, *Bandurii*, *Pellerinii*, aliorumque. — Numos plurimos cum ſimulacris deorum, quos Syria colebat, percuſſit, vt Aſtartem, Bacchum, Serapidem et alios. v. *ſuis locis*. Hinc Serapidis caput calatho inſigne; Serapis enim ab Aegyptiis, et ob vicinam a Syris colebatur. Praecipue in numis Elagabali Aelia Serapidem inter alia, quae venerabatur numina, caelauit, quod iſte Imperator illum ſumma perſequebatur religione. — Iupiter Capitolinus ſt. ſeminudus d. haſtam, ſ. caput Toli. — Iupiter ille ſedens. — Templum, in quo Iupiter ſedens inter Pelladem et genium, mulieres. — Aſtarte in templo, pede ſupra fluuium impoſito, hinc et inde victoria globo impoſita. — Templum intra quod tria idola. — Caput genii muliebre turritum, eleganti cum ornatu · · Alii typi, e. c. Figura militari habitu, d. eleuans, ſ. haſtam transuerſam — Colonus agens boues. — Laurea, in qua COL. AEL. CAP. COMM. P. F. — Tropaeum erectum in n. M. Aurelii, quale ſit ignorat *Patinus*. — Praeter hanc Aeliam Hadrianus in Numidia conſtituit coloniam *Aeliam Hadrianam Gemellianam*, vt et *Aelia Hadriana Zama* colonia in Africam, Iubae regiam, ab Hadriano deducta, iuxta quam Scipio Africanus maior Hannibalem clade adfecit inſigni. *Liv.* L. 10.

C. AELIA. Spica. Æ. Lucii Caeſaris *Mdb.* p. 58.

AELIA *Eudocia*. — *Eudoxia*. — *Euphemia* vel *Euſemia*. — *Flacilla*. — *Pulcheria*. — *Verina*. vid. *ſuis locis*.

AELIA ZENONIS AVGVSTA, Baſiliſci vxor. Tantum ex Æ. inueniuntur huius numi, qui autem RRRR.

AELIANA PINCENSIA Certamina *Aelii* Hadriani honoribus *Pinci* in Moeſia celebrata.

AELIANVS (*A. Pomponius*) Germaniae tyrannus, Gallieni aetati in Germania imperium arripuit. Moguntiaci A. V. C. 1020. Chr. 267. cumque non integrum annum eo gauiſus eſſet, anno ſequente occiſus eſt a militibus. *Golz.*) *Mdb.* 391.) *Patin.* Theſ. eum in numis nuncupant IMP. C. AELIANVS. P. F. AVG. — IMP. C. A. POMPON. AELIANVS AVG. — Dicitur et *Laelianus* apud antiquarios, et *Lollianus*. *Bandur.* p. 316. — Alter

AELIANVS (*L.*) tyrannus Diocletiani tempore, Bagaudarum in Galliis dux A. V. C. 1038. Chr. 285. Victus autem anno ſequente a Maximiano Herculeo occiditur. *Golz.*) *Mdb.* 428. — Qui apud *Triſtan.* III. p. 177. proſtat numus c. ep. IMP. C. L. AELIANVS P. F. AVG. ad cognominem ſub Gallieno tyrannum, quod ipſa numi fabrica continuo arguit, et iuxta *Eutropium* ac *Victorem* in epitome, eſt referendus. A quo autem numo abeſt illud *Pomponii*, quod ei *Golzius* tribuit nomen, et quale ad alterum Aelianum ſpectare exiſtimauit idem *Triſtan.* III. 176., vt id Ad. *Ruperto* ad Synop. viſum ſimiliter fuerat. cf. Frid. Sigism. *Witzleben* neue Gedanken von dem aufgeworfenen Kaiſer *Aeliano* in I. P. von *Ludwig* gelehrten Anzeigen T. II. 301. ſqq.

AELIO SEIAN. in Tiberii Æ. a Bilbilitanis in honorem nouorum Romae conſulum cuſo, ac inſcripto: MVN*icipium* AVGVSTA BILBILIS TI*berio* CAESARE V. (*Quintum*) L. AELIO SEIANO, in circuitu numi, dein in corona quernea COS. (*Conſulibus.*) Vulgarunt numum *Morell.* Theſ. Fam. in Aelia Tb. I. n. 24.) *Id.* Theſ. Imp. in Tiberio Tb. 9. n. 7. 8.) *Mdb.* 68.) *Patin.* Num. Imp. med. A min. formae p. 69.) *Id.* in Not. ad Sueton p. 185.) Io *Vaillant.* Num. Col. I. p. 95.) *Id.* Fam. in Aelia n. 12. — Lucium illum Aelium Seianum peculiariter *ſuum* adpellare ſolitus erat

erat Tiberius. — M. QVINT..... AELIO R.... V. V. OSCA. Fig. equeſtris cum framea. Æ. Oſcae in Auguſt. *Mdb.* 51.

AELIVM municipium Coellutanum in Numidia ab Hadriano factum. v. *Coellu.*

AELIVS (L.) CAESAR, Annii Veri filius, L. *Ceionius Commodus Verus* adpellatus, et ab Hadriano, mortua Sabina, adoptatus A. V. C. 888. atque imperii ſucceſſioni deſtinatus, dicitur *L Aelius Verus Caeſar*, ex *Spartiano*, Pannoniaeque praeficitur. Mortem huius praematuram paſſim auctores ſtatuunt A V. C. 890. Chr 137. vel certe ſequenti anno. Cuius numi ex AV. rariſſimi ſunt, ex AR. et Æ. triti, cum Graeca inſcriptione perrari. Legitur ad caput eius nudum A. ſiue ΛΟΥΚΙΟϹ ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ, vel cum additamento ΔΗΜ. ΕΞΟΥϹ. ΥΠΑΤ. Β. vel ΥΙΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ϹΕΒ, *Filius Hadriani Augusti.* In Latinis autem AELIVS CAESAR, aut frequentius L. AELIVS CAESAR, vtpote qui adpellatus non fuerit Auguſtus, ſed tantum Caeſaris nomen in ſpem Principatus habuerit, additis plerumque dignitatibus TR. P. vel POT. COS. II. vt in Graecis. Vocatur etiam in n. apud *Stradam* f. 63. et *Mdb.* 189. PONT. MAX., de quo pontificatu autem maximo altum apud auctores ſilentium. In Æ. max. Epheſiorum dictus eſt ΛΟΥΚΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ, adpoſito Hadriani Olympii nomine et capite eius aduerſo. — In poſticis numorum partibus CONCORD. ſiue CONCORDIA, typus Concordiae ſt.. vel ſedentis. — FELICITAS AVG. d. caduceum, ſ. c. c. — FID. MILIT. Signum manipulare, baſi inſiſtens. — HILARITAS P. R. ſt. d. ramum, ſ. c. c. — PANNONIA, huius typus cum laboro. *al.* Cybele d haſtam. — PANNONIAE CVRTA AEL. Imp. ſedens, cui fig. tropaeum porrigit, alia fig. d. tropaeum, ſ. c. c. — SALVS ſt. vel ſedens paſcit ſerpentem. — In ceteris Aeſculapii, fluuii, fortunae, genii, ſpei etc. typus. — Cum vrbis cuiusdam nomine, vt apud *Vaill.* Num. Gr. p. 38. 39.) *Theup.* 884.) Alexandriae, Aegypti, Amiſi, Antiochiae Syriae, Berhocae, Cibyratarum, Epheſiorum, Gortinae, Laodiceae, Nicaeenſium, Nicopolis Epiri, Pergamenorum, Temnitarum numi ex omni modulo inter elegantiores referuntur. — Quos *Haym.* Theſ. Brit. II. Tb. 34. n. 2. 3. vulgauit Æ. duos Aegyptii eius honori conſecrarunt: altero cum genio Concordiae, animorum conſociationem inter adoptantem Hadrianum, atque adoptatum Aelium indicabant; altero, qui Cererem cum ſpicis conſignatam habet, vt felicitatem Aepyti omnem ex frugum prouentu eſſe conteſtantur, ita ſe Aelio ſimul cum ſua Cerere dedicant. — Eiusdem Hadriani adoptatiuus filius *Antoninus Pius* quibusdam in numis IMP. CAES. T. *AELIVS* HADR. ANTONINVS AVG. P. P. etc. vocatur. — Pariter *Aelii* nomen *Commodo* datum eſt, qui legitur: L AELIVS AVRELIVS COMMODVS AVG. PIVS PRIT. in memoriam Hadriani, a quo Antoninus Pius, eius auus adoptatus erat. — Graeci numi inſcriptio: Λ. ΑΙΛΙΟΣ Ν. ΚΑΙΣΑΡ, interprete *Harduino* Oper. p. 764. *Lucius Aelius Nerua Caeſar* eſſet vertenda, cum tamen de *Nerua* Imp. quod idea *Aelii* nomen tulerit, nulla auctorum, lapidum, aut numorum monumenta fidem facient. — De *Aelio Pontico* in Byzantinorum numis cf. *Bimard. de Baſtia* ad *Iobert.* Not. Num. II. p. 233. ſq.

AELIVS (SEX.) CATVS IIIVIR. A. A. A. F. F. in area S. C. Æ. Golz. Faſt. Conſul. p. 124. n. 4. vid. *Aelia.* 9.

AEM. *Aemilius*, nomen gentis. C. Æ. M. METO. *Caio Aemilio Metocco* etc. quatuoruiro Cluniae in Hiſpania Tarracon. n. Tiberii.

Me-

Morell. Theſ. Fam. in F. Aemilia Tb. 3. p. 13.) *Ei.* Theſ. Imp. in Tiberio Tb. 9, n. 21. p. 606.) *Mdb.* 69.) *Vaill.* Coll. I. p. 104.

AEMIL. vel AEMILI. *Aemilius* eiusdem gentis. AEMI. BARBVLA. — BVCA. — LEPIDVS. — PAVLLVS. — Q. AEMIL. IIVIR. — IMP. C. M. AEMIL. AEMILIANVS AVG. *Aelianus* Imp.

AEMILIA olim AIMILIA gens patricia fuit, antiquiſſima et clariſſima, multis dignitatibus domi et militiae decorata, ita vt inter alias fere omnes occupauerit pontificatum maximum, dictaturas, principatus, ſenatus, cenſuras, conſulatus, magiſteriae equitum, tribunatus militum conſulari poteſtate, et triumuiratum reipublicae conſtituendae, reliquosque magiſtratus et ſacerdotia. — *Plutarchus* vit. Paul. Aemilii a voce Ἀιμυλίας, i. e. a lepore in dicendo et venuſtate, ſiue a feſtiuitate nonmen deriuat. — Diſtincta eſt in plurimas ſtirpes a) *Mamercinorum*, qui in numis non occurrunt; b) *Barbularum*, c) *Papporum* et d) *Regillorum* apud *Golzium;* e) *Lepidorum*, f) *Paullorum*, et g) *Scaurorum* apud *Vrſinum*; additis nouis cognomine h) *Bucarum*. — Gentis huius Aemiliae praenomen *Mamercus* interdum pro nomine poſitum. v. MAMERCVS. Similiter Aemiliorum cognomen *Paullus* dein praenomen in Lepidorum numis. v. PAVLLVS. Non alios, adſerit *Liebe* Goth. Num. p. 33., protulit *Vaillantius* Num. Fam. I. Tabb. 4. ad 8. huius familiae numos, niſi vel ex *Golzio*, quorum maxima pars eſt, vel Fulu. *Vrſino*, *Patino*que depromtos. Contra *Morellius* in Theſ. Famil. tabulas ſingulas *Patini* noua acceſſione ditauit, ſed vnicuique numis adiectis, non illis quidem omni ex parte ſemper diuerſis, dignis tamen, qui vel ceterorum illuſtrandorum cauſa in lucem producerentur. Inter eos nouem ſunt IIuirorum et coloniis, quorum non omnes in opere ſuo coloniarum recenſuit *Vaillantius*. cf. Chriſtoph. *Woltereck* Erläuterung einiger Münzen des *Aemiliſchen Geſchlechts* und des Kaiſers Commodi. Wolfenbüt. 1720. 8.

AEMILIA cognominatur *Damaſcus* in Æ 1. Aemiliani Imp. COLONIA AEMILIA ΔΑΜΑϹϹΟ ΜΗΤΡΟ. *Colonia Aemilia Damaſcos Metropolis. Band.* I. 97.

AEMILIA. *Aemilianus*. Q. FAB. Q. F. AEMILIA. *Quintus Fabius Quinti Filius Aemilianus.*

AEMILIA REF. *Refecta.* Baſilicae Aemiliae a Paullo ex Aemiliis erectae proſpectus, additis litteris M. LEPIDVS S. C.)(Caput Libertatis. AR. Aemiliae 9. *Pembrok* P. 3. Tb. 90. n. 4.) *Vaill.* Fam. I. Tb. 7. n. 39. ex *Vrſino.*

AEMILIAN. *Aemilianus*, Aemilii Paulli de Macedonia et Rege Perſeo triumphatoris filius e gente Aemilia in Corneliam Scipionum tranſiit, a P. Scipione Africano adoptatus et P. SCIPIO AEMILIANus AFRICANus denominatus. In *Liuiana* epitome ac alibi *P. Cornelius Aemilianus* dicitur, aut *Scipio Aemilianus*, aut integris nominibus *P. Cornelius Scipio Aemilianus*, vel mutata nominum illorum ſede *Aemilianus Scipio*; ſolo autem Aemiliani nomine a *Plinio* haud ſemel deſignatur.

AEMILIANI F. (*Filius*) Q. MAXIMVS AEMILIANI F. PROCOS.

AEMILIANVS (*Marcus Aemilius*) genere Maurus, in Moeſia Imperator contra Trebon. Gallum ab exercitu Moeſiaco dictus, a ſenatu Auguſti titulum obtinet A. V. C. 1006. Chr. 253. poſt tres tamen menſes aut morbo extinctus, teſte Aur. *Victore*, aut a ſuis Spoleti interemtus occubuit, exſurgente contra eum Valeriano. *Caii* praenomen,

men, et *Iulii* nomen licet frequenter Aemiliano data ſint, illa tamen in eius numis raro occurrunt, *Marci* vero et *Aemilii* adpellationes in iis frequentius obſeruantur, quae huic Imp. iure tribuuntur, quod *Aurel. Victor.* in eius Aemiliae gentis adpellatione confirmat. — In numis legitur: IMP. AEMILIANVS AVG. *al.* PIVS AVG. *al.* F. (FEL. FELIX) AVG. — IMP. C. AEMILIANVS AVG. — IMP. CA. (CAE. CAES.) AEMILIANVS PIVS F. (FEL.) AVG. — Imp. CAES. C. IVL. AEMILIANVS PIVS AVG. *al.* FEL. AVG. *Band.* I. 96. 99.) *Vaill.* Pr. I. 178.) — IMP. M. AEMILIANVS P. F. AVG. — IMP. C. AEMIL. AEMIL. AEMILIANVS AVG. — IMP. C. EMIL. EMILIANO (*ſic*) AVG. *Band.* 98. — SAL. EMILIVM EMILIANVM CAESAREM. *Band.* 97. — IMP. C. M. AEMIL. AEMILIANVS AVG. — ΑΥΤ. ΑΙΜΙΛΙΟϹ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. — Α. Κ. Μ. ΑΙΜΙΛ. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹ ΕΥΤ. ΕΥΤ. ϹΕΒ. *Bandur.* 97. et Addit. ad p. 98. — Ob breue eius imperium huius numi frequentiſſime ſuppoſititium habent in cimeliarchiis, pauci enim cum anticae APOLLO CONSERVAT. — DIANAE VICTRICI. — ERCVL. (*ſic*) VICTORI inſcriptione extant aurei, qui omnes ſunt RRR. Vnus tantum a *Vaillantio* inſpectus; in Gothana gaza duo viſuntur aurei. — Minus rari AR. in quibus APOL. CONSERVAT. — CONCORDIA AVGG. Auguſti nempe Aemiliani et vxoris Auguſtae. — DIANA VICTR. *al.* VICTRI. *al.* VICTRIX. — DIANAE VICTRI. *al.* VICTRICI. — ERCVL. (*ſic*) *al.* ERCVLI VICTORI. — HERCVL. *al.* HERCVLI VICTORI. — IOVI CONSERVAT. *al.* CONSERVATORI. — MARTI PACIF. *al.* PACIFERO. — MARTI PROPVG. *al.* PROPVGNATORI. *al.* PROPVGT. (*ſic*) — PAX. AVG. *al.* PAXS (*ſic*) AVG. — PACI AVG. — P. M. TR. P. I. P. P. — ROMAE AETERN. *al.* AETERNAE. — SPES PVBLICA. — VICTORIA AVG. — VIRTVS AVG. — VOTIS DECENNALIBVS *Vaillantius* numos cum hac epigraphe inter rariores recenſet. — *Numiſmata Latina* Æ I. c. ep. AETERNITAS AVGG. rariſſima, non vt *Vaillantio* videtur ob duplex G. ſuſpecta. In aliis: APOL. CONSERVAT. vel APOLL. CONSERVA. — FIDES EXERCIT. ſingularis, a militibus enim contemtui habebatur Aemilianus. — IOVI CONSERVAT. *al.* CONSERVATORI. — PAX AVGVSTI ſingularis in hoc Auguſto. — PACI AVG. rariſſimus. — P. M. TR. POT. P. P. inter rariores. — ROMAE AETERNAE rariſſimus *Vaillantio*. — SALVS AVG. ſingularis. — SPES PVBLICA. — VICTORIA AVG. — VIRTVS AVG. inter rariſſimos. — VOTIS DECENNALIBVS S. C. — Æ I. in *col. Damaſc.* COLONIA AEMILIA ΔΑΜΑϹϹΟ ΜΗΤΡΟ. *Vaillantio* non notas. *Band.* I. 97. — *Numiſma Graeca* Æ I. ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΝΑΤΑΡΧ. *al.* ΝΕΩΚ. ΝΑΤΑΡ. *Aegaeenſium* Ciliciae, addito ΘϟC. *anno* 299. — *Numiſmata Latina* Æ 2. qui omnes inter rariores recenſentur: P. M. TR. P. P. P. — SPES PVBLICA. — VOTIS DECENNALIBVS. — *Numiſmata* Æ. 2. iſt *coloniis* cuſa: PROVINCIA DACIA. — COLONIA ΔΑΜΑϹϹΟ ΜΗΤΡΟ. — P. M. S. COL. VIM. (*Viminacium Moeſiae ſuperioris*) AN. XIN. cf. Alex. Xav. *Panel.* diſſ. de numis exprimentibus etc. decimum tertium et decimum quartum Aemiliani etc. annum. Tiguri 1748. 8. — Ex Æ. *paro tertii moduli* omnes huius Auguſti ſunt rariſſimi; in illis: ROMAE AETERN. — SPES PVBLICA. — VIRTVS AVG. — Cum vrbis nomine eius numi ex omni modulo eximiae ſunt raritatis et elegantiae. *Vaill.* Num. Gr. p. 174. — An ex effigie Aemiliana qua ſimillima apud *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 48. n. 5. de-

depicta, Maurctanicum quid eluceat?

AEMILIANVS (*Tiberius Ceſtius Alexander*) tyrannus Gallieni aetate, in cuius odium apud Aegyptios cogitur imperium ſuſcipere, exercitu Aegyptio conſentiente A. V. C. 1014. Chr. 262. Thebaidem, et Aegyptum peragrauit, barbarorum gentes ſubmouit virtutum merito *Alexander* dictus. Parata in Indos expeditione a Theodoto captus an. 263. et Gallieno miſſus in carcere ſtrangulatur Romae ſub finem anni praedicti, vel initio anni 264. — Ex *Occone* exhibet *Mediobarb.* p. 390. AR. inſcriptiones: IMP. CAES. AEMILIANVS P. F. AVG. *al.* ALEXANDER.)(ADVENTVS AVG. AEGYPT. — IMP. AEMILIANVS PIVS FEL. AVG.)(DIANAE VICTRI. *Strada* f. 132. quos tamen duos numos *Banduri* I. p. 279. habet ſuſpectos. *Golzius* praeterea, *Occo* et *Bandurius* inſcriptiones diuulgarunt: C. IVLIVS AEMILIANVS. — IMP. C. T. CEST. ALEX. AEMILIANVS. — Α. Κ. ΤΙΒ. ΚΕСΤ. ΑΛΕΞΑΝΔ. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟC СΕΒ. L. Α. *Anno Primo.*

AEMILIO BASSO Corinthi Duumuiro. *Morell* Fam. p. 12.) *Ei.* Numi Conſul. Tb. 2. Lit. G.) *Ei.* Theſ. Imp. Tb. 6. n. 15. 20.) *Vaill.* Num. Col. p. 4. 5. Numus rariſſimae notae. Alias et Betilienae et Caeciliae familiarum cognomen *Baſſus* exhibent numi.

AEMILIO IIVIR etc.)(C. I. N. C. Ex D. D. Æ. *Morell.* Fam. Aemilia Tb. 2. n. 2. p. 10.

AEMILIO LEP*ido* v. LEP.

AEMILIVS legitur et AIMIL. AIMILI. AIMILIVS, mutata diphthongo Æ. in AI.

AEMILIVS BVCA in denariis Aemiliae gentis, qui ex eadem Bucam eſſe docent. Addita eſt in quibusdam IIIIVIR. *Quatuoruiri monetalis* dignitas, prout et legitur L. AEMILIVS Q. F. BVCA IIIIVIR. A. A. A. F. F. In aliis praenomen tantummodo et cognomen L. BVCA omiſſo nomine AEMILIVS exprimitur. v. BVCA.

AEMILIVS PAVLLVS quoties triumphauerit, et quo modo ſingularis eius numus ſit explicandus, in quo prope tropaeum legitur TER. PAVLLVS, cf. *Spanh.* II. 222. ſq.

AEMILIVS PONS antea *Sublicius* dictus in n. Aemiliae gentis. v. *Pons.*

AEMILIVS SEVERVS IIVIR coloniae Hiſpaniae Tarraconenſis, *Plinio Ilici*. *Melae Illice*, qui propter mores militares *Seueri* videtur habuiſſe, cognomen. Æ. 2. *Morell.* Fam. in Aemilia Tb. 3. Lit. E. p. 14.) *Ei* Theſ. Imp. in Tiberio Tb. 10. n. 3. p. 608.) *Vaill.* Col. I. p. 111.

AENEA, vel AENIA, Gr. Αἴνεια, in Perrhaebia Macedoniae oppidum, quod ab *Aenea* Troiano conditum antiquitus credebatur, vt *Dionyſ. Halic.* L. I. p. 39. et *Liu.* L. XL. c. 4. XLIV. c. 10. prodiderunt. Oppidani *Aeneates* ibidem *Liuio* dicti; *Stephano* Αἰνεάτης, ſingulari numero. vid. AI.

AENEAS Troianus, incenſa Troia ac diruta patrem Anchiſem, ſenio confectum, flammis eripuit, in Italiam tandem ſe conferens. *Aur. Victor.* Orig. Gent. Romanae p. 597.) *Alban.* Hiſtor. L. III. p. 76.) *Virgil* Aen. L. I. 290. ſqq. — Ex Creuſa vxore hic Aeneas genuit *Iulum*, qui etiam *Aſcanius* dictus eſt, vnde nomen et originem ſe trahere iactabant *Iulii*, vel Iulium genus, et gentis Romanae princeps eſt habitus. Poſteri eius reges Albae regnarunt, ex qua ciuitate per Tullum Hoſtilium regem, ipſa diruta, Iulii Romam ſunt tranſlati, et a

 rege

rege in patres cooptati, ſed ſero ad magiſtratus emerſerunt, atque inter patricios maiorum gentium fere poſtremi. Ad indicandam Iuliae gentis originem denarii, in quibus Aeneas e Troiano incendio Anchiſen ac Palladium gerens, ſunt percuſſi et a Traiano reſtituti. —

AENEAE PIETAS, patrem flammis Troiae efferentis, ſi in numis exhibetur, plerumque ei additur palladium in dextra, et paruulus Iulus adcurrens, quem manu tenet, vt in AR. 9. Iuliae apud *Vrſin.* p. 129. n. 3.) *Vaillant.* Tb. 72. n. 13. — In alio AR. *Iulii Caeſaris* Aeneas nudus gradiens laeuo brachio patrem Anchiſem, d. palladium gerit c. inſcr. CAESAR. Exhibet hunc numum *Arſchot. Ruben* et *Biaeus* T. 4. n. 15. 16.) *Auguſtin.* Dial. *Sada* p. 34.) *Beger.* in Floro p. 37.) du *Choul.* dans ſon Diſcours de la Religion etc. p. 136.) *Golz.* Tb. 7. n. 1 2.) *Graev.* in Floro Tb. 2. n. 3 p. 17.) *Ei.* Antiq. Rom. T. V. p. 135.) Iac. *Gutherius* de veteri Iure Pontificio L. III. c. 9.) *Morell.* Theſ. Fam. in g. Iulia Tb. 1. n. 5. p. 204.) *Ei.* Theſ. Imp. in Iul. Caeſ. Tb. 4. n. 16. p. 58. ſq.) *Nonnius* Tb. 6. n. 1. 2.) *Oiſel.* Tb. 76. n. 9 p. 406.) *Oudan.* Tb. 79. n. 9. p. 326.) Muſ. *Pembrok.* P. 3. Tb. 8. n. 1.) *Vaillant.* Fam. Tb. 72. n. 9. p. 504.) *Vrſinus* et *Patinus* in g. Iulia Tb. 1. n. 5. p. 124. ſq. — Idem numus a *Traiano reſtitutus* eximiae raritatis addita circumſcriptione IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. *Begero* non notus, ad iam vulgatus a *Patino* in Suetonio p. 62.) *Morellio* Theſ. Fam. l. c.) *it.* Theſ. Imp. l. c. n. 17. 18. p. 60) *Vaill.* Conſulor. in g. Iulia Tb. 72. n. 10. p. 504. — Pariter in *Auguſti* numis *Pietas Aeneae* pingitur. Sic Aeneas Anchiſem in humero ſublimem vtroque brachio portans. AV. Auguſti apud *Khell.* Suppl. p. 6. qui Aeneam potius, etſi palladii ſolitum attributum abſit, quam ex Catanenſibus fratribus alterum hic repraeſentari exiſtimat, quia magis ad pietatem familiae Iuliae accedit eiusmodi coniectio. Id certum, nullum vel in argento Auguſti numum typo ſimili hactenus fuiſſe proditum. — Porro Aeneas feſtinans Troia excedere d. penates, ſ. humero patrem Anchiſem portat, ſequente filio Iulo.)(ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ, *Egeſtanorum*, qui et *Segeſtani* dicti in Sicilia. Caput Auguſti. Æ. 2. Rationem typi fuſe oſtendit *Hanercamp.* ad *Parut.* Siciliam Num. p. 778. quod Segeſtani Troiano ſe ſanguine cretos, ſeque Romanorum conſanguineos iactarunt. Icon numi eſt in *Hanibal.* Exercit. II. Tb. 2. n. 5.) *Morell.* Theſ. Imp. in I. Caeſ. Tb. 39. n. 18. 19. p. 398.) *Patin.* p. 47.) *Vaill.* Adpend. Num. Graec. Tb. 1. n. 3. Sunt et alii *Segeſtanorum* numi, qui illud ab antiquitate petitum decus confirmant; vnus eiusdem Auguſti inſertus Tabulae Numiſm. vet. in Itin. Gall. de la *Motraye* Vol. II. Tb. 4. n. 4. Aeneas laeua ſenem Anchiſem geſtans, d. facem ardentem, ad oſtendendum noctis tempore e Troia euaſiſſe, pone eum columba, Veneri ſacra apud *Parutam* Tb. 110. n. 15. In alio Aeneas neque facem, neque palladium, ſed d. gladium praefert, adiecta columba. — Similiter in *Traiani*, *Antonini Pii* ac *Caracallae* numiſmatibus Aeneas conſpicitur vel Anchiſem ſ. brachio geſtans, omiſſo palladio, ſ. dextrae Iulus implicatus patrem haud paſſibus aequis ſequitur; caput puerili pileo Phrygio tegitur. Adeſt inſcriptio AENEAS. n. Contorn. *Traiani* in *Cim. Vind.* T. II. T. 17. p. 5.) *Hanercamp.* Num. Contorn. n 66 p. 141.) *Mediob.* p. 149.) *Patin.* Theſ.) *Spanh.* I. 364. — Idem Aeneae typus, adpoſitis S. C. litteris. Æ. 1. *Anton. Pii* in Muſ. *Pembrok.* P. 3. Tb. 96. n. 4.) *Theup.* 496.) *Vaill.* Praeſt. I. p. 78. — Pariter in Graeco *Caracallae* c. ep. ΟΤΡΟΗΝΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΑϹΙΑΡΧΗϹ ΑΝΕΘΕΚΕΝ, *Otroenorum* Phrygiae, *Alex-*

Alexander Aſiarcha Obtulit. Aeneas habitu militari incedens et reſpiciens, d. Aſcanium pileo Phrygio tectum trahit, ſ. Anchiſem geſtat. Æ. 1. apud *Froelich.* 4. Tent. p. 269 quomodo apud *Landum* Numiſm. p. 7. in vno eſt palladium, in altero Aſcanius. — Sic et in numis *Dardaniorum* et *Scepſiorum* Troicae apud *Vaill.* Num. Gr. Aeneas gradiens patrem ac palladium gerit, filiumque ducit. — *Ilienſes* in Troade etiam adblandientes Iul. Caeſari hoc Aeneae pietatis emblema Æ. numo impreſſerunt. In illo caput Iulii laur. r. ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΔΙΚΤΑΤΟΡΟΣ Γ. *Caii Iulii Imperatoris Dictatoris Anno Tertio.*)(ΙΛΙΕΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Ilienſium Bis Neocororum.* Aeneas capite nudo et pallio tectus d. palladium, ſ. humero patrem comitante filio. Exhibent hunc *Dempſter.* ad Roſini, Antiq. p. 199.) *Golz.* Tb. 7. n. 3.) *Harduin* Num. Pop. p. 218. vbi male ΔΙΣ pro ΒΙΣ legit.) *Morell.* Th. Fam. in Conſular. g. Iuliae Tb 20. n. 6. mutata ΝΕΩΚΟΡΩΝ voce in ΝΕΩΧΟΡΩΝ) *Ei.* Th. Imp. in I. Caeſ. Tb. 8. n. 1. 2. p. 91.) *Nennius* Tb. 6. n. 3.) *Occo.*) *Strada* in vit. Caeſaris, qui tamen Ꜳ. pro Æ. prodit, et ΙΛΙΩΝ male reponit.) *Triſtan.* I. p. 38.) — PIETAS cum capite Pietatis.)(M. HERENNI. Iuuenis magna feſtinatione ſenem humeris ferens. Ꝝ Herenniae gentis, quem *Vrſinus* p. 120. ſq. et *Golz* Faſt. Conſul. p. 196. Aeneae humeris patrem e Troiae flammis educenti perperam tribuit, cuius errorem ſecutus lo. *Weidner* in Pietate ex numis antiq. p. 70. 71. item *Hanthal.* Exerc. Prooem. Tb. 4. n. 1. p. 122. Eundem vero denarium rectius alii expoſuerunt de *Amphinomo* patrem Aetnaeo incendio auferente. v. *Pii fratres Catanenſes.* — Certius ad Aeneae pietatem referendus Æ. numus, hinc ΑΙΝΕΙΟΥ, *Aeneae* caput.)(ΕΥΣΕΒΕΙΑ. Aeneas patrem humeris portat, quem paruus Iulus comitatur.

Aeneae e Troia in Latium *aduentus* in numis *Antonini Pii* e maximorum genere ita ſignatus: Aeneas ſiniſtra ducens filium, e naui per tabulam graditur verſus Albam vrbem, cuius muri viſuntur; in terra prope litus ſcrofa cum porcellis. *Spanh.* I. 364.) *Vaill* Pr. III. p. 125. Vel porta Vrbis Albae cum moenibus, ante eam ſus cum porcellis, et pone Aeneas ferens humeris Anchiſem; adeſt ficus ruminalis et templum. *Vaill.* l. c.

AENEAS ille Troianus, teſte Pomp. *Mela* condidit Thraciae vrbem, *Aenus* dictam, inde huius Aeneae caput imberbe, galea quaſi pileo Phrygio tectum in Aeniorum Ꝝ 3. ſignatum apud *Haym.* Theſ. Brit. II. Tb. VIII. n. 8. p. 87. et in Muſ. *Pembrok.* P. 2 Tb. 3 n. 5. Antiquiorem vero et certiorem Aeneae memoriae cuſum numum protulit Anonymus Pariſinus *Recueil* etc. p. 205. vbi caput ab *Haymio* l. c. caelatum Mercurio potius tribuendum iudicat.

AENIANVM, Gr. Ἀινιάνων, Theſſaliae vrbs. vid. ΑΙΝΙΑΝΩΝ.

Aenobarbus, Domitiae gentis cognomen, de quo inter Domitios optimo *Sueton.* vit. Neronis c. 3. et *Appianus* Bell. Ciu L. V. In numis legitur AHENOBARBVS, non diphthongo *Aenobarbus.*

AENOS, vel AENVS, Gr. Ἄινος, Thraciae vrbs, mari ad orientale Hebri oſtium vicina, e regione Samothraciae inſulae ſita, ab *Aenea* Troiano condita, teſte Pomponio *Mela.* Multa de ea *Liuius.* Gentile *Stephanus* formari dicit Ἄινιος, *Aenius.* V. ΑΙ. ΑΙΝ. ΑΙΝΙ. ΑΙΝΙΟΝ. An et huc referendus Æ. max. Pertinacis numus apud Abb. *Campenſ.* p. 57. ΑΝΙΩΝ. inſcriptus?

AEOLICVM DIGAMMA, vel duplex gamma, Aeolica littera, figura et vi ſimilis Latinae F. ſic dicta, quod

 duo-

duorum r ſibi ſuperimpoſitorum formam gerat. v. Διγαμμα.

AEOLIDIS vrbes. vid. *Aegae*, *Cumae*, *Myrina*, *Temnus*.

AEPIVS praetor Pergamenorum. v. AIΠIOΣ.

AEPPIO in n. Corinthi Achaiae. L. CERTO AEPPIO C. IVLIO IIVIR*ris* cum typo Bellerophontis. Exſtat in *Morell.* Theſ. Imp. in Iul. Caeſ. Tb. 6. n. 12.) *Vaill.* Coll. I. p. 3.) *Theup.* 645.

AEQVATORES MONETAE ad trutinam reuocabant monetas. v. *Bilanx*.

AEQVI. AVG. *Aequitas Augusti.* Mulier ſt. d. bilancem, ſ. c. c. Æ. Pertinacis, qui ſemper aequiſſimus fuit. *Mdb.* 266.) *Vaill.* I. 100.

AEQVIT. AVG. *Aequitas Augusti.* Idem Aequitatis ſt. typus. AV. AR. Æ. 1. 2. Pertinacis. *Beger.* Th. Brand. II. 685.) *Harduin.* 796.) *Mdb.* 260. 261.) *Muſel.* Imp. Tb. 144. n. 4.) *Patin.* 217.) *Pembrok.* P. I. Tb. 18. n. 12.) *Theup.* 208. 559.) *Vaill.* Pr. I. 104. — AR. Æ. Gallieni. *Band.* I. 211.) *Theup.* 961.

AEQVITAS. S. C. Aequit. ſt. Æ. Galbae. *Arſchot.* Tb. 22. n. 16) *Mdb.* 102.

AEQVITAS, de qua loquuntur numi, ad iuſtitiae partem trahenda non eſt, neque ad nemeſin, licet aliquoties in iis etiam cum bilancibus exhibeatur, prout apud *Patin* Num. p. 250., ſed ad virtutem illam, in principibus deſiderabilem, qua *rem monetariam* religioſe in populorum commodum adminiſtrant. Cum ſexcenties trium Monetarum typus occurrat in Elagabali et ſequentium Imperatorum numis, animaduertendum eſt, Caeſares, vt penes ſe ſummum ius ex omni metallo cudendae monetae exſtare ſignificarent, *Monetarum imagines* in iis inſculpi curauerunt, quarum media, forma, et cultu praeſtantior, auro praeſidet. Omnes cornucopiae gerunt, vel quia ex numorum adfluentia rerum omnium paratur copia, vel ex inſtituto Deabus huiusmodi attributum adſignandi, nam Moneta apud Romanos Dea habebatur; bilancem vero ad omnia ponderanda. Plerumque *Aequitatis* typus figura muliebris modo *ſtans* d. bilancem, rarius pateram, ſ. cornucopiae, *al.* ſ. haſtam puram, vel ſceptrum; modo ſedens. Ant. *Auguſtin.* Dial. II. p. 46.) *Hautbaler.* Exercitat. II. p. 58.) Fuſius aequitatis typos exhibuit Annibal *Carus* eques melitenſis in Epiſtolis ad *Vrſinum.* Ven. 1592. 4. Iisdem ſignis Amaltheae cornu vel haſta pura et bilance inſtructa etiam eſt *Moneta*, quae ſemper armata viſitur; in AR. autem Tiberii circa ambitum: ΔIKAIOΣYNH. — *Didius Iulianus* primus fuit, qui numiſmaticae fabricae oſor adhibuerit *tenue argentum, uenaeque ſecundae*; ex *Martial.* Epigr. L. IV. vt promiſſarum opum, per quas, occiſo Pertinace, nundinatum a militibus imperium acceperat, minori incommodo, exhauſto aerario, fidem exſolueret. Subſecuti Imperatores, vel iniquitate temporum, vel commercii anguſtia coacti, argentum adulterarunt. Ad peſſime omnium ſtellionatus crimen admiſit *Gordianus Pius*, qui grandiorem quidem formam argenteis numis reddidit, maiorem vero ſequioris metalli portionem admiſcuit, quod ex exſtantibus adhuc eiusdem numis patet. Iniquiſſimis tamen temporibus *aurum* reſeruauit pretium ſuum integrum, intactumque vsque ad exſtinctionem imperii. Cuius rei cauſam *Bimard.* ad *Joberti* Scienc. Num. I. p. 61. in eo ſuſpicatur, quod prouinciarum vectigalia, et tributa non niſi in auro penderentur. — AEQVITATIS a) SEDENTIS typus cum bilance et c. c. in Æ. M. Aurelii apud *Harduin.* p. 781.) *Mdb.* 220.) *Muſel.* Imp. Tb. 116. n. 6.) *Theup.* 522. — it.

it Æ. L. Veri. — Smiliter *Sedens Aequitas* in vrbium numis Alexandriae Aegypti, Prymneſſeorum etc. — b) STANS autem AEQVITAS d. aequatas lances, ſ c. c. in AR. Traiani *Geſn.* Tb. 73. n. 15.) *Mdb.* 153.) *Muſel.* Imp. Tb. 60. n. 6.) *Vicus* Tb. 20. n. 61. — Pariter in Æ. Traiani *Geſn.* Tb. 79. n. 13.) *Mdb.* 156.) *Muſel.* Tb. 63. n. 2. — AR. Hadriani. *Geſn.* Tb. 85. n. 30.) *Mdb.* 173.) *Muſel.* Tb. 76. n. 1. 7. — AR. Anton Pii. *Geſn.* Tb. 95. n. 60.) *Mdb.* 197.) *Muſel.* 95. n. 4. — Æ. M. Aurelii. *Mdb.* 226.) *Muſel.* 121. n. 5.) *Vicus* Tb. 58. n. 127.) — AR. Commodi. *Muſel.* 126. n. 10. it. Æ. 2. Commodi. *Theup.* 549. — Æ. Caracallae. *Muſel.* 162. n. 3.) — Item Aequitas ſt. cum ep. AC. SOL. n. Heraclii *Band* II. 686. — Similis *Aequitatis ſ.* typus in numis *vrbium* Alexandriae Aegypti, Amaſtrianorum Paphlagoniae, Marcianopolis Moeſiae, Nicaeae Bithyniae, Nicopolis ad Iſtrum, Traianae Auguſtae etc. — Paruum Aequitatis ſignum Annona d. praefert in AR. Titi apud *Morell.* Theſ. Imp. in Tito Tb. 9. n. 10. p. 371.

AEQVITAS AVG*uſti* in n. Auguſtorum ſaepe occurrit, cum ea virtus in iis praeſertim effulgere debeat, qui ius dicere ſolent; alii de cudendae monetae facultate exponunt. Æ. Veſpaſiani. *Mdb.* 111.

-- Domitiani. *Mdb.* 133.

-- Hadriani. *Mdb.* 179.) *Theup.* 66.

-- Anton. Pii. *Mdb.* 193. 194. 5.

-- Pertinacis. *Mdb.* 260.) *Pa*. Theſaur.

- Albini. *Mdb.* 266.) *Patin.* ...ſ.

- Sept. Seueri. *Mdb.* 269.) ...ll. Praeſt. II. 214.

- - Macrini. *Angelon.* f. 267.) *Mdb.* 305. 306.) *Theup.* 230. 586.) *Vaill.* Pr. I. 132.)

- - Alexand. Seu. *Mdb.* 318. 321.) *Pedruſ.* IV. Tb. 3. n. 8.) *Schulz.* MzCab. II. 215.) *Vaill.* Pr. III. 172.) *Theup.* 236.

- - Maximini. *Mdb.* 328.) *Vaill.* Pr. II. 290.

- - Gord. Pii. *Mdb.* 336. 337.) *Muſel.* Imp. Tb. 192. n. 9. 10.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 21. n. 2.) *Theup.* 243. 612.

- - Phil. Sen. *Mdb.* 346.) *Muſel.* Tb. 201. n. 6.) *Theup.* 246.

- - Trai. Decii. *Band.* I. 4.) *Mdb.* 352.) *Vaill.* Pr. II. 321.

- - AVG. n. Etruſc. *Band.* I. 30.

- - Hoſtiliani. *Khell.* Suppl. p. 170.

- - Treb. Galli. *Band.* I. 58. 75.

- - Voluſ. *Band.* I. 90.) *Mdb.* 362.

- - Gallieni. *Band.* I. 152. 156. 211.) *Beger.* II. 744.) *Mdb.* 372.

- - Saloninae. *Band.* I. 236. 251. *Vaill.* Pr. II. 375.

- - Valer. Iun. *Band.* I. 267.) *Mdb.* 382.) *Strada* f. 133. An fides huic numo AR. habenda ſit, Bandurius iudicio peritorum relinquit.

- - Victorin. Sen. *Band.* I. 319. 320.

- - Victorin. Iun. *Band.* I. 323. 324.

- - Claud. Goth. *Band.* I. 332. 338. et Add. 353.) *Mdb.* 401. 402. 403.) *Muſel.* Suppl. Tb. 41. n. 5.) *Schulz.* MzCab. III. 30.) *Theup.* 281.) *Strada* f. 153.

- - Quintil. *Band.* I. 360.

- - Vabalath. *Band.* I. 396.) *Vaill.* Pr. I. 219.

AEQVITAS Tetric. Sen. *Band.* I. Add. ad p. 402.

- - Taciti. *Band.* I. 416. 420. 422.) *Mdb.* 410.) *Muſel.* Suppl. Tb. 44. n. 7.) *Theup.* 292.

- - Floriani. *Band.* I. 433. 434. 438.) *Mdb.* 411.) *Muſel.* Suppl. Tb. 46. n. 4.) *Vaill.* Pr. I. 230.

- - Probi. *Band.* I. 458. 488.) *Beger.* Theſ. Brand. II. 768.) *Mdb.* 415.) *Muſel* Suppl. Tb. 47. n. 6.) *Schulz* MzCab. III. p. 53.

- - Carini. *Band.* I. 531. 539.) *Mdb.* 420.

- - Dioclet. *Band.* II. 27.

- - Val. Maximian. *Band.* II. 67.

- - Allecti *Band.* II. 121. et Add. *Mdb.* 430.

AEQVITAS AVGG. (*Auguſtorum*) Imp. ſedet, ex adu. fig. mulieb. ſt. cum bilance et c. c. AR. Caracallae *Mdb.* 285.) *Vaill.* Pr. II. 240. —

- - Aequitatis ſtantis typus. AR. Æ. Philippi Sen. *Mdb.* 346.) *Muſel.* Imp. Tb. 201. 7 ad 10.) *Pedruſ.* IV. Tb. 7. n. 11.) *Schulz.* MzCab. II. 249.) *Theup.* 246. 620.) *Vaill.* Pr. III. 192.

- - Tres monetae ſtantes cum attributis. AR. Phil. Iun. Muſ. *Alban.* II. 33.

- - Q. Herenn. *Band.* I. 38.

- - Treb. Galli. *Band.* I. 64. 76.) *Mdb.* 358. 359.

- - Voluſiani. *Band.* I. 80. 84. 90.) *Mdb.* 361. 362.) *Muſel.* Tb. 217. n. 5.) *Theup* 255.

- - Valer. Sen. *Band.* 138.) *Muſel.* Tb. 218. n. 5.

- - Macriani. *Band.* I. 272. 273.) *Theup.* 273.) *Vaill.* Pr. I. 195.

- - Claud. Goth. *Vaill.* Pr. III. 21.

- - Quieti. *Band.* I. 274. 275. 276.) *Mdb.* 389.) *Vaill.* Pr. I. 197. III. 12.

- - Tetrici Sen. *Band.* I. 402.

- - Cari. *Band.* I. 503.) *Vaill.* Pr. I. 238.

- - Carini. *Band* I. 528. 531. 539.) *Beger.* Th. Br. II. 773.) *Harduin.* p. 877. *Mdb.* 420.) *Muſel.* Suppl. Tb. 52. n. 9.) *Schulz* MzCab. III. 64.) *Theup.* 306.

- - Dioclet. *Band.* II. 25.

- - Val. Maxim. *Band.* II. 67.

AEQVITAS AVG. N. *Auguſti*, non vero *Auguſti Noſtri*. Littera enim N in area numi inſcripta, vel forſan male lecta, vel eius loco legendum IV. vel VI. vt in alio numo legitur AEQVITAS AVG. et in area VI. AR. Gallieni. *Band.* I. 156.) *Mdb.* 372.

AEQVITAS AVGVS. (*Auguſti*) Tres Monetae. AR. Alex. Seuer. *Theup.* 239.

AEQVITAS AVGVST. (*Auguſti*) Mulier ſt. d. bilanc. ſ. haſtam. Æ. Veſpaſiani. *Mdb.* 118.

- - *it.* Æ. 2. Titi. *Mdb.* 123. 125.) *Morell.* Theſ. Imp. II. in Tito Tb. XI. n. 1. 2. p. 377.) *Muſel.* Imp. Tb. 40. n. 10.) *Oiſel.* Tb. 72.) *Schulz* MzCab. II. 45.) *Theup.* 424.

- - Æ. 2. Domitiani. *Geſn.* Tb. 66. n. 2.) *Mdb.* 128. 130.) *Morell.* Theſ. Imp. II. in Domit. Tb. 18. n. 1.) *Muſel.* Tb. 43. n. 10.) *Ei.* Suppl. Tb. 8. n. 10.) *Theup.* 433.

- - AR. Neruae. Aequitas ſt. d. bilancem ſ. cornucopiae. *Geſner.* Tb. 71. n. 23. et 72. n. 14.) *Mdb.* 143. 144. 145. 146.) *Muſel.* Tb. 54. n. 1. 9. et 55. n. 3. 4. it. 56. n. 3.) *Schulz.* MzCab. II. 57.) *Theup.* 156.) *Vicus* T. I. n. 7.

- - Æ. Hadriani. *Hantbaler.* Exercitat. II. Tb. 2. n. 15.) *Mdb.* 179.

- - Tres Monetae ſtantes. AR. max. mod. Alexandri Seu. *Mdb.* 324.

AEQVI-

AEQVITAS AVGVSTI. Fig. mul. ſt. d. bilancem, ſ. haſtam Æ. 2. Galbae. *Theup.* 408.

- - ſ. bacillum, *al.* cornucop. Æ. 1. 2. Vitelii. *Arſchot.* Tb. 23. n. 24.) *Mdb.* 106.) *Theup.* 412. 413.

- - Æ. 1. 2. Veſpaſ. *Angelon.* 71.) *Arſchot.* Tb. 25. n. 18.) *Bellor.* p. 63. n. 33.) *Geſner.* Tb. 58. n. 2.) *Mdb.* 111. 112. 115. 116. 118.) *Morell.* Theſ. Imp. II. in *Veſp.* Tb. 15. n. 1. 2. 3. p. 318.) *Muſel.* Tb. 31. n. 10) *Spanb.* I. 149.) *Theup.* 415.

- - Æ. 2. Titi. *Mdb.* 121. 122.) *Morell.* Th. Imp. in Tito II. Tb. XI. 3. 4. p. 377.) *Muſel.* Tb. 39. n. 4.

- - Æ. 2. Neruae. *Theup.* 444.

- - Albini. *Vaill.* Pr. II. 208.

- - Elagabali. Muſ. *Albin.* I. 121.) *Vaill.* Pr. III. 170.

- - Alex. Seu. *Mdb.* 318. 319. 323.) *Muſel.* Tb. 173. n. 5.) *Theup.* 594.)

- - Tres Monetae ſtantes AR. max. formae inſtar Æ Maximini. *Khell.* Suppl. p. 150.) Item AV. hac cum epigr. ſed vnica moneta. *Vaill.* Pr. III. 179.) Item Billon. *Bonarr.* Num. Carp. Tb. 13. n. 1. p. 246. ſeq.

- - Eaedem tres Deae ſtantes cum attributis. AR. Gordiani Pii. Muſ. *Alban.* II. 17. 25.) *Bonarr.* Num. Carp. Tb. 14. n. 4. p. 263. ſeq.) *Mdb.* 340.) Muſ. *Medic.* Tb. 78. n. 1.) — *Vaill.* Praeſt. III. 183. — Item Æ. max. *Vaill.* Abb. *Campenſ.* p. 87. n. 3. *Vaill.* Pr. I. 160. Non niſi ex adſentantium placito *Aequitas* laudatur *Gordiani* in conſeruanda moneta, nam ſi argenteam eius aeui conſideres, de ea falſo benemeritum dicas.

AEQVITAS AVGVSTI. Tres Monetae ſt. AR. max. mod. inſtar. aereorum. Phil. Sen. *Vaill.* Pr. III. 186. 188.) Muſ. Alban. II. 27.) *al.* typus Aequitatis ſt. *Hansthaler* Exercitat. II. Tb. 2. n. 16.

- - Mulier ſt. cum bilance et c. c. AV. Traiani Decii. *Band.* I. 3.

AEQVITAS AVGVSTI TR. P. etc. Aequitatis ſt. typus. Æ. Pertinacis. *Mdb.* 261.

AEQVITAS PVBLICA. Tres Deae ſtantes, quaelibet d. bilancem, ſ. cornucopiae, pro pedibus vniuscuiusque monticulus vel ara humilis. Æ. 1. Iuliae Piae. *Vaill.* Pr. I. 118. III. 164.

- - Æ 1. Elagab. *Mdb.* 311.) *Vaill.* Pr. I. 135.

- - Æ. Iuliae Paulae. *Mdb.* 314.

- - Æ. Iuliae Aquiliae. *Mdb.* 315.) *Vaill.* Pr. I. 138.

- - AR. max. Iuliae Soaemiadis. Muſ. *Alban.* I. 124.) *Vaill.* Pr. III. 171.

- - AR. max. mod. Mamaeae. Muſ. *Florentin.*) *Vaill.* Pr. III. 175.

- - AR. Alexandri et Mamaeae. *Vaill.* Pr. III. 177.

- - AR. max. Phil. Senioris. M. *Alban.* II. 31.) *Vaill.* Pr. III. 189.

- - Æ. max. Gallieni. *Band.* I. 187.) *Vaill.* Pr. III. 203.

- - Æ. max. vel Billon, it. Æ 1. et 2. Salonniae. M. *Alban.* II. 53.) *Band.* I. 241. 242. 256.) *Bonarr.* Num. Carp. Tb. 23. n. 2. p. 338.) *Mdb.* 381.) *Vaill.* Pr. I. 188. III. 207.

AEQVITAS TR. P. etc. Pertinacis. *Mdb.* 260.) *Vaill.* Pr. II. 194.

AEQVITATI AVGG. (*Auguſtorum*) Figura d. bilancem, ſ. c. c. AR. Sept. Seu. *Mdb.* 273.

AEQVITATI PVBLICAE. Tres Monetae ſtantes cum bilancibus et c. c. Æ. Seueri. *Mdb.* 272. 280.

- - AR. Caracallae. *Mdb.* 290.) *Vaill.* Pr. I. 121.

AEQVIT. Æ. Getae, ſed cum typo Aequitatis ſt. *Mdb.* 303. — Eiusdem, et tres Monetae. *Vaill* Pr. III. 167.

- - Tres Monetae ſt. cum attributis. Æ 1. Iul. Paulae. *Vaill* Pr. I. 137.

AEQVORI HIC OMNIPOTENS. n. Agrippae. vid. *Adulterini.*

AEQVTAS (*ſic*) AVG. Aequitatis ſt. typus. AR. Gallieni. *Schulz* MzCab. III. p. 15.

AERA, ſeu EPOCHA eſt initium ſupputandi annos, ex re memorabili adſumtum. Ita nunc in Europa Chriſtiana vtimur annis aerae Chriſti incarnati. Populi Graece loquentes fere annum inchoauere ab autumno, nempe ab aequinoctio autumnali circiter, vel a calendis Septembris. Attamen poſt Iulii Caeſaris promulgatam anni correctionem, etiam a calendis Ianuarii anni initium nonnullis in vrbibus, Romae obnoxiis, duci poterat. Epochas vrbium, et populorum quorumcunque, in numis obuias, ordine alphabeti Graeci exhibet *Froelich* Notit. Elem. Num p 42 ſqq. ita vt initium numerandi exprimatur et annis V C. *Vrbis Conditae)* Varronianis, et annis *aerae vulgaris Chriſtianae.* Annus V. C ſecundum Terentium *Varronem* coepit ante aeram Chriſti ann. 753. — Si annum in numo ſignatum ſupputare velis ad annos V. C ita operare: numerum numo inditum ſubtracta antea vnitate imminutum addito ad numerum epochae in annis V. C et dabit ſumma annum currentem V. C (quo ſignatus eſt numus) ab autumno, ſi epocha ibidem coepit, eius anni Iuliani incipientem. Quod ſi vnitatem non ſubtrahas, ſed numerum numi integrum epochae addas, obtines annum V C. in autumno ſequentis anni Iuliani incipientem At ſi ad annos aerae Chriſtianae reducturus ſis annos numis inſcriptos, tum obſerua, ſitne epocha ante, vel poſt Chriſtum; tum ſi numerus numi minor aut par ſit numero epochae, *ante Chriſtum* inceptae, tunc ſubtrahe numi numerum, vnitate tamen antea multatum, ab epochae numero, et exibit annus currens, ab autumno incipiens anni *ante Chriſtum*, formae Iulianae, quali hodie vtimur. Si numi numerus maior ſit numero dictae epochae, ſubduc minorem totum a maiore, et reſiduum dabit annum currentem *poſt Chriſtum.* Denique ſi epocha poſt Chriſtum, incipiat, tum numerum numi, vnitate minutum, adde ad epocham, et habebis annum currentem poſt chriſtum, ab autumno ineuntem. — Inter *vrbium epochas* quaedam illuſtriores, ac frequentiores ſeſe offerunt, quales ſunt:

Aera Seleucitarum Syriae et Aſiae regum, quae etiam *Graecorum aera* dicitur, atque a Seleuci I Syriae regis victoria, aut ab adito Babyloniae regno, initium ducit, nempe ab A. V. C. 442. *Ante Chriſtum* 312.

b) *Aera Pompeiana* dum Cn. Pompeius M. res in Syria, deuicto antea Tigrane, ordinauit, et fauores vrbibus impertiit, incipit A. V. C. 691. *Ante Chriſtum* 63.

c) *Aera Caeſariana*, a Caeſare Dictatore, et Pompeii debellatore, ab A. V. C. 706 *Ante Chriſtum* 48.

d) *Aera Actiaca*, orta a deuictis ad Actium M. Antonio, et Cleopatra, per Octauianum Caeſarem, ab A. V. C. 723. *Ante Chriſtum* 31. Haec vero aera in Aegypto, et in quibusdam vrbibus ab anno ſequente V. C. 724 *Ante Chriſtum* 30. in autumno apud Graecos initium ducit — Praecedentes etiam aerae a quibusdam vrbibus vno alteroue anno ſerius, aut citius aliquando priuatis e cauſis inchoatae fuerunt.

e) *Aera Auguſtalis*, quo Octauianus Caeſar *Auguſti* titulum accepit, ab A. V. C 727. *Ante Chriſtum* 27. aut ab anno ſequente deſumitur. — v. *Epocha.*

Aerarium locus publicus Romae in aede Saturni fuit, in quem veteres Romani aes publicum, antequam aurum atque argentum ſignatum introductum fuit, deferre ſolebant, quia nempe regnante Saturno inuiolata fides et iuſtitia obtinuiſſe credebatur. *Plut.* Quaeſt. Rom. p. 275 — Seruabantur ibi publicarum rationum libri, ſigna militaria; leges in aes inciſae, ſenatus conſulta, ac pecuniarum ſummae, quas respublica acceperat. Semper opibus immenſis aerarium hoc repletum fuit, et raro tempus exiſtit, quo respublica pecuniae inopia laborauit. Nonnumquam tamen et rempublicam opibus deſtitutam fuiſſe, patet ex iis, quae Iſaac *Caſaubonus* Not. ad Theophraſt. p. 335. tradit. — Sequenti tempore aerario huic nouum additum, et *aerarium ſanctius* adpellatum fuit, cum vetuſtum non amplius opes et tabulas publicas capere poſſet. In eo potiſſimum aurum viceſimarum, quod ad vltimos reipublicae caſus ſeruari ſolebat, ponebatur. Itidem in prouinciis aeraria exſtitiſſe minora, docet lapis apud *Gruter.* p 42. n 12 — In adminiſtratione *aerarii curam* geſſerunt *conſules*, a quibus *quaeſtores* prouinciam hanc acceperunt, hocque vsque ad annum 709 durauit, quo cum abſente I Caeſare nulli crearentur quaeſtores, munus hoc ad *aediles* per ſeptem et decem fere annos translatum fuit. Auguſtus poſtea *praetoribus*, Claudius *quaeſtoribus*, et poſt hunc Nero *viris praetura perfunctis* hoc negotium commiſit. Veſpaſiani tempore *praetores* aerario praeerant; Domitiani vero et Traiani aetate quaeſtorum nomen penitus abrogabatur, et ii, quorum fidei aerarium erat traditum, *praefecti aerario* adpellabantur. Henr. *Dodwell.* Praelect. Cambden. p 457. 709 ſq. *Officium laborioſiſſimum* eandem aerarii praefecturam vocat *Plin.* Panegyr. c 91. de cuius moleſtia conqueſtus fuerat L. I. epiſt. 10. § 9. — De aerario, fiſco, reditibus et vectigalibus populi Romani ediſſerunt Onuphr. *Panuinius* in Imper. Rom. c. 22. Tom. I. Theſ. Antiq. Rom. *Graeuii* p. 441.) Iul. Caeſ. *Bulenger.* de Tributis et Vectigal. pop. Rom.) Chr. Frid. *Franckenſtein.* Obſeruat. de Aerario, quae in *Graeuiano* Syntagm. Variar. Diſſert. p. 632. exſtant.) Aliique.

Aereus fuit primus Romanorum numus, et inſignem habet vetuſtatem. Quamuis enim primordia vrbis non attingat, eo tamen tempore, quo adhuc regibus vtebantur, percuſſus eſt. *Seruius rex primus ſignauit aes.* Hoc nusquam alibi ſcripto traditum legimus, nec a *Liuio*, nec a Dionyſ. *Halicarn.* praecipuis annalium et antiquitatum Romanarum ſcriptoribus, tanto magis obligati *Plinio*, quod rem tam memorabilem aliis neglectam, litteris conſignauerit. *Seruius Tullius*, ſextus in ordine regum, ſed primus iniuſſu populi regnum adgreſſus, coepit regnare A. V. C 175 et regnauit quatuor et quadraginta annos, ſecundum *Liuium* L. I c 48. Quando numum ſuum ſignauerit, ignoratur. Credibile tamen eſt, eum, poſtquam ab Etruſcis victor Romam rediit, pacis opera longe maxima hoc numo auſpicatum eſſe. Nam vt cuiusque facultates, quae antea pecoribus aeſtimabantur, aere cenſeri poſſent, ante omnia pecunia opus erat Et huic deinde, ceu nouo reipublicae fundamento, *cenſum* et reliqua opera cenſui ſuperſtruxit. *Liu.* L. I. c 42. 43. Nullum itaque dubium, quin idem rex, monetae Romanae non reſtitutor, vt quidam, qui fabulas de Iano et Saturno ſectantur, autumant, ſed monetae auctor fuerit, et inuentor. Quidam exiſtimant, *Plinium* ſibi contradicere, et alio loco *Numam* numiſmatis auctorem commendare. Ita ſentit *Spanh.* I. p. 20. Et editio *Harduina* verba *Plinii* ita emendat, vt idem dicere videatur; De qua varietate *Wachter.* Archaeolog. Num. p. 110 — Plurima moneta

in aere priſcis temporibus Romae cudebatur, ob auri et argenti inopiam. Ante tres annos poſt pugnam Cannenſem. Ti. Minucius Augurinus trib. plebis legem numariam tulit de IIIuiris menſariis creandis, qui pecuniam publicam curarent, teſte *Liuio* — Republica ſtante in aereis numis pauca ad hiſtoriam ſpectantia exhibebant monetarii, tanquam in moneta minimi pretii caput alicuius dei ſignare contenti, vt Iani, Iouis, Martis. — Aerei numi conſpiciuntur ex aere rufo, ſeu Cyprio, alii ex flauo, atque ex quadam Orichalci ſpecie; nonnulli ex aere flauo Cyprioque non ineleganter permixtis, quod quidam *aes Corinthium* vocant, at minus recte, vt cenſet *Froelich.* Notit Elem. p. 3. — Numi Auguſti tempore cuſi, rubro aere conſtant, et eiusdem temporis flaui coloris numi diuerſae magnitudinis inueniuntur. Poſt Alexandrum Seuerum aeri plumbum fuit admixtum. Sequentium temporum confuſio non admittit regulam; baſſum tamen imperium flauos ferme ignorat. Galli omne aes vno nomine exprimunt *Bronze*, flammeum, vero *Cuivre*, et flauum *letton* — Numi aerei Auguſtorum, praeter eos, qui maximae ſunt formae, in tres plerumque claſſes diuiduntur, nempe *primae formae*, ſiue magni aeris, Gallis *grand bronze*; tum *mediae formae*, aut medii aeris, *moien bronze*; denique *parui* aeris, ſeu *moduli*, aut formae, Gallis *petit bronze.* Interdum magnitudines relatiuae ſunt ad ſaecula; maiores enim primo et altero Auguſtorum ſaeculo videmus numos aeneos, quam fere tertio. Obſeruauit *Froelichius*, aeneos numos Auguſtorum, Romani commatis, *primae formae*, ex aere flauo, vel rarius ex mixto; at aeneos mediae et paruae formae flauo perinde ac Cyprio aere conflatos occurrere: aliter autem ſe res habet in numis coloniarum, et vrbium Graeciſſantium. — *Vaillantius* nullos poſt Domitianum ex aere magno conflatos numos reperiri exiſtimat. — Et ſane rariſſimi exſiſtunt poſt Domitiani tempora maioris moduli ſiue Romani, ſiue Graeci, ſiue coloniarum numi. — Aeneorum, maximae formae numiſmatum Romana Auguſtorum nonnulla, ſaeculo tertio et quarto praecipue, vel argento obducta, vel argenti lamellis, filisue aureis vel argenteis, eleganti artificio, vel integra, vel aliqua ſui parte, exornata inueniuntur. Sunt et numiſmata aenea lato orbe, at minus craſſa, at oram velut canaliculo inciſa, et limbo eminente, quae *Contorniata* vulgo adpellant, non ſynchrona iis, quos repraeſentant. — Aerea Romana prima numiſmata librae vnius *as* dicebantur; *dupondius* duos valebat aſſes. Aſſis dimidium eſt *Semis*, ſex vnciarum; porro *Quincunx*, vncias quinque; *Triens*, quatuor; *Quadrans*; tres vncias adpendebat, vnde et *Teruncius* nominatus eſt; *Sextans* duas valebat vncias; erantque porro *Aſſes vnciales* et *Semiunciales.* v. ſuis locis. Aereum numiſma, cuius materia ignobilior, iuxta *Wagenſeil.* Diſſ. de re monetali vet. p. 90 ſq. nobilitat, ſi ſit probae in ſuo genere magnitudinis et craſſitiei; ſi ad amuſſim rotundum; ſi litterae figuraeque eius ſint exſtantes; ſi vitio temporis nihil in illo ſit eroſum; ſi exterus circulus aequaliter oram ambiat, nec ſpatium vacuum alicubi relinquat; ſi pars prorſa caput principis ad viuum, auerſa rem memoria dignam exhibeat; ſi praeclari cuiusdam ſit artificis opus; ſi conferat ad ſupplendum Imperatorum ordinem; denique ſi viridanti aerugine molliter ſit obductum. — An omnes apud Romanos monetae vſum praebuerint? cf. *Liebe* Goth. Num. p. 367. ſq.

AERES AVGVSTI S. C. fig. mul. vel dea *Aeres*, aereorum numorum praeſes, d. bilancem, ſ. haſtam puram. n. Titi, de quo *Banier.* Götterlehre To. III. p. 836. 837.) Kenntniſs antiker Münzen. I. 154.

AERVGO numorum auget pretium, velut decor, a ſola natura praebitus, quem nondum imitari valuit ars aemula. Silicet aeruginem ac colorem (*Vernis*) terra quaedam certa inducit metallis, quae cyaneo colore gemmam huius nominis exaequat; aliis numis adhaeret coccineus color aut rubedo, ingenuitatis nota; aliis hyacinthinus nitidusque idem ac ſplendens, aeriſque iſtius, ex quo ſtatuae conflantur, nitorem longe poſt ſe relinquens, et cuius adſpectus neque hos etiam vmquam fallit, quibus mediocris tantum numorum notitia eſt, cum colorem aceto atque armoniaco ſale parabilem multum exſuperet. Talis aerugo admodum viridis eſt, ac tenuis ſimul, ductibusque etiam delicatiſſimis, citra oblitterationem, et encauſto melius ſe inſinuans. Ineſt ſolis ex aere numis; nam argento adplicitus viror et rubigo illud corrumpit, ac eam ob cauſam aut ſucco malorum citreorum effricari debet. *Iobert*. Science de Med. I. p. 335.) Io. Dan. *Maior*. de Numorum Aerugine Conſultatio epiſtolica ad Ezech. *Spanhem*. Kiliae 1684. 4.

AES aereorum numorum materia. Omne cuprum in diſtinguenda numorum in muſeis ſerie aeris nomine venit. Fit tamen et huius diſcrimen ab accurate loquentibus, velut fecit *Sauot*. P. II. c. 17. — *Aes regulare* non ſolum fundi poterat, ſed etiam incudibus reſiſtebat. Vt hae virtutes eſſent coniunctae, neceſſum erat, quod igne effici poterat; ita enim *Iſidorus*: „Omne aes diligentia purgatis igne vitiis excoctisque, *regulare* dicitur. Non ſolum extra ignem, ſed etiam candens redditum id praeſtare debet, alias adhuc vitii aliquid ipſi ineſt, quod contigit ob plumbum aut ferrum non penitus ſeparatum, tunc *aes Caldarium* ſiue *imparum*. — Aes a colore vel flauum, vel album, vel furuum. *Flauum aes* a minerali Cadmea terra colorem accepit, vt fiat Orichalcum, ita enim *Feſtus*. — *Aes album* ſuperinducto ſtanno vel eo commixto colorem recepit; eiusmodi numi in alto imperio inueniuntur, vt huius generis Agrippo etc. — Praeterea aes diuerſa ſortitus eſt nomina. Quoddam profert *Plin*. L. XXXIV. c. 2. nomine *Hepatizon*, quod pulcerrimum erat, dubio procul regulare. Hoc quidem *Caeſalpinus* L. II. de Metall. cum Corinthiaco confundit, ſed *Plinius* illud his verbis ſeparat: Quod *Hepatizon* adpellant, procul a Corinthio.

AES CORINTHIACUM, quod veteres tanti fecere, ex ſententia quorumdam mixtio eſt auri, argentique et cupri. Nomen illud accepit inde, quod, cum expugnata vi vrbs *Corinthus* libidini militum relinqueretur, ex igne tectis iniecto metalla paſſim defluentia mixta fuerint inuicem, ſic vt iſta mixtio retinuerit adpellationem ex vrbe direpta. Idem nitor eſt, et pretium idem, quod vaſibus Corinthiacis inter aenea vaſa alia conſueuit ſtatui. Verum artifices noſtri, ac numorum ſcrutatores contendunt numquam aes iſthoc fuiſſe ad numos feriundos vſurpatum. *Iobert* dans ſa Science de Med. P. I. p. 43. et *Bimard*. Remarq. p. 62. 457.) *Liebe* Goth. Num. p. 272.) *Vicus* L. I. c. 7. — Tres facit Corinthiaci aeris ſpecies *Sauot*. II. c. 17. Tom. XI. Antiq. Rom. p. 1200. vbi curioſius antiquariis reliquis diſtinctionem metallorum in numis pertractauit: vnam quidem, in qua praeualet aurum; alteram in qua argentum; et tertiam in qua aequales auri, argenti, et cupri ſunt partes. Conatur porro idem ex *Plinio* L. XXXIV. c. 1. probare, imitatos eſſe quosdam, tria illa metalla inuicem commiſcendo, aes Corinthiacum, dum is de ratione fundendi aeris pretioſi alicubi ſcribit. Interim non diffitetur, experientia doctus, poſt examina cupri iſtius ſaepius inſtituta, neque vi ignis, nec aquae fortis effi-

efficacia vel tantillum auri potuiſſe elici.

Aes Cypricum, auctore *Plinio*, vetuſtiſſimum erat ac puriſſimum. — *Dalmaticum* et *Noricum* metallum memorant Hadriani numi. cf. Numi aes ſuum laudantes in Muſ. *Pembrok*. P. 3. Tb. 91. — *Vlpiani Pannonici* metalli mentionem facit numus Traianus.

Aes grave ſic vocari potuit, vt diſtingueretur ab aere ſignato, vel ab aſſe, eiusque partibus, adeo idem eſſet ac *aes rude*, quam ſententiam pluribus poſt alios defenſum fuit Iac. *Perizonius* in diſſ. *de Aere graui* 1713. Lugd. Bat. 12. contra Ludolph. *Kuſterum*, qui *aes graue* ratione auri, argentique, quod et ipſum *aes* dici ſolebat, ita adpellari contenderat in *Diatribe Antigronouiana*. Amſt. 1713. 8. et in Epiſtola, in qua praefatio, quam Iac. *Perizonius* diſſ. de *Aere graui* propoſuit, refellitur. cf. *Mem de Trevoux* 1714. p. 533. ſq. — Alius hoc aes explicandi modus, ſi reductionum, quae poſtea factae ſunt, ratione habita intelligatur. Io. Frid. *Gronov*. in Libris IV. de Seſtertiis L. III. c. 15. ad tempora ſeriora refert, et ad *libralem aſſem* reſpici putat. cf. et *Harduin*. Opera Sel. p. 187.) I. B. L. *Crevier*. diſſ. de ponderibus, pecunia et menſuris a *Liuio* memoratis cum adpendice de *Aere graui*, praemiſſa eſt editioni *Liuii* ab ipſo curatae.) Balth. *Branchii* Obſeruat. ad Ius Rom. decas altera, in qua multa ad rem pecuniariam, commercia, *aes graue* Romanor. etc. Lugd. Bat. 1723. 8.

Aes rvde notat rudem indigeſtamque aeris molem, ſignatam quidem arbitrio poſſeſſoris, ſed non numorum inſtar, cuſam. Hinc pendebatur haec maſſa, ſi vſui publico deſtinabatur, quoniam alter alteri fidem non habeat, licet pretii ſignum adhibuerit in ipſo aere. Hinc termini ſaepius obuii *pendere*, *impendere*, *expendere*, quod aliis quoque gentibus in vſu fuit. Romani, vt alii populi, primum commercia ſimplicia rerum cuiuis neceſſariarum et vtilium permutatione ſuſtentarunt. Ante Numae enim tempora res Romanorum tota in pecudibus verſabatur, nec alia fere commercii via exſiſtebat. *Plin*. Hiſt. Nat. L. XXXIII. c. 3.) *Iſidor*. Orig. L. XVI. — Aeris grandioris fruſta, pecudis imagine notata, an apud veteres Romanos in vſu fuerint? diſquirit *Liebe* Goth. Num. p. 389.

AESCVLAPIVS. Serpens e naui exſiliens ſub fornice pontis, prope quem figura inter vndas decumbentis Tiberis ſeminuda, circa plurimae conſpiciuntur inſulae Tiberinae aedes. Aer. Max. Antonini Pii. *Mdb* 195.) *Spanb*. I. 217. ſq.) *Vaill* Pr. III. 122. Quo in numo Aeſculapii ſub ſerpentis figura aduentus ex Epidauro in inſulam Tiberinam interpretatur *Spanh*. l. c. Forma enim draconis Aeſculapium in Italiam veniſſe, *Valer. Max*. L. I. c. 8. §. 2. aliique teſtantur.

Aescvlapivs, Gr. ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ, artis medicae deus tutelaris creditus, qui vel a patre Apolline, vel a Chirone centauro, cui alendum eum pater tradiderat, artem hanc didicit, vt veteres perhibent. Scientiae, aiunt, medicae adeo grauiter incubuit, vt cum aegrotantes non ſine miraculo ſanaret, et multos ab inferis vitam reſtituere exiſtimaretur, a Ioue Plutonis precibus ictu fulminis necatus medicae artis ampliator, poſtea in deorum numerum receptus fertur. De quo, eiusque cultu, ex multis ſcriptoribus hic adduxiſſe ſufficiat: Chriſt. *Cellar*. diſſ. academ. p. 235.) Chr. Gottl. *Schwarz*. diſſ. de Aeſculapio et Hygia, diis φιλανθρώποις) Octau. *Falconer*. Inſcription. Athlet. T. VIII. Theſ. Ant. Graec. Gronouii p. 2343. ſq.) Io. Henr. *Schulz*. Comp. Hiſt. Medicae L. I. c. 8. p. 44.

44. ſq. aliosque a Sam. *Pitiſco* Lex. Antiq. Rom. T. I. p. 50. memoratos. — Multa ei cognomina vel ab eius ſanandi peritia, vel a locis, vbi in primis eſt cultus, ſumta. cf. Muſ. *Alban.* I. 33. *Liebe* Goth. Num. p. 339. 463. 485. 499. 501. 507.) *Spanh.* I. 218. 417. In numis ΣΩΤΗΡ, et CONSERVATOR hominum et equorum cognominatus, hinc Σωτήρια Ἀσκλήπια. v. *ſuis locis.* — Fingitur ſeminudus interdum, aut nudus; modo barbatus, modo imberbis, dextra baculum vno ſerpente obuolutum ad ſolum detinens; in Commodi autem Æ. numo e maximorum genere a *Tenzel.* Sel. Num. et in Muſ. *Albano* I. p. 33. vulgato, manu ſiniſtra victoriolam geſtat. Sic et Patrenſes in n. huius Commodi apud *Vaill.* Col. I. p. 310. Iouem victoriam geſtantem exhibuerunt, quaſi eam Commodus, vel eius legati ope Iouis reportaſſent. Aeſculapius forſan inſigne quoddam medicorum tum florentium indicans factum, dum Commodus faucium tumore vexaretur; aut fortaſſis prudentia medicorum Commodus ſeruatus eſt, cum ingens peſtis Romae ſaeuiret. *Herodian.* L. I. c. 12. — Huius Aeſculapii imago deſcribitur apud *Albricum* de deorum imaginibus, cum barba valde prolixa, indutus habitu medici, cuius manus baculum cum ſerpente geſtabat intorto. Meminit *Pauſan.* in Corinthiac. ſigni *Aeſculapiani*, cuius ſola ſe facies, manus et imi pedes oſtenderint, partes vero ceterae tunica alba, et pallio fuerint velatae: ſed in numis plerumque pectore etiam et dextro humero nudus pingitur *Pergamenus Deus*, vt proprio nomine vocatur a *Martial.* L. IX. Epigr. 17. — Vt ſenex medicus *barba* valde prolixa inſignis depingitur, qui ſcientia atque experientia valere debeat. Culus barbam abſtuliſſe fertur Dionyſius, Syracuſae tyrannus, cauſatus, indecorum eſſe, Aeſculapium coli barbatum, cum pater eius Apollo imberbis eſſet. Quarumdam vrbium numi, e. c. Phliuntis Achaiae cum ſiſtunt *imberbem*, conſpirante *Pauſania* in Corinthiacis, qui diſerte perhibet, Phliaſios Aeſculapium coluiſſe ἀγένειον, *imberbem.* Similiter imberbis in Æ. 3. M. Aurelii. *Vaill.* Pr. I. 85. Hos vellem numos *Winkelmannus* vidiſſet, qui in *Verſuch einer Allegorie* p. 37. eum deum in omnibus monumentis barbatum pronuntiat. Vt plurimum eius *caput barbatum* et laureatum conſpicitur, vt in Babbenſium, Coiorum, Pergamenorum numis; item ante baculus cum ſerpente n. Alexandriae Aegypti, Hadrian. Bithyniae etc. vel ante caput barbatum ſerpens erectus, eius ſymbolum. n. Aciliae gentis et Nicaeae Bithiniae. Eiusdem *Aeſculapii caput* aut nudum, aut coronatum, vel pileo tectum in n. Agrigentinorum apud *Torremuzzam* Sicil. Tb. 7. n. 12. 13. 14.

AESCVLAPIVS SEDENS, d. baculum, cui ſerpens inuolutus. n. Rheginorum. *Magnan.* Brutt. Num. Tb. 38. n. 5. — d. ſerpentem paſcit, ſ. baculum tenet. Æ. Pergamenor. — cibat ſerpentem adſurgentem. Æ. Commodi. *Pembrok.* III. Tb. 60. n. 16. — adſtat Salus cum ſerpente. Æ. Antonini Pii. *Mdb.* 198. — ſ. bacillum ſerpente inuolutum, dextram porrigit Hygiae adſtanti. n. Neapolis Samariae. — d. pateram, ex adu. Hygia, pone Teleſphorus, iuxta illum mulier ſt. d. aliquid in pateram Aeſculapii infundens. n. Bizyenor. — d. paſcit ſerpentem, ſ. haſtam. Æ. Antonini Pii. *Muſel* Imp. Tb. 104. n. 8.) *Vaill.* Gr. p. 45. — draconi alato in gyros circumuoluto inſidens, d. elata, ſ. baculum cum ſerpente. n. Pautaliae Thraciae. *Vaill.* Gr.

Aeſculapius ſtans, longa veſte indutus, ſerpentem intortum baculo d. tenet, togam ſ. ſubleuat; vel d. pateram praebet ſerpenti baculo implicito. Sic apud Graecos et Romanos

nos colebatur, et Imperatorum ac vrbium numis frequens cernitur. Mos erat populis illum precari pro ſuo Imperatore, quod eiusmodi cultu medicae artis tutelarem ſibi proſperum conciliare putarent, ſanitatem tuendo aut reſtituendo. Inde ſt. d. baculum cum ſerpente in Æ. max. Hadriani. *Vaill.* Pr. II. 140. — Æ. Max. Anton. Pii. Muſ. *Alb.* I. 33.) *Vaill.* Pr. III. 128. — Æ. 3. Peſcennii. *Liebe* Goth. Num. 318. — Æ. 2. Albini. *Angelon.* p. 190. n. 2.) *Patin.* Imp. 276.) *Vaill.* Pr. I. 109. Albinus ille voracitatis erat maximae, iuxta *Spartianum*, quam ob cauſam Aeſculapii opera ſaepius forte opus habuit. — pone ſerpens adſurgens. Æ. Caracallae. *Angelon.* 210.) *Erizzo.* 620.) *Geſn.* Tb. 144. n. 37. et 147. n. 40.) *Harduin.* 808.) *Mdb.* 294.) *Muſel.* Imp. Tb. 160. n. 6. 7.) *Pembrok.* III. Tb. 60. n. 14.) *Theup.* 579. Caracalla, teſte *Dione*, L. XCVII. fuit aegra corporis valetudine, quod morbis partim euidentibus partim occultis correptus eſſet. — cum epigr. CONSERVATOR AVG. Æ. Gallieni. *Band.* I. 159. — c. epigr. SALVS AVG. n. Poſtumi.

AESCVLAPIVS STANS, d. innitens baculo, quem ſerpens ambit, in numis *vrbium* cultum illius diuinum denotans, Acraſi, Adramyttenorum, Aegaeor. Aeolidis, et Ciliciae, Amaſtrianor., Anchialenſ., Ancyrae, Apolloniae Epiri, Alinaeorum, Attaitarum, Athenarum apud *Haym.* II, 95., Bithynienſ., Byzantii, Caeſarae Commag., Cibyratar., Clazomenior., Coiorum, Corcyr., Corinth., Cotyaenſ., Cretenſ., Cumaeor., Cypariſſ., Pelopon., Damaſci, Deuttanor., Dienſis coloniae, Dioſierit., Elaitar., Erythraeor., Hadrianopol., Heracleae, Hypaepae, Hyrcanor., Mantinenſ., Marcianopolit., Maronit., Meſembriae, Midacenſium, Mitylenaeor., Neapol. Syriae, Nicaeae, Nicomediae, Nicopol. ad Iſtrum, Nicopol. Epiri, Odeſſit., Orchomenior., Patrenſ., Pautaliae, Pergaeor., Pergami, Perinthi, Perpercnorum, Peſſinunt., Phialenſ., Philadelph., Plotinopol., Pylior., Serdor., Sicyonior., Sidetum, Smyrnaeor., Syedreor., Temnitar., Tianor., Tiberiopol., Tomnitar., Traianopol., Trallianor., Vlp. Pautal., Vlp. Serdicae, Zacynthi inſulae. — ſt. d. baculum, ſ. ramum. n. Aegaeotum. — ſt. ſine baculo. n. Aemonenſium.

- - ſt. cum baculo, et *Amazon.* cum bipenne. n. Smyrnaeor. et Pergamen. Concord.

- - ex adu. *Apollo* nudus ſt. n. Coiorum et Mileſiorum. *it.* Halicarnaſſ. Cariae. *it.* Thyatirenorum.

- - et *Apollo* muliebri habitu. Colophon. et Pergamen. Concord.

- - et *Apollo* cum lyra ſtantes, inter quos mulier vtraque manu velum ſupra caput. Germenor.

- - et *Bacchus* nudus cum poculo. Thyatirenor.

- - et *Ceres* cum attributis. Pergamen. et Nicomed. Concord.

- - et *Diana Epheſia*, Pergamen. et Epheſ. *Iidem* ſtantes coronantur a Victoria volitante. Æ. max. Pergamenor. et Epheſior. Concord. in Commodo. Muſ. *Alban.* I. 89.) *Tenzel.* Sel. Num. Tb. I. n. 2.

- - *Iidem* conſociati cum Nemeſi. n. Bergam. Smyrn. et Epheſ.

- - et *Diana venatrix* cum arcu, *Apolline* intermedio. Germenor.

- - et *Hercules.* v. *Hercules.*

- - eiusque filia *Hygia* ſtantes in n. Aelii, Antonini Pii, M. Aurelii, Fauſtinarum, L. Veri, Commodi, etc.

etc. tam frequenter, quia illi Imperatores nihil ſine ſanitate fauſtum exiſtimabant. — *Iidem* cum attributis in n. Abonotichitarum, Amaſtrianor., Apollon. Ioniae, Bargaſenor., Corinthior., Cretenſ., Cyzic., Dioſhierit., Hadrianenſ., Hadrianop., Irenop., Iuliop., Laodic., Nicaenſ., Nicop. ad Iſtrum, Odeſſit., Pergamen., Perinth., Saittenor., Salitar., Smyrnaeor. et Pergamen., Tarſenſ., Tripol. ad Maeandr. — Idem typus, *Teleſphoro*, Aeſculapii filio intermedio, curto pallio et pileo Phrygio, ſtantes. n. Bagenorum, Cadu̇enorum, Cebeſſenſium, Colophoniorum, Cotiaeorum, Hadrianenſium, Hyrcanorum, Lyrbit. Piſidiae, Nicaeenſium, Samiorum, Synnadenſium.

AESCVLAPIVS STANS ſacra facit ſuper aram coram *Imperatore* paludato. Pergamenor.

- - ex adu. *Iuno pronuba* cum taedis. Pergam.

- - et *Iupiter* ſtantes. Laodic. et Pergamen. *it.* Pergamen. et Trallianor.

- - et *Minerua*, adſtanti coronam imponens. Pergamen.

- - inter *Nemeſes* cum attributis ſtantes. Smyrn. et Pergam. Conc.

- - et *Pallas* ſtantes. n. Tyatyrae, templo quodam Aeſculapii famoſae. *Vaill.* Abb. Camp. p. 55. n. 16.

- - et a ſiniſtris *puer* nudus, d. ori admouens. Pergamen.

- - et *Roma* ſedens. Pergam. et Smyrn. Concord.

- - et *Serapis*. Pergam. et Nicomed. Conc.

- - et *Serpens*. Æ. Veſpaſ. *Mdb.* 108.

- - ad cuius pedes *Teleſphorus* filius. Sebaſt.

- - a dextris *Teleſphorus*, a ſiniſtris ad pedes globus. Æ. max. Caracallae. *Bonarr.* Muſ. Carp. Tb. 9. n. 7.) *Erizzo* 620.) *Geſn.* Tb. 147. n. 40.) *Harduin.* 808.) *Mdb.* 290.) *Muſel.* Tb. 160. n. 7.) *Theup.* 579.) *Vaill.* Pr. III. 166.

- - hinc capella, inde *Teleſphorus*. n. Aegaeenſ..

- - et *Venus* ſtantes. Cnidiorum.

- - *altari* inſiſtens, d. baculum c. ſerpente porrigit aliae figurae ab arborae tectae, quae vas altari imponit, ſ. baculum tangit. Æ. M. Aurel. *Mdb.* 217.) *Triſtan.* I. 628.

- in praegrandi *baſi* erectus, hinc inde adſtant duo centauri faces manibus gerentes. Æ. Commodi. Muſ. *Alb.* I. p. 93.) *Beger.* Theſ. Br. III. 135.

- in apice *Columnae*. n. Pergamenor.

- ſupra *cippum* inter fluuios Selinum et Cetium. *Spanb.* I. 508.

- in *cippo*, ante Caracalla eques. Æ. max. Pergam. *Vaill.* Campenſ. p. 65. n. 3.

- - et victimarius immolans taurum. n. Pergamen.,

- in *bigis centaurorum* ſeſe mutuo amplexantium. Æ. max. L. Veri. *Beger* Th. Br. III. 135.) *Liebe* Goth. Num. 436.) *Morell.* Specim. 225.) *Spanb.* I. 282. — Idem *centaurorum* manibus ſublatus. n. Pergam. *Spanb.* l. c.

- Amaſtrianorum, Tianorum etc. v. ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ.

AESCVLAPIVS non modo ſub ſolita barbati ſenis effigie, cum baculo,

culo, quem nexibus ambit ſerpens, ſed ipſe deus etiam ſub ſerpentis cum ingentibus ſpiris effigie in Graecorum ac Romanorum numis adumbratur. v. *Draco* — *Serpens*.

PSEVDO AESCVLAPIVS erat veterator quidam *Glycon*, altero poſt Chriſtum ſaeculo, qui ſerpentem cicurem aluit, cui laruam vultus humani ſubtili artificio adaptauit, hominesque in Paphlagonia, et vicina decepit. In n. ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ ΓΛΥΚΩΝ, Abonotichitarum Glycon inſcripto, ſimilis ſerpens repraeſentatur. De qua fraude lepida *Lucian*. Dialog.) *Morell*. Specim. p. 132.) *Spanh*. vid. ΓΛΥΚΩΝ.

AESCVLAPII BACVLVS ſerpente circumuolutus in n. Agrigentinorum apud *Torremuzzum* Sicil. Tb. 7. n. 12. 13. 14. *it*. in n. Pergami et Magnetum apud *Haym*. Th. Br. p. 69. 71. v. *Baculus*.

- *fana* Romae extra vrbem. in Graecia in puris et ſalubribus locis. *Spanh*. I. p. 217. Inter tot, tamque magnifica templa Aeſculapio dedicata vbique ferme gentium delubra, Epidaurinum maxime celebratur. Templum eius 2. col. in n. Apolloniat. Epiri. — 4. columnn. n. Aegaeenſ. it. Nicaeenſ. — 6. col. n. Pergamenor.

- *Ludi*, Aſclepia dicta, v. *Aſclepia*.

- *mater Coronis*, v. ΚΟΡΩΝΙΣ.

- ſignum in d. Amazonis vel mulieris turritae. n. Pergam. et Smyrn.

AESERNIA, hodie *Iſernia*, Samnii in Italia, Αἰσερνία *Ptolemaeo*, Αἰσερνία *Straboni*. cf. *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. p. 692. v. AISERNIN.

AESERNINO. Iupiter in bigis.)(VOLCANON. Caput dei Vulcani pileo laureato tectum, pone quod forceps. *Morell*. Fam. in Claudia p. 95. n. 8. Vox *Aeſernino* impulit *Morellium*, vt numum hunc aeream in Claudia gente reponeret, quod quidam ex illis Aeſerninorum cognomen habuerant. Sed fallitur; pertinet enim ad numos vrbis Italiae ſeu magnae Graeciae *Aeſernina*, quod et denſitas numi et monetae genus euincit.

AESILLAS Q. (*Quaeſtor*.) in n. arg. Macedonico, qui in corona oleagina exhibet clauam Herculis inter arculam luna corniculata cinctam, et menſam quadratam ſub littera Q. ſuperpoſita epigraphe AESILLAS, quod referunt viri docti ad ludos Olympicos, propter oleae coronam et clauam Herculeam, arcum ac menſam, notamque litterae Q. indicium Romani *Quaeſtoris Aeſillae* eſſe cenſent. Typus huius numi apud *Montfaucon*. Palaeogr. Gr. p. 122.) *Haymium* Theſ. Brit. Vol. I. p. 131.) *Hauercamp*. Hiſt. Vniv. Tom. I. Tb. 25. n. 9. et 10. p. 154.) in Muſeo *Pembrock*. p. II. Tab. 54. n. vlt.) *Pellerin*. Méd. Pemp. et Vill. Tom. I. Tb. 29. n. 3. 4. quorum delineationes licet nonnihil differant, omnium tamen vitioſiſſime exhibuit *Geſner*. Num. Pop. et Vrb. Tab. 41. n. 11. vbi mendoſe etiam ΑΕΣΥΛΩΝ pro AESILLAS cum *Pembrokiano* et *Haymiano* conuenit.

AESSIPES intra coronam lauream.)(Caput Iani bifrons. Æ 2. de quo *Ekhel*. Num. Vet. p. 311. AESIPES nomine vrbis nomen, *Aeſin*, ſeu *Aeſium* Vmbriae, in qua cuſus numus, ſtatuit *Khellius*, at *Eckhelius* l. c. cognomen gentis Romanae nobis ignotae. Quod ſi non fallit icon propoſita ab *Arigonio* Tom. IV. Numiſmatum edito Taruiſii 1759. in Num. Famil. Tb. 6. n. 52. omnis Khellii coniectura vltro collabitur, nam ibi in numo huic ſimillimo legitur KPASSIPES, gentis Furiae cognomen.

...TAS per falcem messoriam, ... vtraque manu puerulus gestat, ... Getae designatur. v. FE... TEMPORA.

...T. *Aeterno*. VICT. AET. *Victoria* gradiens, d. fertum, ...am. ꝶ. Gallieni. *Band*. I. ... v. VIRTVS.

... *Aeternitas*. AET. AVG ... ft. capita solis et lunae am... gestat. ꝶ. Traiani. *Ar*... b. 35 n. 18.) *Gesn*. Tb. 9.) *Mdb*. 153. 158.) *Mu*... Tb. 60. n. 2.) *Theup*. ... ꝶ. Hadriani. *Liebe* ...um. p. 66.) *Mdb* 169. — Sol. ft. d. elata, f. glo... 3. Gallieni. *Band*. I. 212.

...inferne n. Massaliae Gal... bonensis.

...R. *Aeternitas*. Fig. ft. ante ...nibus solis et luna capita ... V. Vespas. *Mdb*. 108. *it*. ...pas. *Mdb*. 115.

... *Aeternitas Augusti*. Idem typus. ꝶ. Hadriani. *Ar*... 38. n. 7.) *Mdb*. 179.) 71. — *Ead*. *ep*. Capita so... nae. ꝶ. Hadriani. *Mdb*. ... Claud. Gothici. *Band*. I. ...*aill*. Pr. I. 205.

...R. *Aeterna*. v. VICTO... VIRTVS. — AETER. ... v. ROMAE.

...R. *Aeterno*. D. N. DIO... ...NO AETER. AVG. Ca... ...letiani laur. Æ 2. Diocle... ... capitis epigraphen RRR. ...nes tres exhibuit *Gruterus*, ...s Diocletianus dicitur *Ae*... ...*mperator*. *Band*. II. 16.) ... I. 252.

...RN. *Aeterna*. v. PAX. — ...*a*. — AETERN. *Aeternitas*. ...AE.

AETERN. AVG. *Aeternitas Augusti*. Sol. cap. rad. ft. d. elata, f. globum. ꝶ. et Æ. 3. Gallieni. *Band* I. 157. 212.) *Schulz*. MzCab. III. 15.

— AVGG. *Augustorum*, h. e. vitam aeternam vel longaeuam S. P. Q. R. Philippis patri et filio optant. — *Ead ep*. Quadrigae leonum cum Cybele super currum. ꝶ. Iuliae Piae, matris Caracallae et Getae, quae hic pro Cybele repraesentatur, tanquam *aeternos* procrearit *filios*. *Vaill*. Pr. II. 233.

— AVG. N. *Augusti Nostri*. n. Maxentii, vt Castoris ac Pollucis immortalitem accipiat.

AETERNA vid. ANNONA, CONCORDIA, INVICTA ROMA, PAX, ROMA, VESTA, VICTORIA.

AETERNA FELICITAS AVG. Lupa cum gemellis. Æ. Maxentii. *Band*. II. 157.) *Mdb*. 450.) *Spanh*. I. 726.

AETERNA MEMORIA. Templum 4. *al*. 6. columnarum. n. Val. Maxim. *Band*. II. 54. 56. 81.) *Mdb*. 436.) *Vaill*. Pr I. 256. III. 227. — *Ead*. *ep*. Templum rotundum, *al* 6. columnis suffultum. n. Constant. Chlori *Band*. II. 94. 104.) *Mdb* 440.) *Vaill* Pr I. 263. — *Ead*. *ep* Templum 4. *al*. 6. col. n. Gal. Maxim. *Band*. II. 133.) *Mdb*. 444.) *Vaill*. Pr. I. 274. — *Ead*. *ep* Ara quadrata, cui insistit aquila. n. Gal. Maxim *Band*. II. 133 — *Ead*. *ep*. Templum valuis apertis, in cuius vertice aquila. *al*. sex col. suffultum. n. Romuli *Band*. II. 159. 160.) *Mdb*. 454.

AETERNA MEMORIA NOST. P. vel M. OST. P. *Moneta Ostiae Percussa*. Templum in cuius apice aquila. Æ. Val. Maxim. *Mdb*. 436.

- - NOSTR. Templum; in vertice aquila. Æ. Conſt. Chlori. *Conſtant. Chriſt.* Tb. 2.) *Mdb.* 440.

AETERNA PIETAS. Imperator ſt. d. haſtam, ſ. ſuſtinet globum, *al.* globo infixum eſt monogr. ☧. nominis Chriſti. n. Conſtantini M. *Band.* II. 267.

AETERNA dicta ROMA ad dignoſcendum a ceteris vrbibus, vel ob priſcam Romanorum opinionem, vrbem ſuam fore aeternam. vid. ROMA.

AETERNAE MEMORIAE. Templum rotundum 6. columnis ſuffultum, in cuius ſummitate aquila. Æ. Val. Maximiani. *Band.* II. 56.) *Harduin.* 459.) *Muſel.* Tb. 241. n. 6. In *aliis* MEMORIAE AETERNAE. — *Ead. ep. et id. typus.* Æ. 2. Conſtantii Chlori. *Band.* II. 94. — *it.* Æ. 2. Gal. Maxim. *Band.* II. 133.) *Vaill.* Pr. I. 274. — Æ. 2. Romuli. *Angelon.* 298. n. 7. 8.) *Beger.* Th. Br. II. 795.) *Band.* II. 159. 160.) *Muſel.* Tb. 245. n. 5. 6.) *Patin.* 365.) *Schulz.* MzCab. III. 91.) *Vaill.* Pr. I. 282. — Templum rotundum duabus valuis apertis, ſupra quod aquila. Æ. 3. *Band.* II. 160.) *Hanthal.* Exercit. VI. Tb. 2. n. 18.) *Muſel.* Tb. 245. n. 7. — *it.* AR. *Theup.* 330.

AETERNAE MEMORIAE GAL. MAXIMIANI. Ara ignita quadrata, ramo ad mediam aram vtrimque adpoſito, cui inſiſtit aquila coronam geſtans roſtro. *Theup.* 323. *it.* Æ. 2. *Band.* II. 133.) *Vaill.* Pr. I. 274.

AETERNAE. v. CONCORDIAE, MEMORIAE, PACI, ROMAE, SECVRITATI, VICT*oriae.*

AETERNI IMPERI. *Aeternitas Imperii.* Capita Caracallae et Getae aduerſa et laureata. AR. Sept. Seu. *Khell.* Suppl. p. 107. An littera T. hic compendii cauſa ſit omiſſa, dubitari merito poteſt, quia cum filiorum propoſita capita perennaturi certa ſpes eſſe poterant AETERNI IMPERII, inſcriptio plenam ſatis ſententiam faciebat. — *It.* AR. Getae. *Mdb.* 300.

AETERNIT. *Aeternitas.* Mars gradiuus, d. pilum, ſ. tropaeum. AV. et Æ. 2. Titi. *Arſchot.* Tb. 30. n. 1.) *Mdb.* 122. 123.) *Morell.* Theſ. Imp. II.) in Tito Tb. 5. n. 34. p. 349. et Tb. 11. n. 7. p. 378.) *Oiſel.* Tb. 39. n. 9.

ETERNIT. loco AETERNIT. PR. *Aeternitas Principis.* n. Contorn. Iul. Caeſ. apud *Morell.* Theſ. Imp. I. p. 76.

AETERNIT. *Aeternitas* imperio Auguſtorum ab adſentatoribus promiſſa, vnde Imperatorum numi inſcripti AETERNIT. AVG. vel AVGG. vel IMPERII et in Titi numo AETERNITATI FLAVIORVM. Idem indicant geminae aliorum numorum inſcriptiones, in quibus, vti Gallieni, legitur PERENNITATI AVG. et Alexandri Seueri PERPETVITATI AVG. de quibus *Spanh.* II. 346. 384.

AETERNIT. AVG. Fig. ſt. d. haſt. ſ. c. c. Æ. 2. Titi. *Mdb.* 125. — *al.* Fig. mul. ſt. d. haſtam, ſ. c. c. laeuo pede *galeam* calcans ex *Gorii* ad *Morell.* Theſ. Imp. II. in Tito Tb. XI. n. 6. p. 378. ſententia, quo typo adluditur ad aeternam nominis celebritatem, quam Titus Hieroſolyma ſubuerſa adeptus eſt. —

- - Sol ſt. d. elata, ſ. globum. Æ. Claud. Goth. *Band.* I. 338. 358.) *Mdb.* 404.) *Schulz.* MzCab. III. 30.

- - Id. typus. Æ. Quintil. *Band.* I. 357. 358. 360.) *Mdb.* 404.) *Muſel.* Tb. 231. n. 2.

- - Id. typus. Æ. Aureliani. *Band.* I. 373.) *Vaill.* Praeſt. I. 213.

- - Aeternitas, fig. mul. ſt. d. globum, cui phoenix inſiſtit, ſ. veſtem colligit. Æ Carini, qui verò anno 2. imperii occiſus. *Band.* I. 528 531.) *Muſel.* Tb. 237.) *Vaill.* Pr. I 246.

AETERNIT. AVGG. *Auguſtorum.* Fig. ſt. d. globum, *al.* globo phoenix inſtat, *al.* ad pedes alius phoenix in globo. Æ. Carini. *Angelon.* 352. n. 4.) *Band.* I. 531. 532. 539.) *Mdb.* 420. 421.

- - Elephas, omnium animalium longaeuiſſimus, cum rectore inſidente. Æ. Val. Maxim. *Band.* II. 67. 87.) *Mdb.* 435.) *Patin.* Iud. 31.) *Vaill.* Pr. I. 256.

AETERNIT. AVGVSTi S. C. Fig. ſt. pede ſ. calcat globum, vel galeam, d. haſt. ſ. c. c. Æ. 2. Titi. *Bellor.* p. 70. n. 17.) *Geſn.* Tb 61. n. 19.) *Mdb.* 125.) *Morell.* Theſ. Imp. II. in Tito Tb. 11. n. 6. p. 378.) *Muſel.* Tb. 40. n. 9.) *Theup* 425.

AETERNIT. IMP. Capita Caracallae laureatum et Getae absque laurea. AV. Seueri. *Mdb.* 273.) *Triſtan.* II. In *alio* AETERNITAS IMPERI.

- - Fig. ſedens, d. elata, ſ. flagrum. AR. Phil. Iun. *Mdb.* 350.

- IMPER. Capita Caracallae et Getae aduerſa. AR. Seueri. *Arſchot.* Tb. 53. n. 17.) *Mdb.* 372.) *Patin.* Theſ. p. 80.

- - Fig. ſed. d. elata, ſ. flagr. AR. Phil. Iun. *Mdb.* 350. — *Ead. ep.* Sol capite rad. ſeminudus gradiens, elata dextra, ſ. flagrum tenet. AR. Phil. Iun. *Schulz.* MzCab. II. 259.

AETERNIT. IMPERI. *Aeternitas imperii.* Superbus hic poſterioris areae titulus in AV. Seueri cum capitibus Caracallae et Getae filiorum, demonſtrat, Seuerum per hoſce filios, quorum facies ſiſtit ſpectandas AETERNITatem IMPERIo Romano promittere *Cim. Vind.* P. I. p. 11) *Mdb.* 273) *Theup.* 211) *Vaill.* Pr II. 214. Sperabat Seuerus perpetuam familiae ſuae in imperio ſucceſſionem, quam felici prolis ſerie hi principes iuuentutis ſint extenſuri Vtrumque ſucceſſorem habere voluit Seuerus et hinc Getam quoque Antoninum vocari iuſſit. Attamen pater ſatis perſpicere non potuit, quo minus ipſa filiorum diſcordia ſpem ſuam fefellerit atque ſuperarit. Etenim poſt eius mortem Antoninus Caracalla quidem et Geta ſusceperunt imperium pari poteſtate adminiſtrandum, deque eo inter ſe diuidendo conſtituerunt, verum primo ſtatim anno Caracalla inſimulatum fratrem inſidiarum contra ſe cogitatarum, ſupra matris pectus interemit. *Herodian.* L. 4. c. 1. 3. 4.

- - Capita aduerſa Seueri, et Caracallae. AV. AR. Iuliae Piae, Seueri vxoris, Caracallae matris, quaſi *imperium aeternum* in Septimiorum familia ſit futurum. *Beger.* Th. Br II. 695.) *Theup.* 216.) *Vaill.* Pr. II 233.) *Mdb.* 281.

- - Capita Seueri et Getae. AR. Caracallae. *Mdb.* 285.

- - Capita Caracallae et Getae aduerſa AV AR. Getae. *Mdb.* 299. 300.) *Vaill.* P. II. 257.) Spem tamen patris fefellit euentus; vterque filius ſine prole deceſſit.

- - Sol gradiens d. eleuans, ſ. flagrum Æ. Probi. *Angelon.* 347.) *Band.* I. 488) *Mdb* 413.) Per Solem currentem deſcribitur *aeternitas* ſecundum *Diodor. Sicul.*

- - id. Solis typus. AR. Æ. 3. Cari. *Band* I. 500. 503. 508.) *Mdb.* 418 419.) *Patin.* 438.) *Triſtan.* III. 302.) *Vaill.* Pr. I. 239.)

Cuius autem aeternitas vix vnum annum durauit, ſiquidem anno imperii ſecundo, ictu fulminis, vel morbo, vel vulnere, variant nempe auctores, ſublatus eſt Carus.

AETERNITAS iam ſtat ad aras expanſis manibus, iam orbem pede premit, aut eidem, circulis aſtronomicis inſcripto, inſidet; alias annulum ſuſtinens, leonibus vehitur, aut elephantis, quos diutiſſime vitam protrahere perhibetur; nunc orbem, cui phoenix inſidet, qui a *Claudiano* aeterna auis dicta; nunc temonem aut haſtam puram manu fert; demum alibi vna manu ſolis radiatum, altera lunae cornigerum caput contollit, perpetuas aeterni temporis menſuras, vel aeternam nominis celebritatem indicans. — Cum populi ſuos Imperatores ſalutabant, *aeternitatem* vt dignitatis nomen frequenter habebant in ore, qua illos demereri conabantur In codice ſaepe reperitur ore principum AETERNITAS NOSTRA, quomodo poſterioribus temporibus *maieſtas, ſerenitas*.

AETERNITAS. Dea, figura mul. ſt. ante aram accenſam, d. ſolis, ſ. lunae capita ſuſtinet, quo typo *aeternitas imperii Romani* depingitur. AV. Veſpaſiani, vulgatus inter Num. *Arſchot*. Tb. 27.) *Beger*. Th. Br. II. 634.) *Morell*. Th. Imp. II. in Veſpaſ Tb. 5. n. 31. p. 275. — it. AR. *Liebe* Goth. Num. 66.) *Mdb*. 108. 110.) *Vaill*. Pr. II. 84.

- Dea ſt. manibus praefert capita ſolis ac lunae. AV. Titi. *Mdb*. 119.) *Morell*. Imp. II. in Tito Tb. 5. n. 5. p. 343.) Phil. de *Stoſch*. in ſuis Aduerſariis. Occurrit idem typus in AR. eiusdem Titi apud *Mdb*. 120.) *Morell*. l. c. Tb. 7. n. 9. p. 358. *It*. Æ. apud *Occonem* p. 196.

- Fig. vel. ſt. ante aram cum ſolis ac lunae capitibus. AR. Domitiani RR. *Morell*. Imp. II. in Domitiano Tb. 8. n. 21. p. 429.

- Facile triginta numos *Fauſtinae Senioris* hac cum epigraphe, diuerſis autem cum typis recenſuit *Argelatus* p. 208. ſq. Vel pro ipſa conſecratione, vel pro memoria poſtumo aeque commode vox AETERNITAS poteſt intelligi. Cuius varii typi:

AETERNITAS. Fig. mul. *gradiens*, d. aliquid indicare videtur. Æ. *Mdb*. 209.

- - *ſedens* d. globum, cui phoenix inſiſtit, ſ. bacillum, vel haſtam. AV. *Arſchot*. Tb. 43. n. 10.) *Mdb*. 208. — *it*. AR. *Arſchot*. ib. n. 19.) *Mdb*. 209. — *it*. Æ. 1. et 2. *Angelon*. p. 173. n. 58.) *Mdb*. 209.) *Muſel*. Imp. Tb. 107. n. 8.) *Pedruſ*. VII. Tb. 11.) *Schulz*. MzCab. II. 126.) *Theup*. 504.

- - *ſedens velata*, d. ſtolam ex humeris pendentem tenens. Æ. *Mdb*. 209.

- - *inſidens orbi*, d. elata, ſ. haſtam puram. Æ. 2. *Angelon*. 173. n. 57.) Ant. *Auguſtin*. p. 36.) *Geſn*. Tb. 104. n. 37.) *Hanthaler*. Exercitat. VI. Tb. I. n. 16. p. 99.) *Mdb*. 207. 209.) *Muſel*. Tb. 107. n. 9.) *Schulz*. MzCab. II. 127.) *Theup*. 504.

- - ſtans ad aram, d. expanſa, *al*. pateram, ſ. arcam. Æ. 3. *Mdb*. 209.) *Muſel*. Tb. 108. n. 1.) *Schulz*. MzCab. II. 126.

AETERNITAS. Mulier ſtans d. capillos fluentes prehendens, ſ. haſtam. Æ. Fauſt. Sen. *Mdb*. 209.

- - d. cor, ſ. velum tenens. Æ. *Mdb*. 209.

- - d. elata, ſ. globum. AR. *Arſchot*. Tb. 43. n. 14.) *Mdb*. 209. it. Æ. *Mdb*. 209.

AETERNITAS. d. elata, ſ. haſtam per tranſuerſum. AV. eiusd. *Cimel. Vind.* I. p. 10. *it.* AR. *Geſn.* Tb. 103. n. 40.) *Mdb.* 208.) *Muſel.* Tb. 106. n. 1.) *Theup.* 189. it. Æ. 1. *Arſcbot. Ruben.* Tb. 43.) Ant. *Auguſtin* p. 36. *Geſn.* Tb. 104. n. 7.) *Mdb.* 209.) *Muſel.* Tb. 107. n. 5.) *Oiſel.* Tb. 106. n. 5.) *Schulz.* MzCab. II. 125.

- - d. elata, ſ. veſtem leuans. Æ. *Mdb.* 209.

- - d. globum, (cum phoenice) ſ. haſtam puram. AV. *Mdb.* 208.) *Oiſel.* Tb. 106. n. 6. — *it.* AR. *Arſcbot.* Tb. 43. n. 10.) Ant. *Auguſtin.* p. 36.) *Mdb.* 209.) *Muſel.* Tb. 106. n. 3. — *it.* Æ. 1. 2. *Geſn.* Tb. 104. n. 8.) *Mdb.* 209. 210.) *Muſel.* Tb. 109. n. 9. 10. et Tb. 110. n. 1.) *Schulz.* MzCab. II. 126.) *Theup.* 505.) Ge. Wolfg. *Wedel.* Exercit. Medico Philolog. Decad. 6. p. 50.

- - d. globum, ſ. palladium. Æ max. *Vaill.* Pr. III. 132.

- - d. globum, ſ. temonem. AR. *Geſn.* Tb. 103. n. 43.) *Mdb.* 209.) *Muſel.* Tb. 106. n. 2.

- - d. globum, ſ. velum capiti ſuperuolitans. AR. et Æ. *Arſcbot. Ruben.* Tb. 43. n. 13.) Ant. *Auguſtin.* p. 35. *Geſn.* Tb. n. 39. *Harduin.* 771.) *Mdb.* 208. 209.) *Muſel.* Tb. 105. n. 10.) *Oiſel.* Tb. 106. n. 4.) *Pedruſ.* III. Tb. 13. n. 10.) *Schulz* MzCab. II. 123. 126.) *Theup.* 189.

- - ſt. d. globum cum phoenice, ſ. veſtem levans. [illegible] et Æ. 1. 2. *Arſcbot.* Tb. 43. n. 12.) Ant. *Auguſtin.* p. 35.) *Geſn.* Tb. 103. n. 38.) *Harduin.* 771.) *Mdb.* 208. 209.) *Muſel.* Tb. 105. n. 9. Tb. 107. n. 7.) *Oiſel.* Tb. 105. n. 9.) *Pedruſ.* VII. Tb. 11.) *Pembrok.* P. 3. Tb. 73. n. 6.) *Schulz.* MzCab. II. 122 - 126.) *Spanh.* I. 186.) *Theup.* 505.

- - d. palmae ramum, ſ. peplo velans faciem. Æ. *Mdb.* 209.

- - d. pateram, ſ. haſtam globo innixam. AV. *Mdb.* 208.) *Oiſel.* Tb. 106. n. 1.

- - d. pateram, ſ. temonem inuerſum ſupra globum. AV. *Mdb.* 208.) *Theup.* 189.

- - d. pomum, ſ. velum circa caput eleuat. AR. *Mdb.* 208.

- - d. velo admota, ſ. facem. AR. *Arſcbot.* Tb. 43. n. 11.) *Mdb.* 209. — it. Æ. *Geſn.* Tb. 104. n. 6.) *Mdb.* 209.) *Muſel.* Suppl. Tb. 18. n. 3.

- - d. victoriolam, ſ. ſtolam leuans. Æ. *Mdb.* 209.

AETERNITAS. Lectiſternium, vel ſedes diuinitatis, cum haſta per tranſuerſum, et pauone ad pedes. AV. Fauſt. Sen. *Arſcbot.* Tb. 44. n. 13.) *Mdb.* 208. — it. AR. *Mdb.* 209.) *Muſel.* Tb. 106. n. 4.) *Theup.* 189.

- Pauo. AV. eiusd. *Mdb.*

- - Sidus in medio numi, octo radiis circumdatum, indicans, animam Fauſtinae ſuam repetiiſſe ſtellam, ex qua deſcenderat, iuxta Platonicam philoſophiam. AR. Fauſt Sen. *Mdb.* 209.) *Patin.* Theſ.) *Vaill.* Pr. II. 166.

- Templum Fauſtinae 6. columnarum, *al.* 8. col. in cuius aditu modo ſt. modo ſedens. AR. et Æ. 1. Fauſt. Sen. *Arſcbot.* Tb. 44. n. 10. 11.) *Mdb.* 209.) Muſ. *Pembrok.* P. 3. Tb. 75. n. 8.) *Theup.* 504. — 8. col. in conum deſinens. Æ. 1. eiusd. *Vaill.* Pr. I. 80. — in aditu templi octaſtyli fig. ſedens, et duae aliae ſtantes cippis impoſitae extra templum. Æ. 1. 2. *Vaill.* Pr. I. 80.

- Tenſa ab elephantibus duobus cum ſuis rectoribus tracta, in medio imago Fauſtinae ſedentes. AV. RRR — AR. et Æ. 1. 2. *Arſchot.* *Hemelar* Tb 26.) *Arſchot. Ruben.* Tb. 43. n. 22) Ant. *Auguſtin.* p. 36.) *Mdb.* 209.) *Muſel.* Tb. 107. n. 4.) *Oiſel.* Tb. 104. n. 7.) *Patin.* Theſ. p. 168. *Ei* Imp. 231.) *Schoepflin* Comment. Hiſt. et Critic. p. 97.) *Schulz.* MzCab. II. 125.) Th. R. *Sueciae* Tb. 18. n. 6.) *Vaill.* Pr. I. 80. II. 166.

- Tenſa 2. equorum, in qua ſt. Fauſtina, velo circa caput volitante. Æ. *Mdb.* 209.

- Tenſae elatae a 2. leonibus vectae, inſidet Fauſtina Sen. ſub Cybeles imagine, d. tympanum. AR. et Æ. 1. 2. *Arſchot. Ruben* Tb. 43. n. 23.) *Hamthaler* Exercitat. VI. Tb. 2. n. 13. p. 106.) *Mdb* 209. 211.) *Oiſel* Tb. 45.) *Patin.* p. 185. 231.) *Schulz* MzCab. II. 125.) *Spanb* II. 290.) *Vaill.* P. I. 81.

- Victoriae alis, quae facem ambabus tenet manibus, inſidet Fauſtina. AR. vtriusque Fauſtinae. *Arſchot.* Tb. 49. n. 22.) *Mdb.* 230.) *Mencke* Diſſert. de Aug. Conſecratione p. 26. n. 9.) *Oiſel.* p. 509.) *Spanb.* I. 859.

AETERNITAS in *Fauſtinae Iunioris*, Diuae a ſenatu adpellatae, numis depicta cernitur:

- Fig. ſedens, d globum, ſupra quem phoenix, ſ. haſtam gerit. Æ. *Mdb.* 232.) *Muſel.* Tb. 127. n 8.) *Theup.* 527.

- ſedens, d. haſtam puram, hinc et inde aliae duae figurae ſtantes, velum leuantes. Æ *Mdb.* 232.

- ſellae inſidens, a duabus puellis, vel deabus, vnicuique velo volitante, effertur in altum, ac ſi coelum ipſum peteret. Æ. *Mencke* Diſſ Aug Conſecrat. p. 33. n. 12) *Mdb.* 232.) *Patin.* Theſ.) Muſ. *Pembrok.* P. 3. Tb. 73. n. 12.) *Spanb.* Caeſſ. p. 289.) *Vaill.* Pr. I. 87.

- - ſtans d. elata, ſ. globum. Æ. *Mdb.* 232.

- - d. globum, ſ. haſtam. AR. *Mdb.* 230.

- - d. globum cum phoenice, ſ. cubito columnae nixa. Æ. 1. *Mdb.* 232.) *Muſel* Tb. 127. n. 4. *Ei.* Suppl. Tb. 21. n. 6.) *Theup.* 527.

- - d. velum, ſ. facem. Æ. 1. *Mdb.* 232.) *Theup.* 237.

ÆTERNITAS. Rheda duorum elephantum cum ſeſſoribus. Æ. 1. Fauſt. Iun. *Mdb.* 232.) *Theup.* 527.) *Vaill.* Pr. I. 87.

- - ſtatua Pertinacis ſuper currum conſecrationis a quatuor elephantis tractum, ſuper quos ſingulos ſinguli rectores. Æ max. Pertinacis. *Mdb.* 261.) *Vaill* Pr. III. 160.

- - Iupiter creſcens caprae inſidet. AR. Gallieni. *Band.* I. 157.) *Mdb.* 372.

- - Sol radiatus ſt. d. elata, ſ. globum. AR. Gallieni. *Band.* I. 211.) *Mdb* 372.

- - ſt. ſ. globum bacillo tangens. AR. Gallieni. *Mdb.* 372.

- - Mulier ſt. d. globum, cui phoenix inſiſtit, ſuſtinet, ſ. veſtem colligit. n. Carini. *Band.* I. 531.

AETERNITAS AVG. (*Auguſti*) quo titulo Romani Imperatores ſuos adfecerunt, inter ſeruiles et aulicas adulationes iam a tempore Traiani exſtitit iuxta *Plin.* L. X. ep. 67. Varie in numis deſignatur: Figura ſt. d. pede globum calcans, d. cornucopiae, ſ. haſtam. Æ. Titi. *Mdb.* 125) *Patin* Ind. ſ. 8.

- - Fig. ſt. ſingulis manibus capita ſolis ac lunae. Æ. Hadriani. *Mdb.* 169. 181.

- - Templum 6. col. in quorum medio baſis cum ſtatua. Æ. Fauſtinae Sen. *Muſel.* Tb. 107. n. 6.

- - Sep-

-- Septem triones, inter quos creſcens luna. AR. Peſcennii. *Vaill.* Pr. II. 201.

-- Sol nudus pallio in brachium ſiniſtrum reiecto, d. elata, ſ. globum. AR. Gordiani Pii *Mdb.* 337.) *Vaill.* Pr. II. 307.) *Patin.* Ind. f. 24. — *it.* Valeriani. *Band.* I. 104. — *it.* AV. Gallieni. *Kbell.* Suppl. 178. — *it.* AR. Gallieni *Band.* I. 157. 212.) *Schulz* MzCab. III. 15.) *Theup.* 261. — *it.* Æ. Claud. Goth. *Band.* I. 338.) *Mdb.* 403.) *Triſtan.* III. 195. — *it.* Vabalathi. *Band.* I. 397.) *Mdb.* 386.) *Spanh.* 598. — *it.* Quintilli. *Band.* I. 357. — *it.* Aureliani. *Band.* I. 373. — *it.* Probi. *Band.* I. 443. 458. — *it.* Carini. *Band.* I. 531.

-- Fig. mulieb. ſt. d. globum, cui inſiſtit phoenix, ſ. veſtem colligit. AV. et AR. Treb. Galli. *Band.* I. 57.) *Mdb.* 358.) *Vaill.* II. 668. — *it.* Æ. Carini. *Band.* 528. 531. *Vaill.* Pr. I. 246. — *it.* cum altero phoenice globo inſiſtente ad pedes. Carini. *Band.* I. 539.

-- d. globum, ſ. nauis gubernaculum oblongum. Aemiliani. *Band.* I. 95.) — *it.* Floriani. *Band.* I. 431. 434.) *Vaill.* Pr. I. 230.

-- globum ſcipione attingit. Gallieni. *Band.* I. 157.

-- d. extenſa, ſ. haſtam. Floriani. *Band.* I. 438.

-- d. elata, ſ. globum. AV. Probi. *Vaill.* Pr. III. 35.

-- d. haſtam transuerſam. AR. Claud. Goth. *Theup.* 381.

-- d. pilum. Æ Floriani. *Mdb.* 411.

-- d. temonem, ſ. ſpicas, pede laeuo nauis prorae impoſito. Treb. Galli. *Band.* I. 58.

-- Fig. virilis, forte Pluto, ſt. d. pectori admota, ſ. vncum tenet. Valeriani. *Band.* I. 104. — *it.* Gallieni. *Band.* I. 157. 212.

-- Hercules claua inſignis coronam lauream Imperatoris ſtantis capiti imponit. AV. Poſtumi Sen. *Band.* I. 286.) *Mdb.* 391.

-- Imperator paludatus ſtans. Conſtantini. *Band.* II. 268.

-- Imperator ſt. d. haſt. adſtat Hercules, ſ. clauam et leonis exuuias, d. coronat Imperatorem. n. Probi, vulgatus a *Biaeo* Num. Imp. Tb. 61.) *Mencke* Diſſ. Aug. Conſecrat. p. 28. n. 11.

-- Imperatores duo ſedentes, alter d. victoriolam, vterque ſ. haſtam tenet. Æ. Maxentii. *Band.* II. 157.) *Mdb.* 450.

-- Luna ſt. ſingulis manibus facem accenſam tenet; ex adu. ſol radiatus ſt. d. elata, ſ. quatiens flagrum. Claud. Goth. *Band.* I. 338.

-- Victoria ſ. palmae ramum gerens, d. coronam Imperatoris capiti imponit. AV. Taciti. *Band.* I. 415.) *Mdb.* 409.

-- Caſtor et Pollux cum modio ſupra caput, ſinguli haſtae adnixi equum freno retinent — *al.* cum ſtella ſupra ſingulorum capita — *al.* iidem abſque ſtella, inter vtrumque lupa cum gemellis. Maxentii. *Band.* II. 150. 151. 155.) *Mdb.* 449.

ALEXANDER II. vulgo *Zebina* vel *Zabinas*, Syriae rex. Erat Aegyptius, ac teſtante *Iuſtino* L. XXIX. Protarchi mercatoris filius, mendacio ſe ab Antiocho Euergete adoptatum dixit. Ptolemaei Phyſconis Aegypti regis auxilio Syriacum regnum occupauit Olymp. anno 129. A. C. aerae Seleucid. 184. ex ſex circiter annis obtinuit. Caput eius variis modis repraeſentatur, plerumque diadematum, in quibusdam numis radiatum, in aliis galeatum, in aliis corona hederacea et diademate redimitum, item leonis exuuiis tectum. — In omnibus ſola ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, *Regis Alexandri*, adpellatio obſeruatur, et illius effigies facile ab Alexandro I. Theopatore diſtinguitur. Falſe eius vile et contumelioſum ΖΕΒΕΝΝΟΥΣ cognomen, *mancipium* ſonans, in illius numis vulgauit *Golzius*, quem adulterinum in Annalibus Vet. Teſtamenti e theſauro *Golzii* produxit *Vſſerius*. Itaque merito *Golzium* redarguit *Vaill.* Hiſt. Reg. Syr. p. 318. — Signati huius Alexandri II. ſeu Zebinae numi, vt ex initialibus locorum litteris ΑΠ. Δ. ΣΑ *Vaillant* monuit, ab *Apameenſibus*, *Damaſcenis*, *Samoſatenis* &c. ac praeterea cum additis ſubinde aerae Seleucidarum annis. — Singularem eiusdem Alexandri numum adduxit inter alios idem *Vaill.* l. c. p. 332. in quo Serapis, figura ſt. barbata et tunicata viſitur, caput modio ac tutulo ornatum, dextro brachio inſuper expanſo, ſ. tridentem gerens c. inſcr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ et litteris aliquot Punicis. — *Typi* in ceteris eius numis expreſſi: *Ancora.* — *Bacchus* apud Syriae reges cultus modo nudus, modo cum amiculo ſtans, d. cotylum, ſ. thyrſum. — *Cornucopiae* duplex coniunctum, infra palmae ramus. — Duo *cornuacopiae* cum taeniis. — *Figura* barbata et tunicata ſt. capite tutulato, d. extenſa, ſ. tridentem gerit. — *Iſis*, vel mulier ſt. modio inſignita, d. temonem, ſ. cornucopiae. — *Iupiter* ſeminudus ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. — *Pallas* galeata ſt. d. victoriol. ſ. haſtam et clipeum. — *Tripus.* — *Victoria* cum palma et laurea gradiens. *al.* ad cuius pedes quaſi amphora. — *Victoria* expanſis ambabus alis ſt. d. elata forte gerit ſertum, ſ. palmae ramum. — Huius Alexandri II. *Euſebius* in Canone Chronologico et *Porphyrius* in Catalogo regum Syriae mentionem non fecerunt; attamen Porphyrius in Fragmentis hiſtoricis, quae Graece tantum a *Scaligero* editae ſunt in Theſauro temporum huius Alex. Zabinae meminit. — Eius numi conſpiciuntur vel recenſentur in *Froelich.* Annal. Syriae Tab. 12. n. 1. ad 22. p. 89. ſq.) *Vaill.* Hiſt. Reg. Syr. p. 318. ſqq.) *Eckbel.* Cat. Vind. I. 216.) *Guſſeme* Dicc. II. 97.) Muſ. *Theup.* p. 1235. ſq.) *Spanhem* I. 403. 408. 409. qui et diuerſa veterum de hoc rege teſtimonia protulit.

ALEXANDER I. dictus eſt *Ptolemaeus* IX. rex Aegypti, ſed in numis non legitur ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

- II. cognominatus *Ptolemaeus* X. Aegyptiorum rex, in cuius numo: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, *Alexandri* nomen. Aquila.)(Caput imberbe tectum pelle leonis. *Theupol.* p. 1207.) *Vaillant.*

ALEXANDER Epiri et Moloſſorum rex, Neoptolemi filius, frater Olympiadis, matris Alexandri Magni. De eo *Iuſtinus* L. XVII. c. 3.) *Pauſanias*

ſanias L. I. c. 11.) *Diodor. Siculus* L. XVI. p. 465. —. Fuſius de eius ſtirpe ac numis diſſerit Comes *Khevenhüller* Reg. Vet. Num. p. 27. ſqq. vid. ΑΛΕΞΑ. ΤΟΥ ΝΕ. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΥ.

• rex Epiri, Pyrrhi filius, de quo *Iuſtinus* et *Pauſanias*. Edidit *Eckhel.* Num. Vet. Tab. 7. n. 11. p. 104. duos Æ. I. numos, in quibus caput muliebre elephanti exuuiis tectum)(ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Pallas gradiens, d. haſtam intorquet, ſ. ſcutum praetendit, in area aquila ſt. et monogramma; in altero aquila fulmini inſiſtit et ΕΥ. Hosce Ludov. *Vonnius Alexandro Caſſandri filio* tribuit, quem ſecutus eſt is, qui muſeum *Pembrokianum* edidit. *Begerus* in Theſ. Palatino eidem inhaeſit ſententiae, ſed mutato conſilio, quod cornua arietina capiti adſtituta aut vidit, aut videre ſibi viſus eſt, quae tamen in vtroque, quem *Eckhelius* l. c. deſcripſit, abſunt, eundem numum in Theſauro Brandeburgico *Alexandri Magni* numis miſcuit. Alii *Alexandrum Syrum*, *Ptolemaeum* IX. *Alexandrum Aegypti regem* alii opinati ſunt. Varias horum ſententias examini ſubiecit *Cuperus* in Diſſert. de Elephantis in numis obuiis, quin tamen ipſe reſecare litem auderet. Poſtremus *Pellerinius* Méd. des Rois p. 31. *Alexandrum Pyrrhi* filium cenſet, ſed intra coniecturas ſiſtit. Et ſane huic eſſe tribuendum, fabrica, typus, et attributa plane perſuadent, id quod fuſius demonſtrat *Eckhel.* l. c. p. 104. 105.

ALEXANDER Macedonum. Cum haud vnus in Macedoniae regum ſerie occurrat Alexander e deceſſoribus nempe Alexandri Magni, ambigendi cauſa oritur, ad quos reſpiciant ſignati cum regum id genus nomine numi. Ad *Alexandrum* vulgo *Diuitem*, Macedoniae regem refert *Harduin.* Chronol. V. T. p. 148., numum a *Golzio* adductum, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ inſcriptum, hinc cum equo Theſſalico in quadro, noto in aliorum quoque Macedoniae regum numis ſymbolo.)(Iouis barbata ac laureata effigies. — Alii cum nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ numi, qui caput diademate reuinctum, in)(vero currentem equum, ad *Alexandrum*, Amyntae filium natu maiorem, Philippi fratrem, referuntur. cf. *Guſſeme* Diccionar. I. p. 93.

ALEXANDER MAGNUS ex rerum geſtarum gloria, vel III. Macedoniae rex et conditor tertiae monarchiae, cuius praeclara geſta *Arrianus*, *Curtius*, *Plutarchus*, *Iuſtinus* et ipſae ſacrae paginae *Dan.* c. 7. v. 6. et c. 8. v. 5. it. *Machabaeor.* L. I. c. 1. v. 1. memoriae prodiderunt, genus ſuum ab Hercule deducebat, vnde et non ipſius ſolum, ſed et aui Amyntae et patris Philippi capita in numiſmatibus leonis ſpoliis ornata inueniuntur. Ex eadem cauſa in poſtica parte certamen Herculis cum leone Nemeo, claua poſt herois tergum repoſita, exhibitum eſt. —.

Huius Macedonum regis numi ſunt magno numero ac in omni metallo obuii. Nudum vulgo eius nomen ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ iidem praeferunt, ſed quandoque etiam cum addito ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo, vti ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, vel cum initialibus litteris Β. Α. Βασιλέως Ἀλεξάνδρου. Quibus numis cum Alexandri huius nomine ac vultu praeter Iouem ἀετοφόρον, inſculpta inſuper racemi, tridentis, roſae ſeu balauſtii, bouini capitis, ſphingis, acroſtolii, caducei, pegaſi, aliaque id genus inſignia, ac interdum cum initialibus locorum litteris Κ. Τ. Χ. ΡΟ. ΕΥ. ΛΕΥ. ΚΟ. quae a *Cois*, *Teniis*, *Chiis*, *Rhodiis*, *Euboeis*, *Leucadiis*, *Corinthiis* ſignatos eodem arguunt. Accuratius autem et felicius de hoc genere monetarum, communi charactere, probabili viſu, conſignatis epochis tractarunt *Eckhel.* Num. Vet. p. 70. ſqq. et ante eum *Pellerin.* Méd. des Rois p. 12. et Mel. I. p. 109.

109. qui nactus theſaurum numorum haud procul Laodicea Syriae effoſſum, quos inter copioſa fuere Alexandri M. numiſmata, haec cum aliis iam editis componendo, facilius tutiusque de horum natali ſolo ſtatuere potuit. Sed quod mirum, in tanto numero vix reperiantur, (de adulterinis, quorum ingens copia, non eſt ſermo) qui eius regis hiſtoriam, aut geographiam veterem aut chronologiam magnopere iuuent. In aureis communis typus caput Palladis galeatum.)(Victoria ſtans, in argenteis ſeu tetradrachmis, ſeu drachmalibus caput imberbe Herculis leonicidae.)(Iupiter ἀετοφόρος ſedens; aenei magis variant, praecipue ii, qui ſerius in eius memoriam in Macedonia addito Neocoratu percuſſi fuere. Soli fere argentei typo ceteroqui ſimillimi, ſpectatis litteris ſolitariis, et variis per aream monogrammatis, aut variarum vrbium, in quarum officinis ſignati ſunt, ſignis διακριτικαῖς noui quidpiam nonnunquam oſtentant. Parui aeſtimantur eiusmodi numi argentei, quamquam per aream notis et ſiglis inſignes, niſi perſpicuos vrbium, a quibus cuſi ſunt, characteres in fronte gerant; maximus iis honos, qui addunt vel epocham, vel magiſtratus nomen. — Cornutus vt Iouis Ammonis filius comparet Alexander ille M. in numis aliquibus apud *Golzium* in Graecia Tb. 31.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 1. n. 11. p. 13.) *Spanh.* I. 387. Alii omnes eius numi aut caput regis ſolo diademate conſpicuum aut galea leoniſue rictu tectum oſtentant. Sed raro ex quorundam ſententia eius caput in numis eſt obuium. *Liebe* Goth. Num. p. 99. argenteum, et p. 101. aereum protulit Alexandri huius numum cum huius regis capite nudo, accuratiſſime efficto, quorum prior in)(leonem ſiſtit cum Cupidine vectore et epigr. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, in poſteriore autem Alexander bucephalum arrectis pedibus ante ſe ſtantem domans, addita ep. ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΝΕΩ. Dubitare vero vix poteſt, quin cuſi hi AR. et Æ. numi ſint Caracallae aetate, qui vt eſt apud *Herodianum* L. IV. c. 8. continuo Alexander alter euaſit, memoriamque eius omnibus modis renouauit. Quod et probat ſcribendi compendium 8 pro ΟΥ. poſt Caracallam frequens. Veram omnino et genuinam Alexandri effigiem ii tantum numi indulgent, quorum ex)(praeter nomen regis aut leo graditur, vt in Haymii Th. Br. II. Tb. 1. n. 11. conſpicitur, ſiue Cupido leone vehitur, aut legitur ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ &c. Priores argentei ſunt, regique videntur coaeui, poſteriores aerei flati, demum ſub Impp. vel Caracalla, vel Seuero Alexandro, Magni cultoribus ac imitatoribus ſtudioſiſſimis. Eiusdem regis caput imberbe et pelle leonis tectum victorias Cn. Pompeii deſignat, quia Pompeius iisdem fere annis, quibus Alexander, vt *Iuſtinus* L. XII. c. 16. de eo teſtatur, cum nullo vmquam hoſtium congreſſus eſt, quem non vicerit, nullam vrbem obſedit, quam non expugnauerit, nullam gentem adiit, quam non calcauerit; eademque ipſi cum illo fuit faciei gratia. Fingitur plerumque Alexander ore ſublimi, comisque eleganter vndarum in morem ſinuatis. Non defuerunt, qui Alexandri vultum adeo in aureis eius monetis intuebantur, quae galeatum caput, Palladis nimirum, aliquando etiam inauribus ornatae, et ſtantem Victoriam offerunt, ſed haec iam vetulorum eſt opinio. — De denario barbaro, cui eius nomen inſcriptum, v. ΑΛΕΞΑΝΔ. — Eius numos cum latina epigraphe v. ALEXANDER MAG. vel MAGNVS MACEDON. — Anepigraphum aureum rariſſimum, in quo hinc Palladis caput galeatum, illinc Victoria ſt. d. lauream ſupra caput bouis, Euboeorum inſigne, *Geſner.* Reg. Maced. Num. Tb. 5. n. 16. primum vulgauit. Conſpicitur etiam in Muſ. *Pembrok.* I. Tab. 2. n. 6.) Numoph. Schulz. p. 1.) Allgemeine

 Welt-

Weſthiſtorie Tom. VII. §. 293. vbi quoque §. 131. bouini capitis typus illuſtratur. — Inter tot numos Alexandri cum Nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ iam addito, iam neglecto ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo, nec vnus innotuit hactenus, quem certo conſtet in Macedonia cuſum; et tamen eſſe, qui lucem ibi conſpexerint vix et ne vix quidem dubitat *Neumann*. Pop. et Reg. Num. Vet. p. 150. ſqq. Quos huius generis deprehendit, variis in vrbibus datos, operoſe collegit *Eckhel*. Num. Vet. p. 71. ſqq. atque vno ſub conſpectu propoſitos recenſuit. Non reperit tamen, *Golzianus* demtis, quorum patriam in Macedonia, quin immo Europaea in Graecia tuto figeret. Dubii omnes aut ſiniſtre explicati, quos Amphipoli, Aſſae, aliisque Macedoniae vrbibus tribuebant varii auctores, fallacibus ducti criteriis. — Eius tetradrachmum, in quo Herculis imago cum Minerua Itonia maritata pella Macedoniae procudiſſe videtur. In huius Alexandri numis caput leonina pelle tectum eſt Herculis. *Neumann*. l. c. p. 156. ſed diſſentit in ceteris a *Pellerinio*, nihil obſtantibus iis, quae ille *Pellerin*. Méd. des Rois p. 59. pro ſententia ſua tuenda diſſerit ad n. Seleuci I. Syriae regis. Contrarium plane perſuadent *Neumanno* numi Macedoniae regum, qui Alexandrum M. praeiuere, Amyntae III Perdiccae III. et Philippi II. horum enim tetradrachma eandem protomen exhibent, nempe quod genus ab Hercule ducerent. Explicatius hunc heroem loquuntur ipſius Alexandri M. communes ex aere monetae, quae ſimillimum caput leonis pelle tectum, in)(clauam, corytum, et arcum ſubminiſtrant. Ea arma Herculi propria ſatis liquido produnt, cuius ſit alterius partis imago; quippe auerſa, vt moris eſt, aduerſae parti cohaeret. — Idem Alexander dormiens ſub platano, d. ſupra caput, ad latus duae Nemeſes ſeſe adſpicientes, in numis Smyrnaeorum, in conditae vel ampliatae ab eo vrbis memoriam. Æ 1. Antinoi, et Æ 1. M. Aurel. *Spanh*. I. 566. 567.) Vaill. Num. Gr.) *Guſſeme* Diccion. I. 96. — Apolloniae etiam conditor, ſeu ΚΤΙΣΤΗΣ in eius numis dictus. *Spanh*. I. 563. 567. — bucephalum domans. n. Comaeorum Aeolidis, Macedonum — bucephalo inſidet. *Beger*. Th. Br. I. 326.) *Golz*. Graecia Tb. 30. n. 3. — ſeminudus ſt. d. pateram, ſ. haſtam n. Alexandreor. ad Iſſum Ciliciae. — Caput vero ipſius etiam obſeruatur in familiar. Roman. Corneliae, Sextiliae, Volteiae denariis, vt et in n. Nicaeenſium Bithyniae.

ALEXANDER MAG. Caput Seueri Alexandri leonina pelle tectum.)(figura equeſtris, vel Bellerophon chimaeram ſternens. Æ. Alex. Seu. *Mdb*. 319.

ALEXANDER MAG. MACEDON. Alexander M. eques hoſtem genuflexum haſta ferit. Contorn. ed. in *Cim. Vind*. II. p. 2.

ALEXANDER MAGNVS MACEDON. Caput eius faſcia, ſiue diademate reuinctum.)(SABINAE. Raptus Sabinarum. *Hauercamp*. Diſſert. de Alex. M. n. 3. p. 36. Idem Sabinarum ereptarum typus occurit in n. Antonini Pii ex teſtimonio *Vaillantii*, vt et in contorniato Neronis apud *Hauercamp*. n. 19. p. 85. Inter prima enim incrementa potentiae Romanae fuit haec fraus et ſecuta inde cum Sabinis ſocietas.

- - - ſed caput Alexandri leonis exornatus ſpoliis.)(Vir ſtans iuxta equum, e regione duae ſunt figurae, altera ſtans, altera ſedens, admirantibus ſimiles. *Hauercamp*. l. c. n. 4.) *Mdb*. 319. ad Alexandrum Seuerum refert. *Nicaſius* Diſſert. de numo Hadriani Pantheo eundem numum, vt in Theſauro *Maurocenico* exſtantem citans, p. 11. exiſtimat repraeſentare Alexandrum ſibi de domito bucephalo coram Hephaeſtione

ſtione et Parmenione gratulantem. Verum *Hauercamp.* l. c. potius *Patino* adſenſus eſt,, qui in Theſauro ſuo p. 135. numum exhibens, figuram illam ſedentem capit de Philippo, dexteritatem filii mirante. Addit *Hauercamp* figuram illam ſtantem matrem eius denotare Olympiadem. Hiſtoriam plenius narrat *Plutarchus* in vita eius p. 667. — *al.*)(SOLI INVICTO. Quadrigae, in quibus Sol, orbem ſ. tenens. Aurigantis figura ſimillima in Probo exſtat apud *Bandurium* I. p. 443. Forſitan vterque hic numus ad Imp. *Alexandrum Seuerum* pertinet. Hic ſane gloriari poterat de domito bucephalo coram Mamaea matre, et ſenatu, quem genitoris colebat reuerentia, vbi eſſeram tyrannidis licentiam poſt Elagabali necem frenauit.

ΑΛΕΞΑΝΔΕΡ ΜΕΓΑ⊏ ΜΑΚΕΔ. *Alexander Magnus Macedonum.* Caput Alexandri M. radiatum. n. M. Aurelio dicatus, cui Imperatori Macedones nihil clarius, nihilque ſuperbius offerre potuiſſent. *Vaill.* Gr. Adpend. Icon. Tb. 7.) *Guſſeme* Diccionar. I. p. 95.

De *Alexandri Magni* numis commentati ſunt: Iul. Carol. *Schlager* commentatio de numo *Alexandri M.* theſauri Fridericiani ornamento maximo. Hamb. 1736. 4 mai. — Frid. Gotthilf. *Freytag* diſſ. de *Alexandro M.* cornigero. Lipſ. 1715. 4. — Deſcription du medaillon d'or antique d' *Alexandre le Grand*, pris du latin du Sieur de *Rimon* par le *Digne* à Paris 1601. 12. — Sigeb. *Hauerkamp.* de *Alexandri M.* numiſmate, quo quatuor ſumma orbis terrarum imperia continentur Lugd. Bat. 1722. 4. — Franc. Carol. *Conradi* annotata quaedam ad *Hauercampi* diſſertationes de numiſmate *Alexandrino* etc. vid. Act. erudit. Lipſ. 1726. p. 154. ſq. — Alex. Xav. *Panel* remarques ſur les premiers verſets du premier livre de Maccabées, où diſſertation ſur une medaille d' *Alexandre le Grand* à Lyon 1739. 4. Quae commentatio, adiecto textu Gallico in linguam Hiſpanicam translata eſt: Notas ſobre los primeros verſos de el primer libro de los Macabeos, o diſſertacion ſobre una medalla de *Alexandro el Grande*, eſcrita en Frances por Alex. Xav. *Panel*, traducida en Eſpannol per Manuel *Gomez y Marco*, en Valencia 1753. 4. — Ex numis probare nititur in ea *Panelius*, Alexandrum diutius quam hactenus ab omnibus creditum, et ſaltem 34. annis regnaſſe; ſed conferendus eſt *Pellerin*. Mel. I. p. 114. — Louis de *Vallemont* diſſertation ſur une medaille ſinguliere d' *Alexandre le Grand*, par laquelle on juſtifie l' hiſtoire de Q. Curce. à Paris 1703. 12. — Charles Ceſar *Baudelot* trois lettres ſur une pretendue medaille d' *Alexandre le Grand* publiée par Mr. de *Vallemont*. à Paris 1704. — Louis de *Vallemont* reponſe à Mr. *Baudelot*, ou ſe trouve detruit tout ce qu' il a avance contre l' antiquité de la medaille d' *Alexandre le Grand* et contre la diſſertation ſur cette medaille ſinguliere. à Trevoux 1706. 12. — Lettres au Marquis d' Angeau ſur une pretendue medaille d' Alexandre, à Paris 1704. 8. — Diſſert. ſur une Medaille des Macedoniens (in quo caput *Alexandri* M.)(legitur AESILLAS) par Mr. *Terrin* v. Mem. de Trevoux 1711. p. 484. — Recenſentur etiam huius Alexandri M numi in variis vrbibus ſignati ab *Eckhelio* Num Vet. p. 71. ſqq. in cuius catalogo leguntur vrbes, regiones et inſulae: *Ace* Palaeſtinae, ſerius Ptolemais, *Achaia*, *Alexandria* Troas Myſiae, *Antiochia* Syriae, Apamea Syriae, *Aradus* inſula, Phoeniciae oppoſita, *Aſcalon* Palaeſtinae, *Cea* Cycladum vna, *Chius* inſula Ioniae obiacens, Clazomenae Ioniae, *Colophon* Ioniae, *Corinthus* Achaeae, *Cos* inſula Cariae praetenta, *Cyme* Aeolidis, *Dardanus* Troadis, *Epheſus* Ioniae, *Erythrae* Ioniae, *Euboea*, *Lampſacus* Myſiae, *Leucas*

Acarnaniae, *Magneſia* Ioniae, *Methymna* Lesbi, *Miletus* Ioniae, *Mylaſa* Cariae, *Myrina* Aeolidis, Priapus ad Helleſpontum, *Priene* Ioniae, *Rhodus* inſula, *Seleucia* Pieriae, *Smyrna* Ioniae, *Tarſus* Ciliciae, *Tenedus* inſula, et vrbs, *Teos* Ioniae. Praeterit *Eckhelius* l. c. alios, in quibus lunula, botrus, caduceus, Amazonum pelta, corona, aratrum, tridens, galea, variaque monogrammata ſignata cernuntur, quae ſunt ſigna fallacia, niſi cum initiales vrbis litterae, vt in nonnullis l. c. oſtendit, ſuppetias veniunt. — Vita huius Alexandri M. additis eius numis, in opere: Allgemeine Welthiſtorie Tom. VII. legitur; eiusdemque praeterea conditoris monarchiae tertiae memoriam Lud. *Nunnius* Comment. ad *Golzii* Graeciam p. 172. ſqq.) Laur. *Beger*. Theſ. Br. I. p. 242 ſqq.) Chriſt. Sigism. *Liebe* Goth. Numar. p. 4. ſqq.) *Geſner*. Num. Reg. Macedon. p. 12. ſq.) *Froel*. Annal. Syriac Tb. I. p. 3.) *Guſſeme* Diccionar. I. p. 93. ſqq.) *Spanb*. I. 381. ſqq.) *Theupoli* p. 1214. ſqq. aliique conſeruarunt.

ALEXANDER IIII. Rex Macedoniae, filius Magni Alexandri ex Roxane, occiſus eſt vna cum matre a Caſſandro ante Chr. 310. In cuius numo hinc caput iuuenile pelle leonis tectum.)(ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Iupiter ſedens. *Guſſeme*. I. 96.

ALEXANDER Caſſandri Filius, rex Macedoniae in Æ apud *Haym*. Th. Br. II. Tb. 2. n. 2. p. 15. in quo hinc caput diadematum, vel faſcia, redimitum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡ. *Regis Alexandri*. Eques, vt in Philippi, Alexandri et Caſſandri numis viſitur. *Spanb*. I. 385.

ALEXANDER SEVERVS (*Marcus Aurelius Seuerus Alexander*.) Iuliae Mamaeae filius, *Alexianus* a parentibus dictus, in Aureliam vero gentem ab Elagabalo conſobrino adoptatus ao. p. Chr. 221., nomen mutauit. *Alexander* quidem nuncupatus, quod, *Lampridio* teſte, in templo Alexandro M. dicato, apud Arcenam vrbem natus eſſet. — Interfecto anno ſequente 222. Elagabalo, a quo inſidiis petitus, accepit imperium annum aetatis decimum ſeptimum agens, cum ſenatus pariter ac militum, totiusque populi miro conſenſu Imperator eſſet acclamatus. *Antonini* ſibi a ſenatu delatum nomen recuſauit; ſed *Imperatorem Caeſ. Aurel. Alexand. Auguſtum* vocari ſe a ſenatu in acclamationibus paſſus eſt. Ob ingentem animi vigorem, et mirandam conſtantiam contra militum inſolentiam *Seueri* nomen a militibus, vel in memoriam aui ſui Sept. Seueri eidem inditum eſt. Licet ille Alexander fuerit Imperator optimus, caſtus, beneficus, iuſtus, ſtrenuus, modeſtus, aequitatis ac bonarum litterarum quam maxime ſtudioſus, omnibus hominibus amabilis, doctorum amantiſſimus, ſalubris diſciplinae tenaciſſimus, in genetricem Mamaeam ſingulariter pius, atque a chriſtianorum caede omnino abhorrens, ipſum tamen chriſtianum fuiſſe, nullo documento idoneo liquet. — Plurimis operibus Romam exornauit, amphitheatrum ab Elagabalo inſtauratum compleuit, rem frumentariam quam maxime curauit, coloniam Boſtram Arabiae vrbem deduxit, Meſopotamiam a Parthis, fugato eorum rege Artaxerxe recuperauit, de Perſis triumphauit, et exercitum ad bellum Germanicum eduxit, qua in expeditione apud Moguntiacum militari tumultu, quem Maximinus Thrax concitauerat, occiſus eſt d. XIX. Kal. Aprilis A. V. C. 988. Chr. 235. annum agens 26. cum ſex menſibus et nouem dies. — Ex *Eckhelii* chronologicis obſeruationibus Ao. poſt Chr. 222. caeſo Elagabalo Alexander declaratus eſt Auguſtus. — 223. TR. P. I. II. — 226. TR. P. IV. V. COS. II. — 229. TR. P. VII. VIII. COS. III. — 230. inchoat PIVS.

PIVS. — 235. TR. P. XIII, XIIII. COS. III. — *Salluſtiam Barbiam Orbianam*, Traiani Decii vulgo creditam vxorem in matrimonium duxit. — Numi huius Alexandri ex omni forma ac metallo magna reperiuntur copia. Etiam vrbium ac coloniarum aerei ex omni modulo frequentes ſunt et obuii. Huiusmodi ſignarunt: *Abydus* Helleſponti. --- *Acmonia* Phrygiae. --- *Acraſus* Lydiae. --- *Adramytium* Aeolidis. --- *Aegae* Aeolidis. --- *Aegae* Ciliciae. — *Aegium* Peloponneſi. --- *Alexandria* Aegypti. --- *Alexandria Troas* Myſiae. --- *Amaſia* Ponti. --- *Amphipolis* Macedoniae. --- *Anazarbus* Ciliciae. --- *Anemurium* Ciliciae. --- *Antiochia* Piſidiae. --- *Antiochia* Syriae. --- *Apamea* Phrygiae. --- *Apollonia* Myſiae. --- *Aſcalon* Syriae. --- *Aſpendus* Pamphyliae. — *Aſſum* Phrygiae. --- *Attalia* Lydiae. --- *Antomala*. --- *Bargaſa* Cariae. --- *Bithyniam* Bithyniae. — *Boſtra* Arabiae. --- *Byzantium* Thraciae. --- *Caeſarea* Cappadociae. --- *Caeſarea* Samariae. --- *Carrhae* Meſopotamiae. --- *Chalcedon* Bithyniae. --- *Coella* --- *Colophon*. --- *Comana* Piſidiae. --- *Corcyra* inſula. --- *Cotiaeum* Phrygiae. — *Cotyos* regis Boſpori Cimmerii. — *Cyzicus* Myſiae. --- Damaſcus — *Deultum* Thraciae. --- *Dionyſopolis* Thraciae. --- *Diosbieros* Lydiae. --- *Dium* Macedoniae. --- *Edeſſa* Meſopotamiae. --- *Emeſa* Coeleſyriae. — *Epheſus* Ioniae. --- *Epidaurus*. --- *Erythrae* Ioniae. --- *Flauiopolis* Bithyniae. --- *Heraclea* Ponti. --- *Hierapolis* Phrygiae. --- *Hieropolis* Syriae. --- *Iſtrus* Thraciae. — *Laodicea* Cariae. --- *Luliopolis*. --- *Macedonum* Commune. --- *Maeonia*. --- *Magneſia* Maeandri. --- *Magneſia* Sipyli. --- *Marcianopolis* Moeſiae inf. --- *Maronea* Thraciae. --- *Maſtaura*. --- *Methymna* Lesbi. --- *Metropolis* Phrygiae. --- *Mitylene*. — *Neocaeſarea*. --- *Neſibis* Meſopotamiae. --- *Nicea* Bithyniae. --- *Nicomedia* Bithyniae. --- *Nicopolis* Epiri. --- *Nicopolis* Moeſiae. --- *Nyſa* Cariae. --- *Odeſſus* Thraciae. --- *Orthoſia* Phoeniciae. --- *Pella*. --- Pergamus. ---) Perge. ---) *Perinthus* Moeſiae. --- *Philadelphia* Lydiae. --- *Philomelium* Phrygiae. --- *Phocis*. --- *Pitanea*. — *Prinineſus*. --- *Ptolemais* Phoeniciae. --- *Rheſaena* Meſopotamiae. — *Samus* inſula. --- *Samoſata*. --- *Sardes*. --- *Seleucia* Ciliciae. --- *Seleucia* Syriae. --- *Side* Pamphyliae. --- *Sidon* Phoeniciae. --- *Singara* Meſopotamiae. --- *Sinope* Paphlagoniae. --- *Smyrna* Ioniae. --- *Tarſus* Ciliciae. --- *Temnos* Aeolidis. --- *Tenos* inſula. --- *Themiſonium* Phrygiae. --- *Theſſalia*. --- *Theſſalonica* Macedoniae. --- *Thyatira* Lydiae. - - *Tomi* Moeſiae inferioris. --- *Tralles* Lydiae. --- *Tripolis* Syriae. --- *Troas* Myſiae. --- *Tyrus* Phoeniciae. v. *ſuis locis*. ---

a) in *Graecis* numis legitur Alexander ille Seuerus: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΑΥΓ. --- Α. Κ. Μ. Α. Ϲ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. *al.* ΑΛΕΞΑΝ. ϹΕΒ. --- Α. Κ. Μ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕ. --- Α. Κ. Μ. ΑΥ. ϹΕΥ. (ΑΥΡ. ϹΕ.) ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- Α. ΚΑΙ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΑΛ∈ΞΑΝΔΡΟϹ ∈Υ. Ϲ∈Β. --- AVT. K. M. AVP. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- AVT. K. M. AVP. ϹΕV. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΑV. --- ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥ. ϹΕ. etc. --- ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. etc. --- ΑΥ. Κ. Μ. ϹΕ. etc. --- ΑΥ. Κ. ϹΕΥΗ. (ϹΕΟΥΗ.) ΑΛΕΞΑΝΔ. --- ΑΥ. Κ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ ΑΛΕΞΑΝ. *al.* ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. Π. Π. --- ΑΥΤ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΑΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ Є. --- ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ϹΕ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕΒ. --- ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. ϹΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕ. --- ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΜΑΡ. Α. Ϲ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕΒ. --- ΑΥΤ. Κ. Μ. Α. Ϲ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- ΑΥΤ. Κ. Μ. Α. ϹΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝ. --- ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕΒ. --- ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ϹΕΒ. *al.* ϹΕΥΗ. *al.* ϹΕΥ. *al.* ϹΕΥ. *al.* ϹΕ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ϹΕΥ. *al.* ϹΕΟΥΗΡΟϹ etc. --- ΑΥΤ. Κ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. etc. --- ΑΥΤ. Μ. ΑΥΡ. ϹΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- ΑΥΤΟ. ΚΑΙϹ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. ϹΕ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕ. --- ΑΥΤΟΚ. ΜΑΡ. ΑΥΡ. etc. --- ΑΥΤΟΚΡ. Κ. Μ.

. ΑΤΡ. ϹЄ ΒΗΡΟϹ etc. --- Μ. ΛΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. --- Μ. ΑΛΕΞΑΝ- ΑΥΓ. --- Μ. ΑΥ. ΑΛЄΞΑΝΔ. --- Μ. ΑΥ. ϹΕΒ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΓΓ. --- Μ. ΑΥ. ϹΕΥ. al. ϹΕΥΗ. ΞΑΝΔΡΟϹ. --- Μ. ΑΥΡ. ΑΛЄΞ- ΡΟϹ ΚΑΙ. al. ΑΛЄΞΑΝ- Ϲ ΚΑΙϹ. vel ΑΥΓ. al. ΑΛЄΞ- ΡΟϹ etc. --- Μ. ΑΥΡ. ϹΕΥ. ΑΝ. al. ϹЄΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΑΥΓ. --- Μ. ΑΥΡ. ϹЄ. ΑΛЄΞ- ΡΟϹ ΑΥ. vel ΑΥΓ. --- Μ. ϹΕΟΥΗΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥϹΕ.

in *Latinis*: ALEXANDER. LEXANDR. -- AV. S. ALEX- D. AVG. --- M. AV S. ALEX- D. --- M. ALEXANDER S. --- M. AVR. (AVREL. ELIVS) ALEXANDER S. --- M. AVR. SEV. (SE- ..) ALEXANDER AVG. --- SE. ALEXAND. AVG. --- ALEXAND. AVG. --- IMP. XANDER PIVS AVG. al. P. VG. --- IMP. C. ALEXAN- --- IMP. C. M. AVR. (SE. SEV.) ALEXAND. --- IMP. E. ALEXANDER. --- IMP. S. M. AVR. SEV. (SEVE-) ALEXANDER AVG. al. FELIX AVG. --- IMP. S. SE. al. SEVER. ALEXAN- AVG. --- IMP. SEV. ALE- D. al. ALEXANDER. AVG. MP. SEVERVS etc. --- DIVO XANDRO.

ticae partes Latinorum numo- Alexandri Seueri ita ſunt in- ae: ABVNDANTIA AVG. -- OCVTIO AVGVSTI. --- AE- TAS AVG. al. AVGVST. al. VSTI. --- AEQVITAS PV- A. --- AETERNITATIBVS. NNONA AVG. al. AVGV- --- COL. ALEX. AVG. al. AL. AV. TRO. vel TROA. OL. AVG. TRO. --- COL. AC. DEVLT. --- COL. IVL. PELLA. --- COLONIA BO- L. --- C. P. F. A. FEL. METRO. --- CONCOR- --- CONCORDIA AVGV- STORVM. --- CONCORDIA EX- ERCITVS. --- CONSECRATIO. --- DE GERMANIS. --- FECVND. AVGVSTAE. --- FELICITAS AVG. --- FELICITAS TEMPO- RVM. --- FELICITATI POPVLI ROMANI. --- FIDES EXERCI- TVS. --- FIDES MILITVM. --- FORT. RED. --- GERMANIA DEVICTA. --- IMP. TR. P. V. COS. II. P. P. --- IMP. VIII. COS. III. P. P. -- INDVL- GENTIA AVG. al. AVGVST. --- INDVLGENTIAE AVG. --- IN- VICTVS AVGVSTVS COS. III. --- IOVI CONSERVATORI. --- IOVI PROPVGNATORI. --- IOVI STATORI. --- IOVI VICTORI. -- IOVI VLTORI. --- IOVIS PRO- PVGNATOR. --- IVLIA MA- MAEA AVG. --- IVSTITIA AV- GVSTI. --- LAETITIA AVGV- STI. --- LAETITIA PVBL. --- LIB. AVG. etc. --- LIBERALITAS AVG. al. AVGG. al. AVGVST. al. AVGVSTI.) II.) III.) IIII.) V. --- LIBERTAS AVG. al AV- GVSTI. --- LVNA LVCIFERA. -- MARS PACIFER. --- MARS VL- TOR. --- MARTI PACATORI. -- MARTI PACIFERO. --- MARTI PROP. --- MON. RESTITVTA. --- MONETA AVG. al. AVGV- STI. --- MONETA RESTITVTA. --- NOBILITAS. --- PAX AETER- NA. --- PAX AETERNA AVG. --- PAX AVG. al. AVGVSTI. --- PAX ORBIS TERRARVM. --- PERPETVITAS AVG. --- PER- PETVITATI AVG. al. AVGV- STI. --- PIETAS AVG. --- PIE- TAS MILITVM. --- P. M. TR. P. etc. --- PONT. al. PONTIF. al. PONTIFEX etc. --- PRINC. IV- VENTVTIS. --- PROFECTIO AVG. al. AVGVSTI (CAES.) --- PROVIDENTIA AVG. --- PRO- VIDENTIA al. PROVIDENTIAE DEORVM. --- PVDICITIA. --- RESTITVT. al. RESTITVTOR. MON. --- ROMA. P. M. etc. --- ROMAE AETERNAE. --- SALVS PVBLICA. --- SALVTI AVGV- STI. --- S. C. --- SECVRITAS PER-

PERPETVA. — SECVRITAS PVBLICA. — SEP. TYRO METR. COLO. — S. P. Q. R. METROPOLIS. . . — SPES AVGVSTA. — SPES PVBLICA. — TEMPORVM FELICITAS. — VICTORIA AVG. al. AVGVSTI. — VIRTVS AVG. al. AVGVSTI. — VOTIS DECENNALIBVS. — VOTIS VICENNALIBVS. v. *ſuis locis.*

Alexandri Seueri numos ex auro et argento tritos, cum titulo Caeſaris rariſſimos, vel ediderunt, vel recenſuerunt, ac ſuis catalogis addiderunt: Muſ. *Alb* II. p. 1. ſq.) *Angelon.* 230. ſq. *Arſchot. Hemelarii* Tb. 39.) — *Rubenii* Tb. 56.) *Beger.* Theſ. Brand. II. 717. ſq.) *Buonarrot.* Carp. Tb. 12. p. 235. ſq.) *Eckhel.* Cat. Vindob. II. 317. ſqq. et Num. Vet. 189. 269. 312.) *Erizzo* p. 665.) *Froelich.* 4. Tent. p. 305. ſqq. 461.) *Gesner.* Imp. Sect. VII.) *Gusseme* Diccion. I. p. 98. ſqq.) *Havercamp.* Alex. M. n. 47. 48. p. 110. ſq. et n. 64. p. 137.) *Haym.* Th. Br. II. 349 ſqq.) *Hulſ.* Num. Imp. p. 67.) *Khell.* Supplem. 143. ſqq.) *Mediob.* 317. ſqq.) *Muſell.* Imp. Tb. 172. ſq.) *Ei.* Num. Max. Mod. Tb. 3.) *Ei.* Suppl. Tb. 30. ſq.) *Occo* Num. p. 285) *Oiſel.* Theſ. Antiq. Num. Tb. 6. 35. 73. *Patin.* Imp. p. 345. ſq.) *Pedruſius* Tom. IV. Tb. 3. 4. et VII. Tb. 35. ſq.) Muſ. *Pembrok.* I. 31. III. 72.) — *Piſanum* p. 137. ſqq.) *Schulz* MzCab. II. 215. ſq.) Th. Reg. *Sueciae* Tb. 32.) Muſ. *Theupoli* p. 236. 594. 725. 802. 1019. 1168. ſq.) *Vaillant.* Num. Graec. 138. ſq.) *Ei.* Praeſt. I. p. 142. ſqq. II. p. 280. ſqq. III. 172. ſqq.) *Ei.* Select.) *Ei.* Abb. Campenſ. p. 79, ſq.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 15. p. 121.

Singulariter de *Alexandri Seueri* numis commentati ſunt: I. *Harduin* genealogie de l'Empereur *Severe Alexandre*, priſe ſur les médailles vid. Mem. de Trevoux. 1729. p. 1371. ſq. — Ioh. *Vignolii* diſſ. de anno primo imperii *Seueri Alexandri* Aug. quem praefert cathedra marmorea S. Hippolyti in bibliotheca Vaticana. Romae 1712. 4. *Ej* diſſ. II. apologetica de anno primo imperii Seu. *Alexandri* Aug. qua potiſſimum programma cycli paſchalis S. Hippolyti denuo exponitur et illuſtratur Romae 1714. 4. — Phil. a *Turre* de annis imperii M. Ant. Elagabali ac de initio imperii Seu. *Alexandri* diſſ. qua potiſſimum verus ſenſus programmatis cycli paſchalis S. Hippolyti reſtituitur et vindicatur &c. Venet. 1714. 4. — Virgin. *Valſecbii* diſſ. de initio imperii Seueri *Alexandri* Aug. Florentiae 1715. 4. — Franc. *Victorii* epiſt. de Muſei *Victorii* emblemate et de nonnullis numiſmatibus *Alexand.* Seu. ſecundis curis explanatis. Romae 1747. 4. — Ej. differt. apologetica de quibusdam *Alexand.* Seu. numiſmatibus. ibid. 1749. 4. — Paolo Mar. *Paciaudi* ſopra alcune ſingolari eſtrane medaglie falſamente credute d'appartenere al *Aleſſandro* Severo. in Neapoli 1748. 4. — *Rinck* de vet. Num. pot. et qualit. c. 7. p. 53. 74.

Ceterum de *Lampridio* recte *Cuſpianus* de Caeſaribus atque Imperatoribus Romanis fol. 98. ita iudicat; Omnem *Alexandri* (*Seueri*) vitam domeſticam atque publicam *Lampridius* tam diligenter perſcripſit, quae exſtat, vt ineptum ſit fruſtra omnia hic repetere. Quandoquidem veteres omnes eius vitae ſcriptores accurate perluſtrauit. Marium Maximum, Aurelium Philippum libertum patris, Gargilium Martialem, Septimium Acholium, Encolpium, et Deſippum, qui omnes iactura temporis perierunt. — Eodem *Lampridio* teſte, Alexander ille Chriſti imaginem in ſuo larario poſuerit, eique templum exſtruere, ac ipſum inter Deos recipere voluerit, deſtiterit autem, cum perhiberetur ab iis, qui conſulentes ſacra repererunt, omnes Chriſtianos futuros, et templa reliqua deſertum iri, ſi id optato eueniſſet. Alexandrum

drum vero religionem Chriſtianam haud amplexum eſſe, oſtendit: Io. Paul. *Hebenſtreit* diſſ. de primis Chriſtianorum Imperatoribus, Alexandro nempe Seuero, et Philippo. Ienae 1702. — Huius Alexandri *coniux* non Sulpicia Memmia, ſed *Salluſtia Barbia Orbiana* v. *ſuo loco*.

ALEXANDER AEMILIANUS (*Tiberius Ceſtius*) ſecundum alios *C. Iulius Aemilianus*, apud Aegyptios in Gallieni odium cogitur imperium ſuſcipere, virtutum merito Alexander dictus. Parata in Indos expeditione a Theodoto captus, et Gallieno miſſus carcere ſtrangulatur A. V. C. 1014. Chr. 261. — Eius numi neque aurei, neque argentei inueniuntur; aerei RRR. In iſtis IMP. CAES. AEMILIANVS P. F AVG. *al.* IMP. CAES. ALEXANDER AEMILIANVS P. F. AVG Caput radiatum.)(ADVENTVS AVG. AEGYPT. Mulier nuda humi procumbens. ſ. brachio innixa caniſtro floribus referto cum c. c. cui phoenix vel ibis inſiſtit. *al.* Figura equeſtris et miles cum labaro. *Guſſeme* Diccion. I. 49.) *Mdb.* 390. — IMP. AEMILIANVS PIVS FEL. AVG. Caput laureatum)(DIANAE VICTR. *al.* VICTRI *al.* VICTRICI. Diana ſuccincta ſt. d. iaculum. ſ. arcum. *Bandur.* I. 279.) *Strada* f. 143.) *Mdb.* 390.) *Guſſeme* I. 50. qui vero in dubio eſt, an huic vel Imp. Aemilio Aemiliano tribuendus ſit numus. — In inſcriptionibus apud *Golzium*: IMP. C. T. CEST. ALEX. AEMILIANVS. Α. Κ. ΤΙΒ. ΚΕΣΤ. ΑΛΕΞΑΝ. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Caeſar Tiberius Ceſtius Alexander Aemilianus Auguſtus.*)(L. A. *Anno Primo.* Æ 3. Bandur. I. p. 279. ex *Occone.* — De horum ſinceritate eruditi viderint, cum nulli in cimeliis reperiantur huiuscemodi numi.

ALEXANDER ſeu Phryx, ſeu Pannonicus origine, *tyrannus* ſub Maxentio, in Africa imperii inſignia adſumſit, Auguſtusque dictus eſt A. V. C. 1061. Chr. 308. ex *Tillemont.* Victus, captus et occiſus eſt 1064. Chr. 311. Sext. Aurel. *Victor* de Caeſar. *Zoſim.* L. II. — *Nigrinianus* non videtur eius filius fuiſſe. v. *Nigrinianus.* — Aurei numi non obſeruantur. Argentei ac aerei omnes RRR. *Golzius* Latinos, Graecosque vulgauit c. inſcr. IMP C. ALEXANDER P. F. AVG. cum capite laureato; *al.* diademato. — In aliis legitur IMP. ALEXANDER P. F. AVG. eodem cum capitis ornatu.)(INVICTA ROMA FELIX CARTHAGO vel KARTHAGO. in ima parte P. K. fig. mul. ſtolata ſt. d. ſpicas, ſ. papauera. AR. Æ. *Triſtan.* III. p. 440.) *Bandur.* II. p. 161.) *Birag.* Num. Imp.) *Mdb.* 445.) *Guſſeme* Diccion. I. 109. —)(ROMAE AETERNAE. Roma ſedens in templo ſex columnar. d. victoriolam, in imo PTR. Æ. 3. *Band.* l. c.) *Guſſeme* p. 110. —)(VICTORIA ALEXANDRI AVG. N. Victoria gradiens, d. lauream palmam, infra P * X. *Guſſeme* ib. - Addunt praeterea *Golzius* et *Occo* quosdam Alexandrinos, ſeu Aegyptios, in quibus: Α. ΚΑΙϹ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΕΥϹ. ΕΥΤ. ϹΕΒ. *Imperator Caeſar Alexander Pius Felix Auguſtus*)(L. A.) L. B.) L. Γ.) L. Δ.) *Anno* 1. 2. 3 vel 4. Sed iſti ex *Bandurii* et *Guſſemii* ſententia ſunt vel ficti, vel ad Alexandrum Seuerum pertinent, quia ſecundum *Bandurium* II. p. 161. poſt Diocletiani tempora nulli exſtant Aegyptiorum numi.

ALEXANDER AVGVSTVS, tertius Baſilii et Eudociae filius, mortuo fratre Leone principatum pro tutore Conſtantini, filii Leonis iniit. Nec in aureis, nec in argenteis legitur; in aereis autem fratris Leonis RR. *Vaillant.* Praeſt. III. p. 297.) *Bandur.* II. p. 729.

ALEXANDER, M. Antonii e Cleopatra regina filius, rex Armeniae. Quem *Triſtan.* et *Seguin.* ei tribue-

tribuerunt nummum, aliis ſuſpectus videtur, vel Alexandro Balae, regi Syriae tribuitur. *Guſſeme* Diccion. I. 98.) *Patin.* Imp. p. 24.

ALEXANDER PIVS FELIX AVG. cognominatus eſt Alexander Seuerus adulatione a praedeceſſoribus repetita. Perperam *Harduinus* Oper. Sel. p. 819. et 823. arbitratur, numos ex aere maximos, in quibus titulus *Felicis* Alexandro adſcribitur, adulterinos eſſe; namque eorundem auctoritas pluribus aliis ex genuino Æ max. numo in Muſ. *Alb.* II. p. 4. comprobatur.

ALEXANDR. *Alexander*, omiſſa E littera. Caput Alexandri Seueri laur. COL. AVG. TRO. *Colonia Auguſta Troadenſis.* Tripus Æ S. *Theup.* 730. — M. AVR. S. ALEXANDR. VG. (*ſic*) *Marcus Aurelius Seuerus Alexander Auguſtus.* n. Alexandriae Troadis.

- *Alexandria.* ALEXANDR. AEGYPTI. Palma pulcerrima, quam corona hederacea circumdat. Ꝝ. M. Antonii. *Golz.* Faſt. p. 199.) *Mdb.* 19.

ΑΛΕΞΑΝΔΡ. *Alexandria*, vel *Alexandriana.* ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡ. ΑΔΡ. ϹΕΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡ. v. *Tarſus.*

- Ἀλεξάνδρου, *Alexandri*, Claua, arcus, et pharetra, in area caduceus. *al.* tridens. *al.* vua. *al.* Δ. Æ 3. Alexandri M. *Theup.* 1216. — Α. . . . ΑΝΔΡ. ΒΑΣΙ. *Alexandri Regis*, Theopatoris, vulgo Balae. Ancora.)(Rota, vel ſimile quid, ſine epigr. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syriae Tb. 9. n. 35. p. 67.) *Muſell.* Suppl. Tb. 2. n. 3.

- ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Alexandri Regis*, Eques, in area monogrammata.)(Caput diademate vel faſcia redimitum. Æ. Alexandri Caſſandri F. *Heym.* Th. Br. II. Tb. 2. n. 2. p. 15.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ, *Alexandra.* Caput muliebre cum proboſcide elephantina, ante quod aſtrum. aer. 2. Galbae ab Alex. Aegypti. *Theup.* 1105.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑϹ, *Alexandrae* nomen muliebre in n. Byzantinor. c. epigr. ΕΠΙ ΑΡ. ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ ΤΟ Β. ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΑϹ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, *ſub Praetore Dionyſio Iterum Et Alexandra Byzantiorum.* Solebant aliquando vxoris nomen adponere Byzantii. Delphin inter duos pelamides. Æ 2. Gord. Pii. *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme* I. 428.

ALEXANDREA, *Alexandria*, Gr. Ἀλεξάνδρεια. Vrbium nomina, in *ea* exeuntia proparoxytona, dubium accentum apud Latinos habent, prout in *ea* vel *ia* cadunt. vid. EIA. — *Horatius* L. IV. od. 14. *Alexandrea* ſcripſit, atrecta penultima.

- ſub capite muliebri turrito ac diademate cincto, quod eſt vrbis *Alexandriae Aegypti* ſymbolum.)(M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REG*is*. S. C. Lepidus ſtans Ptolemaeo Iuniori, cuius *tutor* aliquando fuit, coronam imponit. Ꝝ. Aemiliae gentis *Golz.* Faſt. p. 129.) *Guſſeme* I. 92.) *Iobert* I. Tb. 6. n. 1. *it.* Kenntniſs Antik. Münzen I. 6. 1.) *Morell.* Th. fam. g. Aemiliae n. 8. p. 643. ſq.

- et caput galeatum. n. Othonis. *Pembrok.* III. Tb. 86. n. 4. Apud alios ligitur: ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ.

- et caput muliebre elephanti proboſcide ornatum, ante quod aſtrum Æ 2. Galbae. *Eckbel.* Cat. *Theup.* In al. deeſt aſtrum. Æ 2. Othonis. *ib.* et *Morell.* Imp. II. in Othone n. 10. —

- Caput muliebre ornatum exuuiis capitis elephanti. Æ 2. Titi. *Morell.* Theſ. Imp. II. in Tito Tb. 13. n. 11. p. 386.

ALE-

ALEXANDER. Vrbis genius, mulier ſt. veſte ſuccincta exſerta d. mamma, capite elephantinam galeam gerens, d. lauream coronam offert, ſ. labarum vel vexillum tenet. Æ 2. Eiusd. *ibid.* n. 12. Variat huius numi pictura apud *Hauercamp.* Th. Reg. *Sueciae* Tb. 52 p. 334. et *Theup.* 1109. vbi mulier ſ. ſpiculum gerit. *Guſſemé* autem Diccion. I. p. 91. et *Vaill.* Num. Gr. epigraphen legerunt: ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, et mulieri d. cornucopiae dederunt.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. *Alexandriae* aut Africae caput proboſcide inſigne elephantis. Africa enim prouincia multarum ferax earum belluarum fuit. AR. R. Galbae *Vaill.* Pr. II. 75.) *Guſſeme* I. 90.) *Morell.* Imp. II in Galba Tb. 3 n. 28. — *it.* aer. 2. addita ante Alexandriae faciem capeduncula, *al.* aſtrum conſpicitur. *Morell.* Tb. 5. n. 17. 18. — *it.* aer. 2 Othon. *Vaill.* Gr.

- Mercurius medio corpore tenus. n. Galbae. *Guſſeme* ib.) *Vaill.* Num. Gr.

- Mulier ſt. ſpicis coronata, d. coronam, ſ. palmam. Eiusd. *ib.*

- L. A. *Anno Primo* Caput muliebre in proboſcide elephantis. n. Othonis. *Guſſeme* I. p. 91. — *al.* mulier in proboſcide ſt. d. laur. Eiusd. *Guſſemii* ib.

- L. B. *Anno Secundo.* Africae caput cum proboſcide. n. Galbae *Vaill.* Gr.

- Mulier proboſcide ornata d. coronam, ſ. haſtam. Æ 2. Veſpaſiani. *Guſſeme* ib.) *Vaill.* Gr.

- Mulier ſuccincta ſt. d. c. c. ſ. haſtam. Æ 2. Titi. *ibid.*

- Caput muliebre turritum. n. Macriani Sen. *Patin.* Imp. p. 421.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, *Alexandrea* certamina anniuerſaria, quae ab Alexandro M. potius, quam ab Alexandro Seuero nomen obtinuerunt, aut fortaſſe ab vtroque. v. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. — Alexander, etſi generaliter ab athletarum natione abhorreret, neque pugillatus neque pancratii certamina exhibuerit, ex *Plutarcho*; tamen alia non reſpuebat. In eius honorem certamina Alexandrea inſtituerunt *Byzantini*, in Philippi quondam poteſtatem redacti, quae poſt tot ſaecula ſub Gordiano Imperatore, qui Thraciam barbaris liberauerat adhuc celebrarunt. Teſtis eſt Gordiani Pii numus ΕΠΙ ΑΡ. ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ ΤΟ Β. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ *Sub Archonte Dionyſio Iterum Byzantiorum Alexandrea.* Menſa, ſupra quam duae vrnae *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme* Dicc. I. 428. — Similiter *Odeſſus* Moeſiae vrbs Gordiano, quod barbaros ex prouincia ſua expulerit, illique tanquam alter Alexander adfuerit, memor numos cudit c. inſcr. ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ. Vrna, in qua palmae ramus, ſupra eam ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. — Pari ratione *Philippopolis* Thraciae vrbs et metropolis, a Philippo Macedonum rege reſtaurata, in Alexandri eius filii honorem Alexandrea certamina inſtituit, quae in frequentibus Caracallae numis expreſſa videntur, quod ex Communis Thraciae impenſis in eius principis conſpectu celebrati ſint, cum Alexandri M. amantiſſimus fuerit, ex *Dion.* Hinc legitur ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑ. vel ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ, *Commune Thracum Alexandrea Philippopoli.* Menſa, ſupra quam vrna, in qua quatuor poma, infra menſam vas et palmae ramus. *Vaill.* Num. Gr. p. 330.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ vel ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ ΠΥΘΙΑ, *Alexandria Pythia* certamina in Caracallae numis a Communi Thraciae in vrbe Philippopoli cuſis. Coniunxerunt Alexandria cum Pythiis, cum Caracalla Philippopolitas pronuntiauit neocoros. v. ΠΥΘΙΑ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, *Alexandrinorum*, quorum concordia cum Epheſiis in numis

numis variis, variisque typis expreſſa. vid. ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. — *al.* addita ΟΜΟΝΟΙΑ vocabulo. — ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. — ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕCΙΩΝΚ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. — ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. — ΚΟΙΝΟΝ ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. — ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΡΔΕΩΝ. — ΕΦΕCΙΩΝ ΤΥΧΗ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. Iſ. *Voſſius* ad Catull. p. 206. eiusmodi numos non de Alexandrinis Aegyptiis, ſed male de Alexandria Troados in Aſia explicauit; Ad Alexandrenſes autem Aegypti refert *Spanh.* Obſeru. ad Callim. p. 741. 745.) *Guſſeme* Diccion. I. 92. III. 145. 146. 148. 149.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΑΠΑΜΕΩΝ. vid. *Apamea.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΕΤ Ρ. *Alexandrinorum Anno* . . Mulier ſt. d. temonem, ſ. c. c.)(Caput mul. turrit. Alexandriae Aegypti. *Guſſeme* I. 90.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ ΙCCΟΝ ΕΤΟΥC ΑΠΡ. *Alexandrinorum Ad Iſſum Anno* 181. Vrbs et ſinus maris Iſſus erat, cuius epocha V. C. 686. Chr. 68. ex *Froelich.* Not. Elem. p. 43. Fig. togata, ſeu Traianus ſt. d. pateram ſ. cartham inuolutam, i. e. immunitatum diploma.)(ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟCCΕΒ. *Imp. Caeſ. Nerua Traianus Aug.* Huius caput laur. Æ 3. Trai. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 92.

- ΚΑΤ ΙCCΟ. ΕΤ. ΒΠC. *An.* 282. Alexander ſeminudus ſt. d. pateram, ſ. haſtam. Æ 3. Caracallae. *ibid.* — *al.* Fortuna ſtolata ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ 3. Eiusd. *ib.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΟΙΝΟΝ L Γ *Αυτο-νομος γ' Alexandrinorum Commune,* ſiue *Communitas, Anno Tertio.* Victoria alata, ſ. palmae ramum tenens, ac inſiſtens roſtratae nauis prorae, aquilae legionariae coronam lauream imponit.)(L. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΤΟΚ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. *Caius Caeſar Imperator Pontifex Maximus.* Caput Iul. Caeſaris laur. Æ. *Golz.* *Raſche Lex. Num.*

Tb. 10. n. 1.) *Nonn.* Tb. 9. n. 3. vbi tota non ſolum figura inuerſa, ſumma ſculptoris incuria, data eſt, ſed et antica male huic poſticae adſignata, cum n. 15. loco 23. eſſe debeat, ceu ex prima *Golzii* editione conſtat.) *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. p. 27.) *Occo* p. 12.) *Morell.* Theſ. Imp. I. Tb. 8. n. 11. 12. p. 95.) *Ei.* Num. Conſul. in Fam. Iulia Tb. 20. n. 4. vbi dum *Nonnium* incaute ſecutus eſt, eidem et falſam adſignauit anticam, nempe cum hac inſcriptione: Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΩΝ, cum capite Caeſaris laureato pone cum lituo.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ Π. ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟ ΖΜΙΘΕΟΣ ΣΛΕ. *Alexandrinorum Ad Scamandrum* fluuium *Apollinis Sminthei, Anno* 235 Diana ſtans cum arcu et pharetra.)(Caput Apollinis laur. *Muſſei.*) *Guſſeme* VI. 449. — Vrbs Troas ſita ad fluuium Scamandrum dicta fuit Alexandria, ſita in regione Troade. Epocha incerta forte ab Alexandro M. deſumta eſt, vnde nomen. *Froelich.* Not. Elem. 62. 72.) *Zaccar.* Inſtit. Num. 354.

ALEXANDRI AVG. N. *Auguſti Noſtri.* v. VICTORIA.

ALEXANDRIA Aegypti. Caput turritum. AR. 1. Othonis, ex *Galland. Mdb.* p. 103.) *Guſſeme* I. 91.) *Pembrok.* III. Tb. 10. n. 2.

- Fig. muliebris tunicata ſt. d. ſiſtrum ob Iſidis cultum, quae credita eſt Aegypti genius, qui per ſiſtri motum Nili acceſſum ſignificabat; ſiniſtra ſitulam, per quam omnium lacunarum fluentiam oſtendebat. AR. R. Hadriani. *Guſſeme* I. 92.) *Mdb.* 174.) *Oiſel.* Tb. 34. n. 6.) *Vaill.* Pr. II. 137.) *Theup.* 168.

- ſt. d. ſiſtrum. Æ eiusd. *Mdb.* 174.

ALEXANDRIA humi deſidens, d. ſpicas, ſ. racemum cum botris, et ſimul caniſtro frugibus referto innititur, pro pedibus tres ſpicae. Æ 1. 2. Hadr. *Arſchot. Hemelarii* Tb. 39. n. 9.) *Arſchot., Rubenii* Tb. 39.) *Eckhel.* Cat. II.) *Guſſeme* I. 92.) *Hantbaler* Exercit. V. Tb. 2. n. 2.) *Mdb.* 174.) *Muſell.* Tb. 77. n. 8.) *Oiſel.* Tb. 34. n. 6. 8.) *Patin.* Imp. 192.) Th. Reg. *Sueciae* Tb. 12.) *Schulz* MzCab. II. 99. *Theup.* 461.) *Vaill.* Pr. I. 57.

- ſedens, d. ſpicas, ſ. cornucop. ſiniſtro cubito nixa panario. Æ. Hadr. *Mdb.* 174.) *Oiſel.* Tb. 34. n. 8.

- COS. II. S. C. Fig. mul. ſtolata ſt. d. caniſtrum cum frugibus, ſ. ibim auem. Æ 1. RRR. Æ 2. R R. Anton. Pii *Guſſeme* I. 92.) *Mdb.* 193.) *Vaill.* Pr. I. 72. — *al.* gradiens, d. caniſtrum frugibus plenum, pone tres ſpicae e terra erumpunt, fertilitatem indicantes. Aegyptus enim, cuius caput erat Alexandria, Siciliam, Italiam, Graeciam, totasque paene maris mediterranei accolas ſuis nutriebat meſſibus. Æ. Einsd. *Mdb.* 193.

- COS. III. S. C. Figura ſt. d. aliquid quadratum, ſeu librum, vel ciſtam, ſiniſtra ibim. Æ. Eiusd. *Mdb.* p. 195.) *Triſtan.* I. 574.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. Aelius currens in equo. Æ 1. L. Aelii. *Guſſeme* I. 92.) *Vaill.* Gr.

ALEXANDRIA totius Aegypti vrbs princeps et ſedes regum Lagidarum, omniumque Graecarum artium et diſciplinarum, nec non mercaturae opulentiſſimae. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. 769. ſq. De origine vrbis et conditore res nota eſt ex ſcriptoribus rerum Alexandri *Diodoro*, *Curtio*, *Plutarcho*, *Arriano*, *Amm. Marcellino*, vt et ex *Plinio* L. V. c. 10. — Λεοντόπολις interdum adpellata, teſtantibus *Euſtachio* Commentat. ad Dionyſii Perieg. v. 254. et *Stephano* de Vrbib. voce Ἀλεξάνδρεια. Cuius denominationis rationes protulit *Schlaeger.* Comment. de Numo Alexandri M. p. 23. ſq. — Ab Antonio triumuiro adpellata eſt *Roma*, cum in ea tertium conſulatum geſſiſſet. Sub eo nomine illius triumuiri numi apud *Patinum* cuſi ſunt, quod nomen in Galba et Othone retinuit. *Vaill.* Pr. II. 76. vid. ΡΩΜΗ. — Ab Auguſto Ao. 724. ſub poteſtatem P. R. redacta eſt Alexandria. — Frugibus abundans; hinc de Alexandrino frumento, et Alexandrino ſtatu, ſeu commeatu frumentario ex Alexandria Conſtantinopolin transferri ſolito, conſtitutiones in vtroque codice. — In numis legitur ΑΛ. ΑΕ. — ΑΛΕΞ. ΑΙΓ. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. — ALEXANDRIA. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ. vid. *ſuis locis.* — Praeter Paul. *Pedruſi* nouvelle conjecture pour expliquer une Médaille frappée à Alexandrie en Egypte, quae legitur in Memoriis Triuult. 1704. p. 1938. ſq. plurimos numos Graecos ab Aegyptiis, ſeu Alexandrinis ſub Imperatoribus percuſſos recenſent *Bandurius* Numiſm. Imp. Rom. I. et II.) *Eckhel.* Cat. Vindob. P. I. p. 264. ad 282.) *Froelich.* Adpendicula ad numos vrbium Graece loquentium, inſerta eius 4. Tentam.) *Eiusdem* Adpendicula noua altera, annexa opuſculo de Famil. Vabullathi.) *Golz.* Num. Imp.) *Guſſeme* Diccionario Numiſmatico general. P. I. p. 89. ad 92.) *Morell.* Theſ. Imp.) Muſeum *Theupoli* p. 1097. ad 1196.) *Vaillant.* Num. Imp. Graec. *aliique*, in quorum collectionibus occurrunt vulgo *Alexandrini* nuncupati. Ad iuuandam a *Froelichio* coeptam Auguſtorum chronologiam ex ſolis Alexandrinis, communicauit Baro de *Stoſch* ingentem numorum Aegyptiarum catalogum, qui vero lucem non vidit.

Series

Series numorum

Alexandriae Aegypti

ſub Imperatoribus, omiſſo plerumque vrbis nomine. *Vaillantii*, atque aliorum ſequimur morem, qui etiam Aegyptios numos, nomine vrbis carentes, Alexandrinis addiderunt. Frequentius inſertae ſunt litterae LA LB LΓ LΔ LE LI etc. Si quas varietates deprehendi contingat in hisce annorum notis, quae in numorum ſchematibus alias ſculptae cernuntur, et quas typographus protulit, id tribuatur, neceſſitati iis vtendi typis, quas opportunitas obtulit typothetae. — De littera illa L. in numis Aegyptiacis exhibita conſulendus eſt *Schlaeger*. Comment. de Numo Hadriani plumbeo. c. 9. p. 117. ſq.

a) *Auguſtus.*

ΑΛΛΙΒΑΝΩΝ, an ad Allipham Samnii ciuitatem, an ad Alabum Siciliae Fluuium referri poſſit? v. Alaeſae.

Alliena gens, cuius nomen, omiſſis derivationibus variis, quas *Morell.* Th. Fam. p. 15. protulit, nomen ab Allia gente, quae poſtea Aelia, de qua ſupra p. 119. deductum eſſe videtur. *Vaill.* Fam. I. — *Aulus Allienus* tempore belli ciuilis, legatus Q. Ciceronis in Aſia, ſecutus eſt partes Caeſaris, ſub quo proconſule Siciliam obtinuit, quod denarius teſtatur, in quo C. CAESAR IMP. COS. ITER. *Caius Cae-*

ſar

ſar Imperator Conſul Iterum. Caput Veneris.)(A. ALLIENVS PRO-COS. Figura nuda, pede d. prorae impoſito, d. triquetram, Siciliae ſignum, ſ. demiſſa. *Vaillantius* figuram putat muliebrem; *Morellius* vero virilem agnoſcit, et genium Pop. Rom. exprimi exiſtimat. Ediderunt hunc denarium *Golz.* in faſtis Rom. ad annum 705. p. 178. fg. 1.) Idem *Golzius* in Iulio Caeſare Tb. 10. n. 11. *Nummius* Tb. 9. n. 8. et 11. vbi tamen et figurae et litterae, incuria ſculptoris, inuerſae conſpiciuntur.) *Morell.* Th. Fam. in Alliena n. 1. p. 15. *et* in Iulia Tb. 3. n. 4. p. 206. *it.* in *ei.* Th. Imp. in Caeſare Tb. 5. p. 73.) *Vaillant.* in Fam. Alliena Tb. 9. n. 1. p. 63, *et* in Fam. Iulia Tb. 72. n 18. p 518.) *Vrſinus* et *Patinus* in Fam. Alliena Tb. 1. p. 15. *et* in Iulia Tb. 3. n. 4. p. 128. — De eodem A. Allieno, eodemque numo Hieron. de *Grandis.* Mſt.) *Eckhel.* Cat. II. p. 9.) *Guſſeme* I. 114.) *Mdb.* p. 4.

ALLIVS gentis Aeliae. Caput Apollinis, non Iouis Anxuris, vt *Vaillant.* coniecit, laureatum ſine barba, c. ep. AED. CVR. *Aedilis Curulis.* EX S. C.)(Aquila inſiſtit fulmini. Adſcribitur SEX*tus.* AL-LIVS Q F. CATVS. Hunc Æ. numum exhibent *Golz.* in Faſtis p. 117. ad A. V. C. 555.) *Morell.* Num. Conſular. p. 483. fg. 6.) *Vaill.* Fam. Aelia p. 15.) *Guſſeme* I. 37.

ALLOC. COH. *Allocutio Cohortium.* Ad quinque figuras Imp. loquitur. Æ Caligulae. *Arſchot.* Tb. 18. n. 1. 2.) *Mdb.* 78. In aliis ADLOCVTIO. vid. ſupra p. 66. 71.

Almum in Moeſia. ΑΛΜΩΝΙ. . Ν. Prora nauis, ſupra claua, a dextra pileus cum ſtella.)(Caput muliebre ſpicis ornatum. Æ 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 3. fg. 18.

Alontium, minus recte *Aluntium*, praeclarum quondam, et ſatis amplum oppidum in aquilonari Siciliae regione, haud procul a maris litore, poſitum in edito collo, et adſcenſu difficili, vti *Cicero* teſtatum reliquit Act. II. in Verrem Lib. IV. c. 23. Quo tamen ſignanter loco ſitum fuerit, dubitatur. — Bini tantum Alontinorum numi *Parutae* innotuère; reliqui, qui ſunt in Tab. XIV. *Torremuzzae.* Sicil. Num. p. 13. noſtris hiſce diebus obuenerunt. Omnes ſunt *aenei.* — 1. et 3. idem ex vtraque parte, ſed formae minoris non adeo obuii caput barbatum habent Iouis.)(Aquila alis expanſis vnguibus animal quoddam, c. inſcr. ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ, *Alontinorum.* Muſ. *Hunter.* Tb. 3. fg. 19. — 2. fere praecedentibus conſimilis, niſi quod ante aquilam ſit tridens. — 4. caput Herculis barbatum populea corona exornatum.)(Claua cum pharetra ead. c. epigr. *Hunter* Tb. 3. fg. 20. — 5. Herculis caput nudum. Suntque hi numuli 4. 5. non vulgares. — 6. cum capite Bacchi hedera coronato.)(ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ laureae coronae incluſa inſcriptione, protulit *Paruta.* — 7. idem *Paruta* edidit, in quo praeter caput Apollinis laurea cinctum corona, et ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ ſolita inſcriptione, exſtat ex alia parte bos cornupeta; eſtque is inter non obuios. *Guſſeme* I. 114. — 8. maximae raritatis prodiit e *Pellerin.* Vol. III. Tab. 109. Herculis caput pelle leonis tectum.)(Bos cornupeta cum ſolita populi adpellatione ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. — 9. 10. et 11. ſunt obuii et fere conſimiles, niſi quod aliquando differant forma galeae in auis capite deſinentis, qua Martis caput iuuenile eſt tectum.)(Bos cum capite humano, fluminis ſymbolum qui in 10. et 11. fontem euomat, addito in imo exergo n. 11. paguro, cum ſolita ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ epigraphe in omnibus. *Dutens* Tb. 2. fg. 8.) *Hunter.* p. 19.) *Theup.* p. 1245. Edidit huius generis vnum etiam *Paruta;* ad Mamercum tamen Catanae tyrannum falſo eum referens. — 12. numulus inter rariores accen-

accenſendus, habet in vna parte caput Mercurii petaſo tectum; et in altera caduceum cum inſcr. nitidiſſima ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. Huic ſimilem et Calactini percuſſerunt; finitima enim erant oppida Calacta, et Aluntium. v. *Calacta*.

ΑΛΩΡΙΑΤΩΝ. Ab *Holſtenio* Not. p. 28. adducitur et tanquam genuinus cum effigie Iouis.)(Vitis cum vuis e Pyrrho *Ligorio* apud Stephanum numus ΑΛΩΡΙΑΤΩΝ inſcriptus, ſed in quo, pro eiusdem *Ligorii* in tradendis Graecis numis incuria, ΑΛΩΡΙΤΩΝ, ab *Aloro*, nobili Macedoniae oppido, ſi talis exſtat numus, legendum eſſet.

ΑΛΩΡΙΤΟΥ, *Aloritis*, ab vrbe *Aloros* Macedoniae cognomen regis Macedonum ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΑΛΩΡΙΤΟΥ, *Ptolemaei Aloritis*.

Aloros, Macedoniae oppidum a *Plinio* L. IV. c. 10. *Scylace*, *Strabone*, *Mela*, *Ptolemaeo*, *Stephano* memoratum. v. quae diximus ad ΑΛΩΡΙΑΤΩΝ. — ΑΛΩΡΙΤΟΥ.

ΑΛΩΘΕΙΣΑ, *Capta*. ΠΕΡΣΙΣ ΑΛΩΘΕΙΣΑ, *Perſis Capta*. Alexander M. curru quatuor elephantorum inſidens etc.)(ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, *Alexander*. Huius caput galeatum. Æ 1. *Schulz* Numophyl. I. Tb. 2. fg. 3. p. 27.) *Cuper*. Exercitat. I. d. Elephant. p. 47.) *Geſner*. Num. Reg. p. 29.

ALPA iuxta *Morellium* duumuir coloniae Leptis, in cuius numo hinc caput galeatum et COL. VIC. IVL. LEP. illinc bos cum litteris P. ALPA. M. FVLVI. PR. IIVIR. Verius autem in numo gazae Gothanae nomen prioris duumuiri non eſt P. ALPA. ſed P. SALPA et typus non tam bouem, quam ſuem monſtroſo capite repraeſentat. *Liebe*. Goth. Num. p. 39.

ΑΛΦ pro ΦΛΑ. ſeu *Flauia* in n. Caeſareae in Palaeſtina, *Alphaea* pro *Flauia* falſo legit *Triſtanus* II. p. 168. errore ex litteris ΑΛΦ. in numo inuerſis. Id enim *Flauiae* nomen illi vrbi adhaeſiſſe ob deductam in eam a Flauio Veſpaſiano coloniam, et *Plinius* L. V. c. 13. docet, et alii numi cum adiuncta FLAVIAE adpellatione abunde arguunt, e c. COL. PR. FLAVIA CAESAREA. — Neque tamen ad ſimilem Flauiae adpellationem referri continuo debent eaedem litterae ΑΛΦ in numis Tyriorum et Tripolitarum in Phoenicia, vbi loci aeram 531. denotant addito aerae initio 442. habebis annum V. C. 973. *Vaill*. Num. Gr. p. 289. — Similiter iisdem ΑΛΦ litteris *Annus* 531. expreſſus in n. Rheſcuporidis I. Thracum regis. *Spanh*. I. 110.

Alphabetum, Gr. ἀλφάβητον, ex ἄλφα et βῆτα, ſeries litterarum in quacunque lingua. Alphabeti XVI. litterarum a Cadmo in Graeciam illati antiquitas an e numis vetuſtis probari poſſit? an Atticum dictum fuerit alphabetum Graecum poſt illud Cadmi ſeu Ionicum in Graeciam illatum? quando dici coeptum alphabetum Ionicum XXIV. litterarum? a quibus, et quales litterae prioribus, ſeu ſexdecim Cadmeis additae? a quo illud tandem conſtitutum? quando ab Athenienſibus receptum? ad haſce quaeſtiones reſponſionem ſatis plenam dedit *Spanhem*. I. p. 80. ſqq. — Item alphabeti Graeci characteres litterarum priſcarum accuratiſſime et inueſtigarunt et expoſuerunt *Montfauconius* in Palaeographia Graeca.) Edm. *Chiſhull* Comment. ad Inſcriptionem Sigeam.) *Hauercamp*. de Vet. Lit. Graec. Script. *aliique*. — Alphabetum Phoenicium, Punicum et Siculo-Punicum ad lectionem numorum Phoeniciae, nonnullorum Africae, et Siciliae vulgauit *Dutens* Explication de quelques Médailles pl. III. et addit Remarques ſur l' Alphabet Phénicien et Punique p. 88. ad 103. Pariter in eius ſecunda diſſertation ſur quelques Médailles Phéniciennes

du

du Cabinet de M. Duane p. 117. ad 156. — Etruſcorum antiquorum litteras XVI. earumque varias formas vetuſtiſſimas curauit depingendas et illuſtrauit Ant Franc. *Gorius* in Antiquitatibus Etruſcis. — Idem Etruſcorum alphabetum, vna cum litteris Graecorum primitiuis et dein communibus, aliorumque populorum veterum elementa vulgauit *Luis Ioſeph Velazquez* in proluſione inſcripta: Enſayo ſobre los Alphabetos de las Letras deſconocidas, que ſe encuentran en las mas antiguas Medallas, y Monumentos de Eſpaan, en Madrid. 1752. forma quatripartita. Quo in libro diuerſus litteram veterum ductus inquiritur, et ſimul annexis aeneis tabulis ad oculum demonſtratur. *Tabula* enim *prima* ſiſtit alphabetum Graecum commune, collatum cum Graeco primitiuo, cui ad latus poſita eſt Etruſcorum litterarum ſeries ac forma. — *Tab.* 2. continet Arcadicum, Pelaſgicum, Latinum antiquiſſimum, Gothicum et Runicum alphabeta, vti *Spanhem.* I. p. 113. 114. Gothicarum et Runicarum litterarum alphabetum iam ante diuulgauerat. — *Tab.* 3. Phoenicias ac Samaritanas litteras iuxta *Montfauconii* ab vna, et Eduard. *Bernardi* ab altera parte ſententias hinc inde diuerſas exponit, adpoſitis Hebraeorum, Chaldaeorum ac Syricorum litteris conſuetis. — *Tab.* 4. Diuerſas elementorum formas alphabeti a) Phoenicii ex mente *Scaligeri;* b) Samaritano-Phoenicii *Bocharti*; c) Samaritani *Waltonii;* d) Phoenicii *Chiſhullii;* e) Phoenicii *Swintonii*; f) Punici, et g) Phoenicio-Hiſpanici ex relatione *Rhenferdi.* — *Tab.* 5. recenſet alphabetum Celtibericum. — *Tab.* 6. indicat alphabetum Turdetanorum Hiſpaniae populorum. — *Tab.* 7. inſcripta eſt: Alphabeto Baſtulo-Phoenicio. — In ſubſequentibus Tabulis 3 ad 20. numi conſpiciuntur ex antiquiſſimis, varias elementorum formas dilucidius illuſtrantes.

Alphabeti litteras Plato cribrat, et omnibus elabentibus ſolum A in cribro relinquitur. v. *Adulterini.*

Alphabetum Latinum vel totum ſingulatim, vel ex parte deinceps, in quibusdam familiarum Romanarum denariis expreſſum obſeruatur. Sic in gente.

a) *Aelia* apud *Morell.* Fam. p. 1. comparent A. C. E. F. K. O. R. V. litterae.

b) *Antonia.* Caput Iouis barbatum laureatum. S. C.)(Q. ANTO. BALB. PR. *Quintus Antonius Balbus Praetor.* Victoria quadrigis vecta, d. ſcutum, ſ palmam, et habenas. Adſunt huius typi in *Cim. Vind.* p. 41. numi XLII. ea ſolum varietate, qua dimidia numorum pars, ſeu XXI numi ex parte capitis, reliqui XXI. in)(exhibent *alphabetum Latinum totum* ab A ad V, ita vt ſinguli numi ſingulis litteris ſint inſcripti, quorum et *Eckhel.* Cat. II. p. 10. ſqq. exhibuit XXXVIII. ſimul ac in addito XXXIX littera X in)(prioribus ſimili ſignata eſt.

c) *Calpurnia.* Caput Apollinis laureatum.)(PISO FRVGI. Equus, vel deſultor in equo decurrens. Obuii ſunt hi Calpurniae g. denarii, ſed in *Cimel. Vindob.* p. 41. adſunt diuerſi CXII., in quibus *totum alphabetum* ſingulatim comparet, plerisque litteris plus vna vice in variis numis vario modo expreſſis. *Eckhel.* Cat. II. p. 19. ſqq.

d) *Caſſia.* CAECIAN. Caput Cereris Spicis ornatum, retro alphabeti littera A, B, C, D, E, F, I.)(L. CASSI. Iugum boum ſupra N, vel Q, R, S, T, V, X. *Eckhel.* ib. p. 25.

e) *Clulia.* Caput Iouis laur. infra D. *al.* F.)(T. CLOVLI. Victoria tropaeum coronans, in imo K, N, O, Q, S, T, X. *Eckhel.* 28.

f) *Coelia.*

f) *Coelia.* Caput Romae.)(CALD. *al.* C. COIL. CALD. Victoria in bigis, infra A, *al.* B. etc. *totum* ſcilicet *alphabetum*, exceptis elementis duobus O, et R. *Cim. Vind.* p. 41.) *Eckhel.* 28. 29.

g) *Cornelia.* Caput Iouis laur.)(L. SCIP. ASIAG. Iupiter in quadrigis: vel ad Iouis caput, vel in auerſa parte *totum alphabetum* legitur, demto ſolo E. *Cimel. Vindob.* p. 42.) *Eckbel.* Cat. II. p. 32. 33.

h) *Crepuſia.* Caput Apollinis laur. addita littera vel A, C, D, E, F, G, K, L, M, N, R, T. *Eckbel.* p. 35.

i) *Fabia.* Caput muliebre turritum et velatum, retro A, B, C, I, M, N. — *Al.* EX A. PV. Caput ſimile.)(Victoria in bigis. adſcripta littera A, B, D, F, L, R, V. *Eckbel.* p. 37.

k) *Fonteia.* Caput Iani geminum, iuxta F, K, O, P, Q, R, S, X. — *Al.* MV. FONTEI. Triremis, infra D, F, G, H, M, P. *Eckbel.* 38.

l) *Fundania.* Caput Romae, retro A, D inuerſa, E, L, N, S. *ibid.*

m) *Herennia.* PIETAS. Caput Pietatis.)(M. HERENNI. Pius ciuis Catanenſis parentem humero effert. In area *totum* deinceps *alphabetum* conſpicitur, deficiente ſolo I. *Cimel. Vind,* p. 42.) *Eckbel.* Cat. II. p. 40.) Theſ. *Morell.* Fam. Herennia p. 193. etiam quasdam earum protulit.

n) *Iulia.* CAESAR. Caput Palladis gal.)(L. IVLI. L. F. Venus in bigis Amorum; vtrimque littera vel D, F, G, ꓶ, N, Q, R, S. apud *Eckbel.* II. 44. ſed praeter eas in Theſ. *Morelliano* Fam. Iul. Tb. 1. n. 4. vtrimque K, Ӿ, L, P. occurrunt.

o) *Iunia.* Caput Romae, retro *totum alphabetum* ſingulatim comparet, ſolis Y et Z deficientibus. *Eckbel.* 45.

p) *Mamilia.* Caput Mercurii, retro caduceus et A, E, I, L, M, N, S. *Eckbel.* 49.) Apud *Morell.* p. 258. A, E, I, L, M, V. litterae ſunt expreſſae.

q) *Memmia.* ROMA. Caput Saturni laur. retro falx, iuxta A, C, E, F, ꓶ, H, K, M, O, P, Q, R, S, V. vt typi partim *Morelliani* p. 278. partim deſcriptio *Eckbelii* l. c. 52. nos docent.

r) *Naevia.* Caput Veneris, retro S. C. iuxta A, C, D, F, V. *Morell.* Fam. 292.) *Eckbel.* 54.

s) *Poblicia.* ROMA. Caput Romae, ſupra B, C, D, E, F, G, H, L, N, O, P, Q, R, S, V. quae litterae et in eadem)(deinceps obſeruantur. *Morell.* Fam. 332. 333.) *Eckbel.* 60.

t) *Quinctia.* TI. Q. Vir in equo alium praeteroa ſeſſore vacuum ducens, infra mus, ſuperne B, F, H. I, R, S, T. *Eckbel.* 64.

u) *Sentia.* ARG. PVB. Caput Romae.)(L. SENTI. C. F. Iupiter in quadrigis, ſupra A, B, E, F, H, K, M, R, T, X. *Morell.* 382.) *Eckbel.* 67. — *Al.*)(L. SATVRN. Saturnus in quadrigis. In hisce Sentiae familiae nummis *totum alphabetum* deinceps comparet, varia etiam litterarum forma, vel modo collocandi. *Cim. Vind.* p. 42. Apud *Morell.* Fam. p. 382. et in *Eckbel* Cat. II. 67. exhibitur A, ⋗, B, ꟽ, C, D, ᗡ, Ɒ, E, F, ꟻ, Ω, Ξ, I, ⊣, ⋈, L, M, N, O, P, ꟼ, Q, R, Ꞩ, T, V, X.

x) *Seruilia.* Caput Romae.)(M. SERVEILI. C. F. Duo equites cum gladiis et clipeis demiſſis equis pedeſtrem pugnam ineunt, in imo A. pone Romae caput ∗. *al.* hinc ⊕, inde

D. *al.* hinc T. inde F. *al.* hinc P, inde H. *al.* hinc H, inde S. *al.* hinc K, inde Q. *al.* hinc A, inde O. *al.* hinc M, inde N. *al.* hinc ⊙, inde R. *al.* hinc . . . . inde K. *Morell.* 387.) *Eckhel.* 68.

y) *Sulpicia.* C. SVPICI. C. F. Duo milites ſtantes cum haſtis ſcrofam humi iacentem dextra indicant, ſuperne A, C, D, F, L, N, P, Q, R, S, V. *Morell.* 407.) *Eckhel.* 70.

z) *Thoria.* L. THORIVS BALBVS. Taurus currens, ſuperne A, et ſic per *totam alphabeti ſeriem* vsque ad X. *Ciniel. Vind.* p. 42.) *Eckhel.* Cat. p. 71.) *Morell.* Fam 415. et II. 476. tantummodo litteram P. oſtentat, vt *Wachter* Archaeol. Num. p. 142. vnicam litteram S.

aa) *Titaria.* Caput Iouis laur. retro A, C, E, I, K, M, V, X.)(P. SABIN. Q. Victoria coronans tropaeum, retro eadem littera, quae in antica parte ſignata cernitur. *Morell.* 421.) *Eckhel.* 72.

bb) *Vibia.* PANSA. Caput Apollinis laureatum, iuxta A, C, D, I, K, M, O, P, R, S, V, X, Y.)(C. VIBIVS C. F. Pallas d. tropaeum, ſ. haſtam in citis quadrigis. *Morell.* Fam. Vibia Tb. I. p. 453.) *Eckhel.* Cat. II. p. 74.

Alphaea, *Alpheaea*, vel *Alphiaea*, Gr. Ἀλφειαία cognomen Dianae. *Gyrald.* Syntagm. XII. p. 373. — Depicta illa conſpicitur in Æ 2. vel 1. Anemuricnſium: hinc caput Valeriani Senioris; inde ΕΤ. Β. ΑΝΕΜΟΡΙΕΩΝ, *Anno Secundo* Valeriani. Figura faſciis toto corpore obuoluta, ſolo capite exſtante, quod velo tegitur vsque ad pedes defluente prope quos, vtrimque adſtat animal ceruae omnino ſimile; figura ipſa exſerta manu d. grana quaedam ſpargit, ſ. ramum tenere videtur. Æ 2. vel 1. Rariſſimo hoc typo *Dianam Alphiaeam* vel *Elaphiaeam* dictam repraeſentari, cenſet *Froelich.* Adpend. II. nou. ad Num. Vrb. Graec. p. 113. n. CII. fretus auctoritate *Pauſaniae* L. VI. ſeu Eliac. poſter. c. 22 vbi ita habet de Diana agens: „Elaphiaeam autem adpellarunt Elii Dianam, à ceruorum, vt mihi videtur, venatione; Ipſi vero Elaphium nomen eſſe dicunt indigenae mulieris, atque ab eadem enutritam eſſe Dianam.“ Faſciis ergo inuoluta exhibetur, tanquam ſub nutricis Elaphii cura conſtituta; porrecto autem ramo, ſparſisque granis, ſiluarum et ferarum curam ſe habere Diana oſtendit.

Alpheus Arcadiae fluuius, Gr. Ἀλφειός, qui prius Stymphelus, Στύμφηλος, dictus eſt, de quo *Plutarch.* de Fluuiis p. 67. edit. Tolosae 1615. et *Mauſſaci* nota p. 311, ſq. — Alphaei huius fluminis, et Arethuſae fontis capita coniuncta in numo ex coniectura *Goltzii* Tb. 4 n. 5 6. cf. *Fulgent.* Mythol. L. III. c. 12.

ΑΛΡ. *annus* 131. *Aſcalonitarum*, qui ex computo aerae capitis 650. dat annum V. C. 781. — ΑΚΡ. et L. ΑΛΡ. *annus* 131. *Gaderenſium*, qui illius libertatis epochae 690. additus, cadit in A. V. C. 821. ad cuius Iunii decimum ſe Nero, cuius numus eſt, occidit. *Vaill.* Num. Graec. p. 265.) *Noriſ.* Epoch. Syrc. Mac. Diſſ. XII. c. 9. §. 1.

ΑΛΣ. *Scepſiorum* Troicae *annus* 231. — ΑΛΣ epocha annorum 231. *Antiochenſium* Syriae, quae incidit in tempora Antiochi X. vulgo Pii. cf. *Noriſ.* Epoch. Syr. Maced. diſſ. III. c. 3. — ΑΛΣ. *annus* 231. *Arſacidarum.* n. Arſacis XV.

ALSAN. Athletae nomen *Hauercampio* ignotum. Legitur in numis eius contorniatis fig. 6. et 7. In vtriusque antica HORATIVS depictus cernitur. In ſexto, qui eſt Hauercampii, vultus eius iuuenilior eſt,

eſt, et ſimplicior; in 7. quem publicauit *Patinus* in fine notarum ad *Suetonium* eſt acrior, et aetate prouectior. In)(vir capiſtro ducit equum, qui in vtroque palmam ex capite habet dependentem. Plura *Havercamp*. l. c.

ΑΛΤ. *Tripolitarum* Phoeniciae *anno* 331. aerae ſuae Seleucidarum, qui ex computo eius capitis 442. correſpondet anno V. C. 772. cuius autumno illa coepit, et Tiberius Aſiae ciuitates terrae motu dirutas reſtituit. n. Tiberii. *Vaill*. Num. Gr. p. 288.

Altaria ſunt, in quibus ignis adoletur. Ab altitudine dicta ſunt altaria, quod antiqui diis ſuperis in aedificiis a terra exaltatis ſacra faciebant; diis terreſtribus in terra, diis infernalibus in terra effoſſa. *Feſtus* p. 249. edit. *Godofr*. Ineptiunt itaque, qui *altare* ex *alta ara* compoſitum credunt, vel a ſupino *altum* putant nuncupatum, quod igni in eo addantur alimenta, velut obſeruat *Voſſius* Etymol. ſub *Altare*, p. 28. — Varias altarium formas e numis collegit Muſ. *Pembrok*. III. Tb. 38. — *Altare* vmbraculi modo cum quatuor columnis; duabus rotis impoſitum, in quo Aſtartes ſimulacrum. n. Sidoniorum. vid. *Ara*.

ΑΛΘ infra n. Apameae in Syria.

A LVC. *Lugduni* in *prima* officina, in area et ſubſignatione n. Cari.

Alvearia duo, *al*. aduolantibus apibus. n. Dyrrhachii Illyrici.

Aluntium Siciliae, rectius ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ in numis legitur. v. *Alontium*.


Aluona in Illyria Ptolemaeo Ἀλούωνα, quae etiam *Plinio* eſt *Aluona*, hodie *Albona*. *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. 488. — Huic vrbi tribuitur numus Æ 2. Caput in eo *Raſche Lex. Num.*

galeat. ad d.)(ΑΑΤ Caput Herculis pelle leonis tectum ad d, pone claua. Muſ. *Hunter*. Tb. 3. fg. 21.

ALVSIT. *Aluſitius* nomen in numis ſcriptum, ſed *Aluſitiae* gentis nulla apud auctores eſt mentio.

ΑΑΤ. vid. *Aluona*. it. *Alyzia*.

Alyatta Bithyniae. Caput galeatum.)(ΑΛΥΑΤΤΗΝΩΝ. Lyra. *le Bret*.

Alyattes vertit *Wachterus* monogr.  quod alias *Atys* legi ſolet. Phrygiae, Lydiaeue reges fuerunt, iis nominibus noti. *Spanhemius* illud inſignis vetuſtatis numiſma exhibuit, hinc caput Phrygio pileo tectum imberbe, illinc monogramma. *Froelich*. Elem. Num. Tb. 3. fg. 23. p. 139.

ΑΛΥΑΤΤΗΝΩΝ. v. *Alyatta*.

Alyzia Acarnaniae, dicta Graecis Ἀλυζία, *Stephano*, et *Ptolemaeo* Ἀλύζεια, nonnulli variant; nam *Xenophon* Hiſt. Graec. Ἀλυζία, et Scylax Ἀλυζία ſcribunt Latini pariter *Alyzea*, vt *Plinius* L. IV. c. 1 et *Alyzia*, vt *Cicero* ad Fam. L. XVI. ep. 2. Sita erat prope Leucaden, et Anactorium ex *Strabone* L X. p. 450. *Stephanus* ab Alyzo Icari filio traxiſſe nomen contendit. Huic vrbi attribuit *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 8. fg. 14. et p. 112. illuſtrauit numum AR 2. in quo ΑΑΤ. Caput Palladis, retro claua.)(Pegaſus volans.

ΑΜ. ΑΜΒ. ΑΜΒΡ. ΑΜΒΡΑΚΙ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ. vid. *Ambracia*.

ΑΜ. Ἀμασία, *Amaſia* Ponti. ΑΔΡ. ΑΜ. ΜΗΤΡ. ΝΕΟΚ. ΠΡ. ΠΟΝΤ. ΕΤ. ΡΠΘ. *Hadriana Amaſia Metropolis Neocora Prima Ponti*, *Anno* 189. vt cenſuit *Khell*. Adpend. II. p. 10. initium epigraphes ita diuidendum eſſe, quam ſcriptor Muſei *Theupoli* p. 919. in n. Commodi cum Aeſcu-

lapii ſtatua ſyllabis iunctis exhibuit ΑΔΡΑΜ. etc. et *Adramyttio* in Myſia tribuit; qui vero Amaſiae nummus *Froelichii* 4. Tent. p. 174. coniecturam ex numo Hadriani captam contra *Vaillantium* rurſus comprobat, aeram Amaſiae ab A. V. C. 744. aut vt in *Ei.* Notit. Elem p. 43. Anno 745. circiter inchoandam eſſe, etenim ſi initio *Vaillantii* 743. adiicias numi numerum ΡΠΘ, 189, annum Amaſenum in autumno 932. finientem obtinebis, quo M. Aurelius adhuc viuebat; vbi *Froelchiano* exordio 744. cum anno Commodi primo 933. quam optime congruit.

ΑΜ. ΑΜΟΡΓΙΝΩΝ. vid. *Amorgus* inſula.

ΑΜ. litterae in Argorum Acarnaniae numo forte *Amphilochiam* notant.

ΑΜ. abruptum nomen. v. *Aenianes* Theſſaliae.

ΑΜ. in area n. Antiochiae Syriae. It. in Æ Gal. Maximiani.

ΑΜ. loco ΑΛΡ. *Anno* 131. in n. Gadarae. *Morell.* Imp. H. 132.

Α. Μ. *Aulus Memmius*, praenomen et nomen.

Α. Μ. Α. Ἀυτοκράτωρ Μάρκος Ἀυρήλιος, vt in Alexandrino numo: Α. Μ. Α. ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imp. Marcus Aurelius Numerianus Auguſtus. Band. I.* 523.

ΑΜΑ. Ἀμασίας, *Amaſiae* Ponti. ΑΜΑ. ΜΗΤ. ΕΤ. ϹΜΒ. *Amaſiae Metropoleos*, *Anno* 242. Templum octo columnarum. n. Iul. Mamaeae. *Vaill.* Num. Gr. p. 248.) *Guſſeme* I. 118.

ΑΜΑ. apud *Pellerin.* an *Amathus* Cypri. v. ΑΜΑΣ.

Amalthea fingitur nutrix Iouis infantis, eaque vel virgo, vel capra. v. *Capra.* — Figura muliebris ſt. Iouem infantem in vlnis tenet, pro pedibus hinc cornucopiae, inde aquila. n. Creſcentium. — Capra in corona ſtans. AV et AR. Domitiani c. epigr. PRINCEPS IVVENTVTIS. *Morell.* Imp. II. in Domit. Tb. 6. fg. 6. et Tb. 8. fg. 12.

Amaltheae cornu. v. *Cornucopiae.*

Amandus vrbs ignota etiam *Spanhemio*, qui ex *Ligorio* numi epigraphen ſine typis vulgauit COL. FL. AMANDVS Eadem vrbs, eiusque ſitus etiam nec a *Mediobarbo* p. 118. in Veſpaſiano, nec a *Guſſemio* I. p. 115. deſcribitur.

AMANDVS (*Cneus Salvius*) ſub Diocletiano, et Maximiano tyrannus, ſimul cum Aulo Pomponio Aeliano in Galliis Bagaudarum dux, Auguſti titulum A. V. C 1038. Chr. 285. vſurpauerat, et collecta tum agricolarum, tum latronum multitudine infeſta omnia reddebat tam indigenis, quam extraneis. Maximianus Herculius a Diocletiano contra eandem miſſus breui collectitias copias fudit, et diſſipauit, pacemque reddidit Galliis, ex Aur. *Victore*, et *Eutropio.* — De eo nulli AV. et AR. exſtant numi. Vnus Æ tertiae formae rariſſimus et ſingularis depictus conſpicitur apud *Bandur.* II p. 87.) *Vaill.* Pr. I. p. 262. isque recenſetur in *Guſſeme* Dicc. I. p. 116. IMP. C. C. AMANDVS P. F. AVG. Caput radiatum cum barba. ℞ SPES PAIVP III. (*ſic*) Figura muliebris galeata ſt. d. haſtam, ſ. innixa clipeo humi poſito. Deſideratur in collectione *Mediobarbi*, qui p. 428. tantum e *Golzii* Theſauro deſcripſit epigraphen dubiae fidei: IMP. C. CN. SAL. AMANDVS P. F. AVG. cf. Antoine *Galland* Lettre contenant de Decouverte d'une Médaille du Tyrann *Amandus* etc. Memoires de Trévoux 1701. p. 245. ad 251. — An genuinus ſit Æ. quem Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 29. fg. 11. exhibuit: IMP. S. AMANDVS P. F

Capu

Caput eius barb. radiat.)(VENVS AVG. Mulier ſt. d. . . . . ſ. haſtam.

ΑΜΑΝΙΤΩΝ, *Amanitarum* Ciliciae. Mercurius ſtans.)(Caput Iouis. *le Bret.*

Amantes, vel *Amantia* in Illyriae et Epiri finibus. v. ΑΜΑΝΤΩΝ.

ΑΜΑΝΤΕΩΝ, *Amantinorum* Macedoniae. Fulmen intra coronam lauream, pone ΣΤ.)(Caput Iouis barbatum laureatum, hinc ΟΙ. inde ΑΓ. *Guſſeme* I. 116. e *Pembrokianis*, ſed forte minus recte legit Hiſpanus. Nam *Hunter*, *Pellerin*, et *Theupoli* legunt ΑΜΑΝΤΩΝ in ſimili.

Amantia vrbs Macedoniae, de qua *Cicero* et *Ptolemaeus*, cui eſt Ἀμαντία. Situm demonſtrat *Scylax*. v. ΑΜΑΝΤΕΩΝ.

ΑΜΑΝΤΩΝ, *Amantinorum* in Illyria, ſiue Illyriae et Epiri finibus. Fulmen in corona laurea.)(Caput barb. et laur. Iouis vel Neptuni ad d. pone Π. Æ 1. *Pellerin*. Tb. 11. fg. 5) Muſ. *Hunter*. p. 29. --- *Al.* ſed pone caput ΝΙ. . . ΑΡ. Æ 1. *Hunter*. l. c. --- *Al.* ſed in area ΣΤ. et in)(ante caput ΑΙ. Æ 1. *Hunter*. ib. --- *Al.* ſed duo monogrammata pone fulmen. Æ 3. *Pembrok.* II. Tb. 3. fg. 10) *Theup.* p. 1245.

- Serpens in gyros inuolutus, in laurea.)(Capita barbatum laureatum, et mulieris iugata. Æ 4. *Theup.* ib.) *Holſten.* Not. ad *Steph.* p. 29.

- Fax in laurea.)(Caput muliebre Æ 4. *Theup.* l. c.

Amanum Ciliciae. vid. ΑΜΑΝΙΤΩΝ.

Amanus colonia Flauia, de quo Hiſpaniae oppido *Plin.* L. III. c. 20. „Amanum portus, vbi nunc *Flauiobriga* colonia ciuitatum IX. — Apud *Ligorium* numus inſcriptus: COLONIA FL. AMANVS, aut FLAVIOBRICA AVGVSTA. *Spanh.* II. p. 604.

ΑΜΑΡ. vel ΑΜΑΡΑΝΤΟϹ, *Amarantus*, a) *Praetor* Thyatirenorum. ΕΠΙ ϹΤΡ., ΑΜΑΡ. *Sub Praetore Amaranto.* n. Alex. Seu. — b) *Scriba* Magneſiae ad Maeandrum, ΕΠΙ. ΓΡ. ΑΜΑΡΑΝΤΟΥ, *Sub Scriba Amaranto.* n. Gordiani.

Amara ciuitas Arabiae Felicis, ad quam *Pembrock* II. Tb. 3. fg. 7. et *Guſſeme* I. p. 116. referunt numum: ΑΜΑΡΙ. . . Hercules nudus ſt. d. clauam, ſ. leonis exuuias.)(Caput Mineruae galeatum.

ΑΜΑΣ, aut ΑΛΛΑΣ ſupra dimidiam nauem in Æ. Corcyra Ioniae, veroſimiliter magiſtratum notat. *Pellerinius* legit ΑΜΑ, eoque vocabulo ſuſpicatur Amathunta, aliam Cypri vrbem latere, cui cum Solis in Cypria ſocietas coaluerit. Sed haec coniectura, tametſi ſecundum auctoris ingenium commendet, vel ex eo ruit penitus, quod *Neumann.* Pop. et Reg. Num. Vet. p. 193. luculentam epigraphen ΑΛΛΑΣ, ſeu ΑΜΑΣ legit.

ΑΜΑϹ. Ἀμασία, Ἀμασίας, *Amaſia* Ponti vrbs. ΑΔΡ. ϹΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑϹ. ΜΗ. ΝΕ. ΠΡ. Π. ΕΤ. ϹΗ. *Hadrianae Seuerianae Antonianae Amaſiae Metropoleos Neocorae Primae Ponti, Anno* 208. Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ 1. Iuliae Domnae. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 117. — *Eid ep.* Aedificium quadratum, ſupra quod immolabantur victimae. Eiusdem. *Guſſeme.*

ΑΜΑΣΕΑΣ pro quo *Vaillant.* Num. Gr. p. 10. legit ΜΝΑΣΕΑΣ inter Germanici Caeſaris numos. At *Patin.* Imp. in Claudio p. 102. et *My-*

Morell. Th. Imp. II. in eodem Claudio Tab. 9. n. 18. p. 46. retulerunt numum inter Claudii aereos: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΑΜΑΣΕΑΣ, *Sardianorum* ſub *Amaſea*. Pallas cum aegide ad pectus ſtat, extenta dextra, clipeo nititur, cui haſta adſiſtit. Et hic quidem Claudii a *Morellio* ex Theſ. Schwarzburg. nunc Saxo Gothano depromtus eſt. — *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. p. 278. ſupplet ὁμόνοια, et legit CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΑΜΑCΕΙΑC, *Sardianorum* et *Amaſeiae* vrbis *Concordia*; et in n. M. Aurelii ΑΜΑCΕΙΑC ΜΗΤ. ΠΡΩΤ. ΠΟΝΤ. *Amaſeiae Metropoleos Primae Ponti*.

ΑΜΑCΕΩΝ ЄΤΟΥC ΒΙΡ. *Amaſeorum*, *Anno* 112. Templum forte Bellonae Comanſis cum gradibus, quatuor columnis ſuffultum.)(ΑΤ. ΝΕ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙC. ΓΕΡ. ΔΑΚΙΚΟC, *Imp. Nerua Traianus Caeſar Germanicus Dacicus*. Caput Traiani laur. Æ 3. edit. in *Froelich*. 4. Tent. p. 174.) *Eckhel*. Cat. I. 137. — ΑΜΑΣΕΩΝ ΟΜΟΝΙΑ, *Amaſenorum Concordia* cum Nicomedienſibus in Commodi numo expreſſa, vid. ΝΕΙΚΟ.

ΑΜΑCΙ. ΜΗΤΡ. *Amaſiae Metropoleos*. n. Caracallae.

Amaſia primaria vrbs Ponti Cappadocici, ſeu Galatici, ad Irim fluuium ſita, patria *Strabonis* L. XII., hodie nomen retinens. Gr. *Ἀμάσεια*, et *Ἀμάσια*, vt *Ptolemaeus* diphthongo ſcripſit, et ΑΜΑΣΕΙΑΣ in M. Aurelii n. apud *Harduin*. Num. Pop. et Vrb. p. 32. occurrit. Vulgo *Amaſia* ΑΜΑCΙΑ, apud *Occonem*, *Golzium*, *Morellium*, aliosque ſcribitur, nulla diphtongi habita ratione; de qua vrbe laudatiſſima *Plin*. L. VI. ſect. 3.) *Holſten*. Not ad *Steph*. p. 30.) *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. p. 278) *Wilde* Sel. Num. Ant. p. 59. 199. — *Autonomi* eius numi admodum ſunt rari, quos edidere *Wildius*, *Bellerinius*, *Eckhelius* et editor Muſei *Hunteriani*. vid. ΑΜΑΣΕΙ, — ΑΜΑΣΣΕΙΑ. —

Copioſiores ſunt vrbis huius numi, quos ſub Imperatoribus Traiano, Plotina, Antonino Pio, M. Aurelio, Fauſtina Iun. Commodo, Sept. Seuero, Iulia Domna, Caracalla, Geta, Alexandro Seuero, Mamaea percuſſit, in quibus aeram numera quae *Noriſio*, *Vaillantio* et *Gu nio* Auguſtana eſt ab A. V. C. 74 Poſtquam M. Agrippa res Ponticas ordinaſſet. Sed *F o l*. 4. Tent. p. 175. docuit, vno ſaltem anno de ſcendendum eſſe arbitratur, et i Not. Elem. p. 43. aeram circa V. C. 745. ante Chr. 9. cenſet *Hard* p. 32. Amaſiae aeram inchoat a autumno V. C. 746. Muſeum vero *Piſanum* I. p. 140. ab autumno 747. et nouam Amaſenorum aeram ab A. V. C. Chr. 221. — Nomi Imperatorum accepit diuerſa: ΑΔΡΙ ΑΝΗ, ob beneficia ab Hadriano accepta; CΕΥΗΡΙΑΝΗ, ſub Septimio Seuero, ſeruato Hadrianae nomine, ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗ etiam ſub patre i Caracallae gratiam, accepto pa ter Hadrianae nomine; ΑΛΕΞΑ ΔΡΙΑΝΗ, in Alexandri Seueri hono rem, retentis Hadrianae, et Seu rianae nominibus. — *Metrop* Ponticae regionis facta eſt ab H driano Imperatore. Bithynia, Pontus cum eſſent ſub eodem r ctore vna prouincia p puli Romani, Hadrianus Pamp liam ei ceſſit pro illa, et duas in tunc fecit metropoles, ſed *Am* *Prima Ponti* declarata eſt. Nil rum, ſi vrbi ita carae, vt *Neoc* etiam eſſet conceſſerit Hadrian vnde ipſa tot beneficiorum me Hadrianae nomen ſibi impoſ *Vaill*. Num. Gr. p. 217. I *Harduinum* a M. Aurelio *Pr* *Ponti*, et *Neocora* facta eſt. v ΑΜ. — ΑΜΑ. — ΑΜΑC. — Α CΕΙΑC. — ΑΜΑCΙ. — ΑΜΑCΙΑ. ΑΜΑCΙΑC.

ΑΜΑΣΙΑ, *Amaſia* Po Mulier captiuorum more humi dens, dextro brachio capiti ſupp ſito, poſt eius humeros thorax, clipeus.)(ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤ. Σ ΓΕΡΜ. *Domitiani* caput laur. Æ. R

RR. *Morell.* Th. Imp. II. in Domit. Tb. 21. n. 2. p. 480. — AMACIA ΠΡ ΠΟΝΤΟΥ ΝΕωκόρος ΘΞΡ. *Amaſia Prima Ponti Neocora*, *Anno* 169. Fluuius barbatus decumbens d. arundinem prope cymba, ſ. rupibus innixa. Iris eſt fluuius ad ſitum vrbis indicandum. Æ 1. Fauſtina Iun. *Vaill.* Gr) *Guſſeme.* I. 116. — ΑΔΡΙΑΝ. ΑΜΑCΙΑ Π. Π. ΝΕ. ϘΡΘ. *Hadriana Amaſia Prima Ponti Neocora* 199. Duo fluuii decumbentes ex eodem latere; Iris enim ante Amaſiam in duos alueos tanquam fluuios diuiditur. Æ 2. Commodi. *Vaill.*) *Guſſeme* ib. — ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑCΙΑ ΜΗ. ΝΕ. ΠΡ. Π. ΕΤ. CΗ. *Hadriana Seueriana Antoniniana Amaſia Metropolis Neocora Prima Ponti*, *Anno* 108. Aedificium quadratum, ſupra quod victima immolabatur. Æ 2. Caracallae. *Vaill.*) *Guſſeme.* — *Ead. epigr.* Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ 1. Eiusd. *ib. ib.* — *Al.* Serapis ſedens, cum calatho in capite, d. extenſa, ſ. haſtam, pro pedibus cerberus, in area ſtella. Æ 1. Eiusd. *ib. ib.* --- *Ead. ep.* Victoria ſuper globo, d. laur. ſ. palmam. eiusd. Caracallae. *Guſſeme* I. 117. --- *Alius*, ſed CΘ. 209. Fortuna ſt. Æ 2. Caracallae. *Vaill.*) *Guſſeme* --- *Al.* cum eodem anno. Aedificium, vt ſupra. *Guſſeme* --- *Al.* Pallas ſt. d. haſtam, ſ. innixa clipeo. Æ 1. eiusd. *Vaill.*) *Guſſeme.* --- *Al.* Caracalla et frater Geta dextras ſibi porrigunt. Æ 2. Eiusd. *ib. ib.* --- ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑCΙΑ ΜΗ. Π. Π. ΕΤ. CΗ. *Amaſia* etc. *Metropolis Prima Ponti*, *Anno* 208. Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam, ad pedes aquila. Æ. 1. Getae. *Vaill.*) *Guſſeme.* — *Al.* Fortuna ſt. cum temone et c. c. Æ 1. Eiusd. *ib. ib.*) *Theup.* 993. — ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCΙΑ ΜΗΤ. ΝΕΩ. ΠΡ. ΠΟΝ. ΕΤ. CΚΗ. *Hadriana Seueriana Alexandrina Amaſia* etc. *Anno* 228. Subſtructio quadrata, ſuper qua aquila expanſis alis, iuxta minuta arbor, ſuperne Sol in quadrigis, d. elata, ſ. flagellum. Æ max. Alex. Seueri. edit. in *Cim. Vind.* II. p. 16.) *Golz.* in numis Alex. Seueri p. 420. 421. — ΑΔ. CΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCΙΑ ΜΗΤ. ΝΕ. ΠΡ. ΠΟΝ. ΕΤ. CΛΔ. *Hadriana Seueriana Alexandrina Amaſia* etc. *Anno* 234. Idem typus. Æ max. Alexandri Seu. *Vaill.*) *Guſſeme.* — *Al.* ſed CΜ. *Anno* 240. Idem typus. Æ 1. Eiusd. *ibid. ib.* — *Al.* ſed Fortuna ſt. cum attributis temone et c. c. Æ max. Eiusd. *ib. ib.* —

ΑΜΑCΙΑC, *Amaſiae.* ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ, *Amaſiae Metropoleos Ponti.* Mulier ſtolata capite turrito ſt. d. pateram, ſ. haſtam. Æ 2. Plotinae. *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme* I. 116. — ΑΜΑCΙΑC ΤΗC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟC Ε. ΡΝΕ. *Amaſiae Metropoleos*, *Anno* 155. Baſis, pone arbor. Æ. Antonini Pii. edit. in *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 34. fg. 5. — ΑΜΑCΙΑC ΝΕΩκόρου ΠΡΩτῆς ΠΟΝτου, *Amaſiae Neocorae Ponti.* Imperator eques telo leonem impetit. Æ 2. Commodi. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* l. c. — ΑΔ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑCΙΑC ΜΗ. ΝΕ. ΠΡ. ΠΟ. ΕΤ. CΗ. Ἀδριανῆς Cευηριανῆς Ἀντωνινιανῆς etc. *Hadrianae Seuerianae Antoninianae Amaſiae Metropoleos Neocorae Primae Ponti*, *Anno* 208. Fortuna ſt. cum modio in capite d. temonem, ſ. c. c. Æ 1. Sept Seueri. *Vaill.*) *Guſſeme.* — *Al.* ſed aquila inſiſtens aedificio, in quo victimae cremantur. Æ 1. Eiusd. (*Vaill.*) *Theupoli* p. 933) *Guſſeme.* — *Al.* Imperator eques d. ſceptrum. Æ 1. Seueri. *Vaill.*) *Guſſeme* — *Al.* Figura muliebris in templo duarum columnar. Æ 2. Seueri. *ib ib.* — *Al.* Victoria d. ſcribit in clipeo. Æ. 1. Seueri. *ib. ib.* — ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑCΙΑC ΜΗ. ΝΕ. ΠΡ. ΠΟ. in area Ε. CΗ. ΕΡΜΗC ΚΤΙCΑC ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ, *An.* 208. *Mercurius*, *Qui Condidit Vrbem.* Aquila roſtro coronam gerens. Æ edit. in *Haym.* Th. II. Tb. 38. fg. 3. qui p. 308. addit: Amaſia non ſolum omnes ſuos honoris titulos iactabunda explicat, ſed praeterea

terea Mercurium conditorem crepat, id quod alias nec numi, nec ſcriptores nos docuerunt. Exiſtimat *Haymius* l. c. de ſitu vrbis deliberanti, huius numinis oraculum retuliſſe, atque ideo vrbis fundatae honorem eidem attribuiſſe. --- ΑΔΡ. CEΥ. ANT. AMACIAC MHT. ΠΡ. Π. ET. CH. *Anno* 208. Mulier ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ 1. Caracallae. *Vaill.* Gr.) *Eckhel.* Cat. I 137. --- ΑΔΡ CEΥ. ANT. AMACIAC. MHT NE. ΠΡ. Π. ET. CΘ. *Anno* 209. Templum 4. columnarum ſuper ſubſtructione quadrata, iuxta minuta arbor. Æ 1. Caracallae. *Vaill.*) *Eckhel.* ib. --- *Ead. ep.* ſed ΠΡ. ΠΟ. Serapis ſedens cum calatho in capite, d. extenſa, ſ. haſtam, pro eius pedibus cerberus, in area ſtella. Æ 1. Caracallae. *Theup.* 961.) *Vaill.* --- *Ead. ep.* ſed ΠΡ. Π. ET. CH *Prima Ponti Anno* 208 Aedificium, ſeu templum quadratum. Æ 1. Eiusd. *Theup.* ib. --- *Ead. ep.* *et aera* ſed Pallas ſt. d. haſtam, ſ. clipeo innixa Æ 1. Eiusd. *Theup.* 96.. --- *Ead. ep. et aera*, ſed Fortuna ſt. cum attributis. Æ 1. Eiusd. *ibid.* --- *Alius*, ſed ET. CΘ. *Anno* 209. Caracalla et Geta fratres ſibi dextras porrigunt, in area ſtella. Æ 1. Ei. Caracallae. *ibid.* --- *Ead. ep.* ſed ET. CH. *Anno* 208. Caſtrum. Æ 1. Getae. *Theup.* p. 993. --- ΑΔΡ. CEΥ. ΑΛΕΞ. AMACIAC MHT. NE. ΠΡΥΤΟΝ. (forte ΠΡ. ΠΟΝ) ET. CKΗ. *Hadrianae Seuerianae Alexandrianae Amaſiae Metropoleos Neocorae Ponti*, *Anno* 228. Monumentum, vel templum, ſupra quod aquila, hinc arbores, altiusque decurrens Sol. Æ max. Muſ. *Piſan.* I. p. 140. --- ΑΔΡ. CEΥ. ΑΛΕΞ. AMAΣΙΑΣ MHT. NE. ΠΡ. Π. ET C. Η. Fortuna ſtolata ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ max. *Theup.* p. 1020.) *Holſten.* Not. ad *Steph.* p. 30. ſed ΑΔΡ. CEΥ. ΑΛΕΞ. AMACIAC. MHTΡΟΠΟΛ.

ΑΜΑΣΣΕΙ. *Amaſia* Ponti. Cornucopiae inter Dioſcurorum ſtellatos pileos.)(Caput imberbe diadematum, vel regali faſcia cinctum, fortaſſe Mithridatis Ponti regis, de cuius geſtis *Nonnius* ad *Golzii* Aſia. Tab. 4. Æ 3. Autonomus. de *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. 7. fg. 40. p. 59.

ΑΜΑΣΣΕΙΑ, *Amaſea*, vel *Amaſia* Ponti. Pharetra, cuius typus Ponticam vrbem ſapit, nam eam numi quoque Amiſi, Laodiceae, Pimoliſorum praeferunt.)(Caput imberbe galeatum, vel Martis, vel Palladis, vel Amazonis. Æ 3. Autonomus. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 11. fg. 1. p. 166.) *Ei.* Cat. I. 137.) *Hunter.* p. 20. ſed ei Æ 3. et Gladius in vagina reconditus videtur illa pharetra. --- *Ead.* forte epigr. ſed exeſa. Aquila fulmini inſiſtens, in area monogramma.)(Caput Iouis laur. Æ 3. autonomus. *Pellerin.*) *Eckhel.* Cat. I. 137.

ΑΜΑΣΤΡΕ. *Amaſtris* Paphlagoniae. Tiridates ſtans in fronte cum pileo vel tiara in capite, d. gladium, ſ. caput barbatum Phereclis capillis ſuſpenſum, ad pedes iacet reliqua pars corporis Phereclis; in area ad d. monogr. Æ 1. *Pellerin.* Addit. aux neuf Volumes p. 54.) Muſ. *Hunter.* p. 20. et monogr. ib. (101.)

- Typus idem, ſed in area)(hinc inde alia monogrammata. Æ 2. *Hunter.* ib. et monogr. (42. et 43.) *Pembrok.* II. Tb. 3. fg. 11.) *Theup.* I. p. 1246.

- Victoria gradiens ad d. eleuata d. fertum, ſ. humero palmam.)(Aegis Mineruae, vel ſcutum Gorgoneum cum capite Meduſae. Æ 2. edit. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 20. fg. 1. p. 172.

ΑΜΑΣΤΡΕΑ cum typis, vt in priore. Æ 2. *Gesner.* Tb. 8. fg. 23.) *Hunter.* p. 20.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΣ, *Amaſtriae*. Iidem typi, pro quibus in)(*Guſſeme* I. p. 118. Solis caput radiis diſperſis agnoſcit.

ΑΜΑΣΤΡΕΩΝ Σ. ΜΕ. Figura ſt. cum pileo, vtraque manu florem tenens.)(Caput muliebre galeatum. *Guſſeme* l. c.

ΑΜΑΣΤΡΕΩΣ, *Amaſtreos* Paphlagoniae. Thyrſus Bacchi, in area ΓΜ. *Anno* 43. omnia intra coronam.)(Caput muliebre turritum. Æ 3. edit. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 19. fg. 10. qui vero p. 172 haeret, quando epocha incoeperit, cuius notae in nulla alia Amaſtrianorum moneta obſeruantur.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ, *Amaſtrianorum*, ab vrbis enim denominatione Ἄμαστρις gentile Ἀμαστριανός, et inde Ἀμαστριανῶν.

- Victoria alata gradiens, d. lauri ſertum, ſ. palmae ramum.)(ΟΜΗΡΟϹ, *Homerus*. Huius poetae caput barbatum, et vitta redimitum. Æ 3. *Patin.* Imp. p. 9.) *Theup.* p. 1245.) *Froelich.* Not. Elem. p. 240.

- Mulier ſt. d. pateram, ſ. cornucopiae.)(ΟΜΗΡΟϹ etc. vt in priori. *Guſſeme* I. 119.

- Iupiter ſedens, d. baculum, ſ. victoriolam.)(vt in prioribus. Æ 3. *Patin.* Imp. p. 9.

- et in imo ΜΕΛΗϹ, *Meles*. Fluuius ille decumbens, d. lyram, ſ. arundinem. Æ 1. *Geſner.* Vir. Illuſtr. Tb. 3. fg. 16.) *Patin.* Introduct. p. 59. *Ei.* Imp. p. 9.) *Pembrok.* II. Tb. 80. fg. 4.) *Hunter.* p. 20. Smyrnaeis fauent numi Amaſtrianorum, quos Smyrnaeorum coloniam eſſe certum eſt, in quibus caput *Homeri* repraeſentatur, adpoſito fluuii *Meles* nomine, qui Smyrnam praeterfluit, et Homero Meleſigenis dedit nomen.

- ΕΠΙ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ, *Sub Aſclepiade*. Diana Epheſia.)(ΔΟΜΙΤΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, *Domitia Auguſta*. Huius caput. Æ 3. *Vaillant.* Num. Gr.) *Holſten.* Not. ad *Steph.* p. 30.) *Guſſeme* l. c.

- Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c.)(ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙϹΑΡ ΝΕΡΟΥΑϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ, *Imp. Caeſ. Nerua Aug.* Caput Neruae laur. Æ 3. *Vaill.*) *Guſſeme*.

- ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Amaſtrianorum Metropolitarum*. Mulier tunicata ſt. d. pateram ſ. haſtam.)(ΠΛΩΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ, *Plotina Auguſta*. Huius caput. Æ 2. *Vaill.* Gr. Adpend. Tb. 5.) *Patin.* Imp. p. 188.) *Froelich.* 4. Tent. p. 179. ſignat capitis Plotinae epigraphen. . . . ΙΝΑ ΘΕΑ ϹΕΒΑϹΤΗ, prout et legitur in *Eckhel.* Cat. I. p. 139.) *Guſſeme* I. 119. epigraphen omiſit.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. Aeſculapius cum baculo, cui inuol. ſerpens. Æ 3. Hadriani. *Vaill.*) *Guſſeme* — *Al.* Mulier ſeminuda ſt. d. ſpicas, ſ. haſtam. Æ 2. Eiusd. *Vaill.*

- in *Antonini Pii* numis, qui 16. vsque *omnes* Æ 2. 1. Aequitas ſt. d. bilancem, ſ. c. c. *Vaill.* *Guſſ.* — 2. Aeſculapius ſt. d. baculum cum ſerpente inuoluto. *ib.* — 3. Cybele turrita ſedens, d. pateram, ſ. innixa tympano, ad pedes leo. *ib.* — 4. Dioſcuri aduerſi ſtantes, d. equum capiſtro retinent, ſ. haſtam. *Eckhel.* Cat. I. 140.) *Vaill.*) *Guſſ.* — 5. Hercules d. innixus clauae, ſ. ſpolia leonis. *Vaill.*) *Guſſ.* — 6. Hygia ſt. d. pateram, ſ. ſcipionem, cui ſerpens inuol. *ib.* — 7. Mercurius ſt. nudus, d. caduceum, ſ. crumenam. *ib.*) *Theup.* p. 886.) *Holſten.* Not. p. 30. — 8. Mulier circumdato velo, vecta leone currente, d. cornucop. *Vaill.*) *Guſſ.* — 9. Duae mulieres dextras iungentes, ara ignita intermedia. *ib.* — 10. Neptunus pede d. ſaxo impoſi-

to, d. delphinum, ſ. tridentem. ib. — 11. Idem, ſed gradiens, d. tridentem, ſ. delphinum. *Theup.* 886. — 12. Pallas ſtolata et galeata ſt. d. haſtam, ſ. noctuam. *Vaill.*) *Theup.* 886.) *Guſſeme.* — 13. Pluto ſedet, pro pedibus cerberus. *Vaill.*) *Theup.* 885. — 14. ΖΕΥϹ ϹΤΡΑΤΗΓΟϹ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, *Iupiter Imperator Amaſtrianorum.* Ipſe ſeminudus ſtans, d. haſtam, pro pedibus aquila. *Vaill.*) *Holſten.* l. c.) *Guſſ.* — 15. ΗΡΑ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, *Iuno Amaſtrianorum.* Illa ſt. ſtolata, d. haſtam, ſ. extenſa, pro pedibus pauo. *Vaill.*) *Guſſ.* — 16. Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΚΑΙϹΑΡΑ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, *Marcum Aurel. Caeſarem Amaſtrianorum* vrbs colit. Figura M. Aurelii equeſtris. *Vaill.*) *Guſſeme* I. p. 120. — 17. ΑϹΚΛΗΠΙΟϹ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, *Aeſculapius Amaſtrianorum.* Ipſe ſt. cum baculo. Æ 3. Eiusd. Ant. Pii. *ib.*

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. Mulier velata ſt. d. haſtam, ſiniſtram ori admouet. Æ 2. Fauſtinae Sen. *Vaill.* — 2. ΗΡΑ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, *Iuno Amaſtrianorum.* Caput Fauſtinae Iunioris. Æ 2. Fauſt. Sen. *Vaill.*) *Guſſ.* — 3. ΥΓΕΙΑ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, *Hygia Amaſtrianorum.* Ipſa ſt. cibat ſerpentem ex patera. Æ. Eiusd. *Vaill.* Gr. p. 48.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. Mulier ſt. d. haſtam, ſ. ori admouet.)(Μ. ΑΝΝΙΟϹ ΓΑΛΕΡΙΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΥΙΟϹ, *Marcus Annius Galerius Antoninus Antonini Filius.* Capita huius et Fauſtinae matris. *Guſſeme* I. 120. v. ΓΑΛΕΡΙΟϹ.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, in *M. Aurelii* Æ 2. et 3. numis, adpoſito in altera parte huius Aurelii capite et epigraphe. 1. Abundantiae typus. *Holſten.* Not. p. 36. — 2. Aeſculapius ſt. cum baculo, cui ſerpens inuol. *Guſſeme* I. 120.) *Holſten.* l. c.) *Patin.* Imp. 237.) *Vaill.* Gr. — 3. Aeſculapius et Hygia ſtantes cum attributis. *Guſſ.*) *Vaill.* — 4. Apollo nudus ſt. d. pateram, ſ. arcum. *ib. ib.* — 5. Aquila roſtro coronam. *ib. ib.* — 6. Aries, pone quem aquila cippo impoſita. *ib. ib.* — 7. Bos. *ib. ib.*) *Patin.* 237. — 8. Bos mitra ornatus pro ſacrificio. *Guſſ.*) *Vaill.* — 9. Fortuna ſt. ſtolata, d. temonem, ſ. c. c. *ib. ib.* — 10. Harpocrates ſt. dextram ori admouens, ſ. c. c. *ib. ib.* — 11. Hercules ſedens in rupibus, d. pateram, ſ. clauam. *ib. ib.*) *Patin.* 237. — 12. Hercules ſt. cum pelle leonina, d. ad dorſum admota, ſ. innixa clauae *ib. ib. ib.* — 13. Hygia ſt. d. paſcit ſerpentem ex patera. *ib. ib. ib.* — 14. Mulier ſtolata ſt. d. extenſa, ſ. tropaeum. *Guſſ.*) *Vaill.* — 15. Mulier lugens inter ſpolia. *ib. ib.* — 16. tripus, cui ſerpens obuoluitur.)(ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. *Verus Caeſar.* Caput iuuenile nudum. Æ 3. editus a *Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. 3. fg. 6. dicitur vero p. 80. in antica exhiberi caput *Annii Veri*, M. Aurelii filii, quod vix veriſimile videtur *Eckhelio* Cat. I. 139.) *Guſſeme*) *Vaill.*) *Triſtanus* Sexto Vero, Aurelii et Fauſtinae filio, Commodi fratri attribuit. Illius opinioni fauet inſcriptio, etiam legitur ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Sed Sextum Verum Caeſarem ſeptennem amiſit Aurelius. Cur ſeptennem Amaſtriani repraeſentaſſent? Forte propter parentis cultum; at Verus in numo expreſſus non tantum ſeptem, ſed viginti annorum eſt.

- ΟΜΗΡΟϹ, *Amaſtrianorum Homerus.* Caput Homeri poetae barbatum. Æ 3. M. Aurel. *Guſſeme.*) *Vaill.*) Vrbs Amaſtris Homeri effigiem non vt ciuem ſuum exhibet, ſed vt Smyrnae natum, cum qua ſocietatem, ὁμόνοιαν, habuit. vid. ΟΜΗΡΟϹ.

- ΠΑΡΘΕΝΙΟϹ, *Amaſtrianorum Parthenius.* Fluuius ille decumbens. Æ 2. Eiusd. *ib. ib.* v. ΠΑΡΘΕΝΙΟϹ.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ in Æ. 2. et 3. *Fauſtinae Iunioris* numis, ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ΝΕΑ ϹΕΒΑϹΤΗ, *Fauſtina Noua*, vel *Iunior Auguſta*, in *al.* ΦΑΥϹΤЄΙΝΑ ϹЄΒΑϹΤΗ, *Fauſtina Auguſta* tantum inſcriptis, adpoſito eiusdem capite.)(Deas exhibet, quarum laudes huic Fauſtinae tribuebant Graeci, Aequitatis decus, Apollinis ſcientiam, Iſidis ſolertiam, Salutis felicitatem, Victoriae gloriam, etc prout eos adulationis vertigo circumagebat. Nullam quidem veram hisce laudibus occaſionem Fauſtina illa Iunior dederat; nihilo tamen ſecius obſeruatur 1. Aequitatis ſtantis typus. *Eckhel.* Cat. I. 139.) *Guſſeme* I. 121.) *Patin.* Imp. 250.) *Vaill.* Num. Gr. — 2. Atalanta galeata et ſtolata currens, d. pomum attollit, ſ. haſtam. editus a *Froelich.* 4. Tent. p. 209.) *Beger* Th. Br. II. p. 675. Venerem ſub huius mulieris armatae imagine intelligit, quae d. pomum, clariſſimum diuinae venuſtatis indicium praetendit. — 3. Diana venatrix gradiens, d. telum e pharetra promit, ſ. ceruum cornu retinet. *Eckh.*) *Guſſ*) *Vaill.* — 4. Fortuna ſt. cum calatho, d. temonem, ſ. c. c. *Guſſ.*) *Theup.* p. 909.) *Vaill.* — 5. Iſis ſt. velum explicat. *Guſſ.*) *Patin.*) *Vaill.* — 6. Iſidis caput cum flore loti, ad pedes ſiſtrum. *Patin.*) *Vaill.* — 7. Hygia d. ſt. ſerpentem, cui eſcam porrigit. *Guſſ.*) *Patin.*) *Vaill.* Adpend. Icon. Tb. 7. — 8. Mulier galeata et ſtolata ſt. d. haſtam, ſ. pomum. *Eckhel.* l. c.) *Theup.* 909. — 9. Neptunus ſt. d. delphinum, ſ. tridentem, pede prorae impoſito. *Guſſ.*) *Vaill.* — 10. Pallas ſt. d. haſtam, ſ. noctuam. *Guſſeme.* — 11. Tripus, cui ſerpens eſt inuolutus. *Guſſ.*) *Patin.*) *Vaill.* — 12. Victoria ſt. d. ſertum, ſ. palmam. *Guſſ.*) *Vaill.* — 13. Victoria ſt. d. demiſſa duas, ſ. extenta tubam tertiam geſtans, famae nimirum, victorias vndique promulgantis indicio; ad laeuum Victoriae pedem adſtat animal, vt canis, incognitum, rotam ſuſtinens. Æ 2. *Patin.* qui vero animal non expoſuit.) *Hanthal.* Exercit. III. Tb 4. fg. 1. p. 63.) *Theup.* p. 909.) Nemeſin nuncupat.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ ΥΓΕΙΑ, *Amaſtrianorum Hygia.* Salus ſt. eſcam praebet ſerpenti. Æ 3. Eiusd. *Guſſeme.*) *Holſten.* Not. p. 30.) *Vaill.* Gr.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, in *L. Veri* Æ 2. et 3. numis.)(ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. *Verus Caeſar.* Lucius ille Verus r m. niſi poſt triceſimum aetatis annum imperauit; at in numis adoleſcens tantum cernitur, absque barba, ceterisque profectiorem aetatem deſignantibus criteriis. 1. Aeſculapius ſt. cum baculo, et ſerpente. *Guſſeme* I. 121. — 2. Bos ſt. *Guſſ.*) *Theup.* 913.) *Vaill.* — 3. Fortuna ſt. cum attributis. *Guſſ.*) *Vaill.* — 4. Harpocrates ſt. d. ori admouet, ſ. c. c. *Guſſ.* — 5. Mars galeatus nudus gradiens, d. haſtam, ſ. clipeum. *ib. ib.* — 6. Tripus, cui inuolutus ſerpens. *Theup.* 914. — 7. Victoria alata ſt. d. coronam, ſ. palmam. *Guſſ.*) *Vaill* — 8. Hygia ſt. d. ſerpentem paſcit.)(ΟΥΗΡΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ, *Verus Antoninus.* Huius L. Veri caput nudum. Æ 3. *Theup.* 914.) *Guſſ.* — 9. Aquila alis expanſis.)(ΟΥΗΡΟϹ ΑΥΤ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ, *Verus Imperator Antoninus.* Eiusdem caput. Æ. 3. *Theup.* l. c.

- Diana venatrix telum depromit e pharetra, ſ. arcum. Æ 3. Criſpinae. *Guſſ.*) *Vaill.*

- Cybele turrita ſedens inter duos leones, ſ. tympano innixa. Æ 2. Caracallae. *Guſſ.*) *Vaill.* — 2. Hercules inſiſtens ſcopulis, d. poculum, ſ. clauam. Æ 2. Eiusd. *ib. ib.* — 3. Militaris figura paludata, d. haſtam, ſ. clipeum. Æ 1. Eiusd. *ib. ib.*

- Bacchus ornatu muliebri ſt. d. cantharum; a ſiniſtris Iupiter ſt. d. haſtam,

haſtam, f. fulmen. Æ 1. Iuliae Maeſae. *Guſſ.*) *Vaill.* --- 2. Iupiter et Iuno, vel ſub eorum typis Imperator, eiusque vxor, *Patino* autem Sol et Luna, in corona duodecim Zodiaci ſignorum.)(ΙΟΥΛΙΑΝ ΜΑΙϹΑΝ ϹΕΒΑϹ. *Iuliam Maeſam Auguſtam.* Protome Maeſae ſub Cereris ſpecie ambabus ariſtas protendentis. Æ. edit. in *Haym.* Tb. Br. II. Tb. 43. fg. 1. p. 346.) Pariter depictus in *Patini* Introd. ad Hiſt. Num. p. 125. et *Ei.* Imp. p. 340. ſed circum Maeſae protomen: ΙΟΥΛ. ΜΑΙϹΑΝ. ϹΕΒ. legitur, nec vllae ſpicae conſpiciuntur.

- Victoria ſt. d. lauream. Æ 2. Gord. Pii. *Guſſeme* I. 121.) *Vaill.* Gr.

ΑΜΑΣΤΡΙΟ. ΒΑΣΙΛΙΣΣ. *Amaſtrios Reginae.* Mulier ſedens turrito capite, d. victoriolam, quae coronam offert; eſt genius vrbis Heracleae, aut vrbis Amaſtrios, quam regina Amaſtris, Dionyſii ſub Alexandro M. florentis in Heraclea Pontica, vxor condidit, et ſuo nomine condecorauit.)(Caput Amaſtridis forte, ornatu peregrino, et velut Phrygio pileo tectum. Æ. *Spanh.* I. 497.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 6. fg. 6. p. 137.) *Triſtan.* I. 889.

ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ et hinc inde typi, vt in priore. *Spanh.* *Holſten.* Not. in Steph. p. 30.) *Guſſeme* I. 122.

ΑΜΑϹΤΡΙϹ, *Amaſtris*, filia Oxathris, fratris Darii Codomanni, et vxor Dionyſii Heracleae Ponticae tyranni Alexandri M. temporibus. Variae illius nominis declinationes Ἀμάστριος, Ἀμαστρίας, et Ἀμάστριδος apud *Spanh.* I. 497. Prior e nummis adferta. --- Amaſtris illa peperit Dionyſio Clearchum, Oxathem, et filiam Amaſtrin. Dionyſio obeſitate corporis exſtincto, *Amaſtris Regina* et filiorum conſtituta tutrix vna cum fratribus Heracleae praeeſt per 17. annos; dein Cratero deſponſa, poſt Lyſimachi Thraciae regis coniux. --- Vrbem ſui nominis *Amaſtrin* fundauit. *Strabo.* L. XII. --- In nummis legitur ΑΜΑϹΤΡΙϹ. --- ΑΜΑΣΤΡΙΟ. ΒΑΣΙΛΙΣΣ. --- ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. v. *ſuis locis.*

ΑΜΑϹΤΡΙϹ, eadem regina *Amaſtris* Heracleae Ponticae. Caput muliebre turritum et velatum, vel reginae, vel vrbis, aut genii vrbis.)(ΟΜΗΡΟϹ *Homerus.* Caput huius poetarum principis barbatum, et vitta redimitum. Æ 2. *Geſner.* Vir. Illuſtr. Tb. 3. fg. 21.) *Pembrok.* II. Tb. 86. fg. 3.) *Theup.* 1246.) *Guſſ.* I. 122.) *Hunter.* p. 20.) *Petit.* de Amazon. p. 276.

ΑΜΑϹΤΡΙϹ Paphlagoniae mari ad Parthenii oſtia vicinum, Pontoque adſcriptum oppidum. Ἄμαστρις πόλις Παφλαγονίας πρότερον Κρῶμνα, *Amaſtris vrbs Paphlagoniae, antea Cromna*, ex *Stephano*, cui *Holſten.* Not. p. 30. addit: „Minus accurate auctor; nam ex quatuor oppidulis, ſiue pagis Amaſtris Dionyſii coniux vrbem hanc conſtituit; ergo non poteſt dici abſolute, ante adpellata eſt Cromna. Adſentit *Strabo* L. XII. quatuor oppida fuere Seſamus, Cytorus, Cromna, ac Teium. --- Oppidum Amaſtris *Plinio* Iunioris L. X. ep. 99. amoeniſſimum, hodie *Samaſtro*, multis innotuit cuſis monetis ſub Auguſtis, eorumque vxoribus Domitia, Nerua, Plotina, Hadriano, Antonino Pio, Fauſtina Seniore, M. Aurelio, Fauſtina Iuniore, L. Vero, Criſpina, Caracalla, Iul. Maeſa, Gordiano Pio. v. ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. --- ΑΜΑϹΤΡΙϹ.

ΑΜΑϹΤΡΙϹ, Mulier turrita ſedens, d. victoriolam, f. haſtam. Æ 2. Caracallae. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 121. --- ΑΜΙϹΟϹ ΑΜΑϹΤΡΙϹ, *Amiſus, Amaſtris.* Duae figurae ſtantes dextras iungunt, ara intermedia. Æ. Anton. Pii. *Vaill.*) *Guſſ.* 120.)

Pa-

Patin. Imp. p. 227.) *Petit.* de Amazonib. p. 272. vid. AMICOC.

AMATHVS antiquiſſima Cypri vrbs, Ἀμαθοῦς πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη. *Stephan.*) *Pauſ.* Boeot.) *Meurſ.* Cypr. L. I. c. 8.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. 232. — Veneri conſecrata fuit, quae et inſulae vniuerſae *Amathuſiae* nomen dedit. *Stephanus* ab Herculis filio Amatho, vel a Cinyrae matre Amathuſa ita dictam arbitratur; ſed iuxta *Bochartum* Amathus Phoenices habuit conditores. Tempore ſequente nuncupata eſt vrbs *Altliuiſſo.* Duos vulganit *Golzius* Inſ. Graec. Tb. 26. numos, quos *Nonnius* p. 286. illuſtrat, et *Reinhard.*) in den Geſchichte des Königreichs Cypern I. Tb II. reperit, in quorum I. ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ, a gentili Ἀμαθούσιος. Venus nuda ſt. d. pomum, ſ. arcum humi poſitum.)(Veneris caput. Æ. *Golz.* fg. 6.) *Reinhard.* fg. 2. — 2. *Eud.* *epigr.* Caput vrbis genii turritum.)(Idem caput Veneris Addit *Arigon.* alium, in quo caput Iouis)(ΑΜΑ. Vulpes ſedens pede erecto ad arborem.

AMAZON, Gr. Ἀμάζων, ex α pr. et μαζὸς. *Mamma*, quia infantibus adhuc altera mamma adurebatur, ne pugnantibus obeſſet, vt vulgo traditur; *Wachterus* Gloſſ. Germ. p. 48. vero docet, vocem eſſe compoſitam ex *Meaz*, Gladius, et *Zona*, Mulier, ac *mulierem gladiatam* denotat. — Amazones e Thermodonte profectas Phrygiam, Aeolidem, Ioniam, Lydiam etc. occupaſſe, vrbesque in iis regionibus plures ab iisdem qua conditas, qua cognominatas, notiſſima eſt vel hiſtoria, vel fabula. Huiusmodi ſunt, *Strabone* auctore, Epheſus, Smyrna, Cuma, Myrina, Paphus, His Thyatiram, Magneſiam ad Sipylum, Amiſum, Amaſtridem, Sinopem, Mytilenen, Myrleam Bithyniae, Amaſiam Ponti, Ninam, Pitanen, Prineam, Cletam in Magna Graecia, Ancam, et Cinnam lactoream in agro Epheſino, partim ex numis partim ex veterum ſcriptis addidit Petrus *Petitus*, qui et hunc a nonnullis ſancitum canonem ait: „quocunque in numo *bipennis*, aut Amazonia *pelta* conſpicitur, illic Amazonem latere, quae vrbem vel condiderit, vel ei nomen dederit. —, Amazones in numis et quales docent: *Spanb.* I. p. 52.) L' Abbe *Guyon* Hiſtoire des Amazones anciennes et modernes, enrichie de Médailles, à Bruxelles. 1741. 12. — Petri *Petiti* de Amazonibus Diſſertatio, qua an vere exſtiterint, nec ne diſputatur, multa etiam ad eam gentem pertinentia, ex antiquis monumentis eruuntur atque illuſtrantur. Pariſ. 1685. 12. editio ſecunda auctior Amſtelod. 1687. 12. verſio autem Gallica lucem vidit Lugd. Bat. 1718. 12. Haec eſt, iuxta *Bandur.* Biblioth. Numor. p. 105. accuratiſſima earum feminarum, quae nouum imperium ſine viris fundauerunt hiſtoria, quam plurimis numiſmatibus in aes inciſis illuſtrata; demonſtrauit etiam *Petitus*, diuinos, aut diuinis proximos honores in aliquot vrbibus decretos illis fuiſſe, et diſputauit de earum armis, ſecuri, et clipeo, earumque monumenta Epheſi, Smyrnae, Thyatirae, Myrinae, Cumae, Magneſiae a Sipylo, Amaſi, Amaſtri, et alis vrbibus ſumma diligentia recenſuit, ſcrupulumque, qui circa Amazonum nomina exoritur, remouit. — Thoraces Amazonum vt plurimum ſunt armatae claua bipenni humeris ipſarum impoſita, manuumque alterutra tenent clipeum in lunae cornutae formam efficitum, qualem Latini vocare ſolent, *peltam.* *Jobert* Science des Médailles I. 373. Quae eius figura fuerit, non conuenit inter auctores. Fuſius de Amozonum pelta *Petit.* p. 169. ſqq. et de bipennis figura p. 253 ſqq. in n. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, *Thyatirenorum* Lydiae *ib.* 163.) *Morell.* Imp. II. in Nerone Tb. 17. fg. 12. p. 133.) *Wilde.* Sel. Num. Ant. p. 192.

Ama-

* *Amazon equitans* exhibetur in variis Graecorum numis. Equis enim celerrimis inuectae in hoſtes rem agebant Amazones, et ſi maior vis ingrueret, quam ferre poſſent, eadem equorum celeritate ſalutem expediebant. Hinc d. habenas, ſ. humero bipennem gerit Amazon in M. Aurelii numo inſcripto ΑΧΑΙΩΝ ЄΤΜЄΝЄΩΝ. *Achaeorum Eumenenſium* in Lydia. *Harduin.* p. 57.) *Petit.* l. c. p. 254. et 286.) *Vaill.* Num. Gr. — In alio M. Aurelii Amazon nuda equo vecta, d. bipennem, ſ. habenas, cum epigr. ΙЄΡΑΠΟΛЄΙΤΩΝ, *Hierapolitarum* Phrygiae. *Petit.* ib.) *Vaill.* — Idem Amazonis equitis cum bipenni in dextra typus, eademque ΙЄΡΑΠΟΛЄΙΤΩΝ epigraphe.)(ΓЄΡΟΤCΙΑ, *Senatus.* Velati ac laureati capitis effigies. *Petit.* p. 286. — Amazon equitans, d. habenas, ſ. humero bipennem, in ambitu inſcriptum ΖЄΤΧΙΔΟΤ nomen, in baſi ΜΟЄΤΗνων, *Moſtenorum* Lydiae n. Gallieni. *Petit.* p. 289. — *Al.* ΜΟCΤΗΝΩΝ. ΛΤΔΩΝ. *Moſtenorum Lydorum.* Amazon eques turrito capite cum bipenni ſiniſtro humero impoſita; ex aduerſo cupreſſus, atque ante eam ara ignita.)(ΑΤΤ. Κ. Λ. ΑΤΡ. ΒΗΡ. *Imperator Caeſar L. Aurelius Verus,* eiusque caput laureatum. Æ 2. edit. in *Oderici* Num. Graec. p. 24. Turritum caput vrbem ab Amazone conditam deſignat, vt turrita corona viſitur in earum vrbium numis, quas ab iisdem conditas fuiſſe fama eſt, Epheſi, Smyrnae, Magneſiae etc. Addit l. c. p. 127. *Antonius Benedictus* „Fatetur *Caſaubonus*, quod genus arboris illud ſit, ſe ignorare, an cupreſſus, vel quoddam genus corniferae arboris, quod nucum genus Moſtenum vocant auctore *Athenaeo* L. II. Dipnoſoph. — Amazon inequitans n. Panemotichitarum Pamphyliae. *Vaill.* Gr. — d. habenas agit, ſ. humero bipennem gerit. n. Tabalenſium Lydiae. *Vaill.* ib. — Similis typus n. Thyatirenorum. *Vaill.* ib. — Amazon equo fugiens contra ſt. Hercules pelle leonis tectus, d. claua pugnans, c. epigr. ΗΡΑΚΛΕΙΑC ΕΝ ΠΟΝΤΩ, *Heracleae in ponto. Petit.* p. 134.) *Vaill.* Gr. — Inequitans delphinum. n. Iul. Domnae. *Vaill.* ib.

Amazon ſedens nuda, vt nudae deorum effigies ponuntur, vertice turrito, d. extenſa, ſ. humero bipennem tenens, circum . . . ΟΚΛΟΤ CΟΦΙCΤΟΤ CΜΤΡ. n. *Smyrnaeorum. Petit.* 242. — *Al.* ſedet ſuper clipeo, d. ſuſtinet templum, ſ. bipennem et peltam, pro pedibus prora. n. Smyrnaeorum. *Vaill.* Gr. Sunt, qui putant, Aamzonis ipſius eſſe id templum, quod numinis loco haberent populares, et diuinis proſequerentur honoribus.

Amazon ſtans turrita, d. templum, ſ. bipennem. — *Al.* ſiniſtra bipennem et peltam. — *Al.* et praeterea pro pedibus prora nauis. n. Smyrnaeorum. *Vaill.* Gr. — ſt. capite turrito d. templi imaginem ſuſtinens, ſ. peltam et bipennem, ad pedes prora, c. epigr. CΜΤΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝЄΩΚΟΡΩΝ ЄΠΙ ΟΓЄΝΟΤC. *Smyrnaeorum*, in Iuliae Maeſae gratiam fabricatus. *Petit.* 187. — ſt. d. victoriolam, ſ. bipennem et peltam Smyrnaeor. *Vaill.* Gr. — ſt. d. victoriae ſigillum, ſ. bipennem, haſtae inſtar oblongam, circum ΘΤΑΤЄΙΡΗΝΩΝ, *Thyatirenorum.* Æ. Caracallae. *Petit.* 168. et 255. Si qua fides antiquis numis, tales fidem facere poſſunt et Smyrnam, et Thyatiram merito inter ea oppida eſſe ponenda, quibus Amazones aut exordium, aut nomen dederunt. — ſt. d. bipennem humero, ſ. victoriae ſignum, in ambitu ΟΞΤΡΤΝΧΙΤ. in area ΙΗ quae inſcriptio indicat, percuſſum hunc numum in ea parte Aegypti, quae Ὀξυρυγχίτης a piſce cognomine, quem ciues colebant, vocabatur; cuius etiam nomine vrbs ibi celebris *Oxyrynchus* nominata, tum Νομὸς ſeu praefectura Ὀξυρυγχίτης. *Petit.* p. 287. Quo ipſo occaſio datur curioſis ſuſpicandi, non ignotam

tam aut imperuiam fuiſſe Amazonibus *Aegyptum*, neque incredibile eſſe, quod *Diodorus* tradit, has cum in Africa magno armorum fragore res gererent, in Aegyptum quoque ad Orum tum regnantem profectas. — Cui ſuſpicioni nonnullam adferre videtur probabilitatem alter Hadriani, ab Aegyptiis itidem ſignatus, mulieris effigie, quae regi in throno ſedenti adſtat, manu altera haſtam, altera bipennem tenens, ara ignita intermedia, et victoriola aduolante, regi ſeu Serapidi coronam offerente, ad latus ΙЄΝ. *Petit.* 288. — Nec ſecius effigies mulieris, d. haſtam, ſ. peltam, gradu ad pugnam compoſito intentantis, in numo inſcripto ΚΑΝΤΗΛΗΤΩΝ.)(Caput laureatum. Cuius ectypum dat *Petit.* p. 289. — ſt. d. pateram, ſ. bipennem, circum ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ.)(Turritum Cybeles caput cum inſcriptione ϹΙΠΥΛΗΝΗ. Ex quo Smyrnaeorum Æ 3. numo a *Petito* p. 268. edito ſimul intelligimus *Sipylenem* dictam fuiſſe deum matrem.

Amazon ſtans, d. Aeſculapii ſignum, ſ. bipennem et peltam, pro pedibus prora nauis. n. Smyrnaeor. et Pergamenor. Concord. *Vaill.* Gr. — ſt. cum bipenni, et Aeſculapius cum baculo. n. Smyrn. et Pergam. Concord. *ib.* — ſt. turrito capite, d. pateram, ſ. peltam et haſtam; (plurimum tamen ſecuri vſas Amazones, et ſaepius quam haſtis certum eſt.) Ex aduerſo Cybele ſtans cum tympano, ad cuius pedes leo; in ambitu: ЄΠΙ. ϹΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΑΙΟΥ, in imo exergo: ΜΑΓΝΗΤΩΝ ϹΙΠ. *Magnetum Sipyli*, qui Magnetes ad Sipylum montem habitantes hunc numum in Caracallae honorem percuſſerunt, quem exhibent *Patin.* Theſ.) *Petit.* 159. et 266.) *Vaill.* Gr. Muliebris illa effigies vertice turrito ac pelta Amazonia inſignis, praeterea haſtam manu tenens, facile Amazonis fundatricis fidem intuentibus facit. — ſt. nuda d. ramum frondoſum, ſ. bipennem; ex adu. Diana Epheſia cum verubus; in ambitu: Є Π. ΟΚΤΑ. ΑΡΤЄΜΙΔΩΡΟΥ, in imo: ΘΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ, *Thyatirenorum* in Gallieni gratiam. *Petit.* 243.) *Vaill.* Gr. — ſt. habitu virili ornata d. victoriolam, ſ. bipennem oblongam et peltam; ex adu. ſt. mulier vel genius capite turrito, d. icunculam, in cuius humero bipennis, ſ. haſtam tranſverſam gerit mulier, ara intermedia accenſa, circum: ϹΤΡ. Τ. ΦΑΒ. ΑΛΦΗ. ΑΠΟΛΙΝΑΙ. infra ΘΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ Κ. ϹΜΥΡ. *Thyaterinorum Et Smyrnaeorum.*)(ΙЄΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ. Caput iuuenile nudum. *Petit.* p. 132. et 253. ex Theſauro *Patini*, qui Thyatirae genium eſſe interpretatur; altera autem viri armati cum pelta et bipenni Smyrnae ſymbolum, ſub qua latere Amazonem idem *Patinus* peltae et bipennis argumento coniicit. — *Al.* cum eadem epigr. niſi legas ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙϹ. Amazon ſt. templum manu ſuſtinet loco victoriolae. *Morell.* ex *Golzio.*) *Petit.* p. 133. — Duae mulieres ſtantes ex aduerſo, ambae turrito capite, ſed ea quam proxima inſcriptio Smyrnae vrbis ſymbolum eſſe docet, d. extenta templum ſuſtinet, laeua peltam et bipennem, quod eius vrbis fundamentum et nomen ab Amazone poſitum non obſcure confirmat; eoque magis, quod alterius mulieris effigies nihil ſimile habet. Cumque iſta cultum militarem praeferat, illi mulierum ritu veſtis ad pedes imos demiſſa, ſed et ſ. manu haſtam, d. pateram tenet; eidem praeterea ad pedes ara accenſa, illi ex oppoſito roſtrum nauis; pone hanc inſcriptio: ΑϹΙΑ, iuxta alteram ϹΜΥΡΝΑ, ſupra in medio ΟΜΟΝΟΙΑ, in imo exergo: Є Π. Ϲ. ΠΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Petit.* p. 238.

Amazones binae ϹΜΥΡΝΑ et ΜΥΡΙΝΑ, conditores *Smyrnae* in Ionia, et *Myrinae* in Aeolide, binis his vrbibus a ſe conſtitis nomen dederunt, atque in earundem vrbium numis receperunt memoriam. *Spanh.* I. 52.) *Petit.* p. 258. ſqq. Myrinam *Strabo* L. XI. aperte inter vrbes ab

ab Amazonibus qua conditas, qua adpellatas refert. Amazonis quidem effigies non exhibetur, ſed Apollinis laureati in nummo, quem e *Triſtani* Commentariis protulit *Petit.* p. 259. in cuius)(Apollinis ſacerdos ſ. laurei ramum, et inſcr. ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ, alii inferunt, reginae eſſe Amazonis hanc figuram, puta *Myrinae* ipſius, quae vrbem condidit. Non deſunt etiam, qui in alio *Æ* 2. nummo apud *Patin.* p. 262. inſcripto ΜΥΡΙΝΑ, *Myrinae* Amazonis effigiem eſſe putent. — Amazones duae turritae ſtantes dextras iungunt, ara intermedia, dexterior bipennem, altera haſtam, in ambitu: ΑΜΙϹΟϹ ΑΜΑϹΤΡΙϹ, *Amiſus*, *Amaſtris*, ad antiquitatem earundem vrbium indicandam. *Æ* 2. Ant. Pii. *Patin.* Num. Imp.) *Petit.* 272.) *Vaill.* Gr. Adp. Tb. 6. Manus in ſymbolum concordiae iungunt, ara interpoſita, vt mos in foedere ſanciendo. Cum enim haec, quae *Amiſum* repraeſentat, bipennem teneat, hoc ſatis argumenti eſſe putant, quo eam vrbem aut primum ab Amazone eius nominis conditam, vel certe, quod *Patinus* autumat, Smyrnaeorum coloniam fuiſſe credamus, et quoque *Amaſtrianos* eorundem Smyrnaeorum exſtitiſſe coloniam. — Binae Amazones dextras iungunt, vtraque ſ. bipennem gerit, addita epigr. ΕΦΕ. ϹΜΥΡ. *Epheſiorum* et *Smyrnaeorum* Concordia. *Vaill.* Gr.

Amazon ſtans cum bipenni dextram iungit cum Caracalla Imp. paludato, ſupra aram ignitam. n. Thyatirenor. *Vaill.* Gr. — dextram iungit cum Diana *Æ* 1. Smyrnaeor. *Morell.* Imp. II. in Domitiano Tb. 16. n. 12. p. 463. dextram porrigit mulieri genio. n. Smyrn. *Vaill.* — *Al.* Smyrnaeor. et Nicomed. Concord. *Vaill.* — *Al.* Smyrnaeor. et Cyzic. Concord. *Liebe* Goth. Num. p. 373. — d. praebat mulieri haſtam gerenti. n. Smyrnaeor. et Pergamenor. Concord. in Caracalla. *Petit.* 134.) *Vaill.* Gr. — d. porrigit mulieri turritae, ſ. temonem inuerſum ſuper humero gerenti. n. Nicomed. et Amaſienſ. Concord. *Vaill.* Gr.

Amazon ſtans ſ. clipeum et bipennem coronam Imp. Commodo imponit. n. Smyrn. *Vaill.* — ſt. turrita et ſuccincta, d. pateram, ſ. bipennem, coronatur a Victoria retro. n. Phocaeenſ. *Vaill.* — d exerta, ſ. clipeum, feſtinans, et pede nauis roſtram calcans, c. epigr. ϹΑΜΙΩΝ, *Samiorum.* *Æ*. Otaciliae. *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. 23 fg. 138. p. 185. — Bacchus vel Phlous nudus capite galeato, ſtrophio ad humeros, Amazonem humi proſtratum, capillis ſiniſtra arreptis, effigit, quam pugione confoſſurus eſt, circum ϹΑΜΙΩΝ, *Samiorum.* *Æ* max. Gallienſ. *Vaill.* Camps. p. 114. fg. 3. Amazon dignoſcitur ex tunica, quam aperit, mammam demonſtrans exuſtam. Amazonum oſſa in hac inſula diu demonſtrata fuiſſe tradunt.

Amazonis habitu *Roma* ſeptem ſuis collibus inſidet, ſ. ſcipioni innixa, ad pedes ab altero latere fluuius Tiberis cum arundine, ab altero lupa cum gemellis, adpoſita epigr. ROMA. *Æ* 1. Veſpaſiani. *Choul.* p. 140.) Muſ. *Farneſ.* Tb. 12. n. 6. *Morell.* Imp. III. in Veſp. Tb. 12. n. 9.) *Sada* ad *Auguſtini* Dial. III. 8.) Th. Reg. *Sueciae* Tb. 5. n. 18. — *Eadem forma* dea *Roma* Spoliis inſidens d. lauream atque palmam, ſ. parazonium c. inſcr. ROMA. *Æ* max. Contorn. Veſpaſ. *Morell.* l. c. Tb. II. n. 10. — *Al.* d. victoriolam, ſ. parazon. ead. cum ep. ROMA. AR. Veſpaſ. *Morell.* ib. Tb. 8. n. 5. *it.* *Æ* 1. ibid. Tb. 12. n. 10. — ſtans Amazonis habitu d. victoriolam, ſ. haſtam. ROMA. *Æ* 1. Veſpaſ. *Morell.* Tb. 12. n. 8. — et praeterea ſ. brachio innixa tropaeo, ſcuta aliquot laeuo pede calcans. ROMA. AR. Veſp. *ibid.* n 6. — ſt. ſ. parazonium, d. haſtae innititur, ad laeuum pedem adſtat clipeus, dextrum pedem protrac imponit, Romani imperii potentiam

tentiam terra marique indicans, c. epigr. ROMA VICTRIX. ℞. Veſpaſ. *ibid.* n. 4. *it.* Æ 1. Tb. 12. n. 7) *Mdb.* p. 114. ſed credidit, ſe videre molem quadratam, quam pede Roma calcat. — *Al.* cum inſcr. ROMA RENASC*ens.* AV. ℞. Æ. Galbae. *Morell.* in Galba. Tb. 3. n. 6. et Tb. 7. n. 21.

Amazonis caput muliebre turritum, circum ΚΥΜΗ, *Cuma*, Amazonis filia, conditrix vrbis Cumae Aeolidis.)(ΚΥΜΑΙΩΝ, *Cumaeorum.* Mulier ſt. d. ſiſtrum, ſ. caniſtrum. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 8. fg. 10.) *Pembrok.* II Tb. 38. fg. 3.) *Froelich.* Not. Elem. p. 236. Hoc caput quidem certum Amazonis ſignum non prae ſe fert; ſed cum ex *Diodor.* L. XI. conſtet, Cumam, et praeterea Smyrnam, Epheſum, Myrinam, Paphum etc. ab Amazonibus conditas fuiſſe, pro Amazone pronuntiare debebit. Hac de vrbe ita *Stephanus* Byzant. „*Cuma*, vrbs Aeolidis ante Leſbum, a *Cuma* Amazonis filia ſic dicta vocabatur etc. *Amazonium.* Et Pomp. *Mela* L. I. c. 18." *Cumam* nominauit, pulſis, qui habitarant, dux Amazonum Cuma. — Nonnullis etiam Amazonis, quae Cumam Aeolicam condidit, videtur effigies, pharetratae nempe mulieris lauro cinctae protome, c. epigr. ΚΥΜΑΙΩΝ.)(Rana. *Golz.* Mag. Graec. Tb. 16.) *Petit.* p. 265. Aliis Sibyllae eſſe Cumanae caput arbitrantur. — Figura muliebris medio corpore, capite turrito, d. bipennem in humero geſtat; in ambitu: CΜΥΡΝΑ, *Smyrna* Amazon, quae nomen vrbi dedit.)(CΜΥΡΝΑΙΩΝ, Smyrnaeorum. Leo gradiens. Æ 2. *Seguin.* Sel. Num. Ant. p. 25.) *Petit.* 161. Si ſola corona turrita inſignis eſſe haec femina, Cybele, aut vrbis Smyrnae ſymbolum eſſe poſſit; ſed bipennis, qua armata eſt, perſuadet omnino, hic repraeſentari Amazonem. Leo in)(virtutem et fortitudinem bellicam Amazonum, et eius praecipue, quae vrbem illam condidit, deſignare videtur. *Strabo* enim refert L. XIV. Smyrna Amazon fuit, a qua nomen hominibus vrbique factum. Annon liceat, inquit *Seguin.* l. c. tanti auctoritati adſentiri numo teſte firmatae. — Plures ſunt numi, qui fidem faciunt. Sic *Petit.* p. 236. edidit numum, in quo hinc protome muliebris capite turrito, circum: CΜΥΡΝΑΙΩΝ; illinc Leo ſedens cum eadem CΜΥΡΝΑΙΩΝ epigraphe. — Luculentius vero adparet ex Æ numo, in cuius antica Amazonis protome turrita, colligatis capillis, exerta mamma, d. humero bipennem, addito nomine CΜΥΡΝΑ, *Smyrna.*)(Prora nauis roſtratae. *Petit.* p. 162.) *Wilde* Sel. Num. Vet. Tb. 124. fg. 142. p. 192. — *Al.* Eiusdem Amazonis caput turritum intra lauream, ſed deficiente bipenne.)(ΣΜΥΡΝΑ ΝΙΚΑ ΔΙΟΣ, *Smyrna.* *Victoria Ionis.* Amazon capillis in nodum contortis formoſa ſtans, d. haſtam, ſ. victoriae ſigillum. Æ. *Wilde* l. c. fg. 142. p. 194.

ΑΜΝ litterae vel *Antiochenſis Monetae Secunda* officina, ad *Vaillantii* Praeſt. I. p. 300. prolatam conjecturam; vel iuxta *Bimardum*, *Ducangium* et *Guſſemium* in n. Magnentii AMB*ianis* ab vrbe *Amiens* in Picardia ſic dictis.

ΑΜΒ. ΑΜΒΡ. ΑΜΒΡΑΚΙ. ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ, vid. *Ambracia* in Theſprotia Graeciae.

AMBA in Hiſpania Baetica vrbs, de qua ſilent geographi et hiſtoriarum ſcriptores. Ex eius numis coniectura eſt, eam fuiſſe ſitam in terra frugum et pecoris fertili. *Guſſeme* Diccion. I. 122. — AMBA. inter duas ſpicas.)(Caput virile nudum. Æ *Guſſeme* ib.) *Velazquez* Enſayo Tb. 13. fg. 4. p. 96. qui vero hinc inde ramuſculos ſpicarum loco ſignauit. — AMBA F. *Amba Felix*, vel *Flauia.* Caput virile nudum.)(Bos ſt. ad cuius collum palmae

ıe ramus, ſuperne lunula. Æ.
ıne l. c. — AMBA. RG. Ca-
nberbe.)(Bos ſtans in coro-
urea, Æ 2. Muſ. *Hunter*. Tb.
. 3.) *Velazquez* Enſayo ſobre
.lphabetos Tb. 16. n. 5. 6. 7.
a laurea bouem ſtantem et de-
lunulam repraeſentat, ſed in-
i ſunt numi litteris vetuſtiſſi-
quas legendas eſſe p. 133. in-
AIMPHA vel AIMPHATS, quae
ɔula ex eius coniectura idem
munt ac AMBA.

ıbaſum, Gr. Ἀμβασον, Phry-
metropolis ex *Stephano*. Apud
um in Claudio numus; AMBA-
N ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *Holſten.*
p. 30.

ıbiani, nunc *Amiens* in Picar-
ıppidum. Ex Ptolem. *Cellar.*
Orb. Ant. I. 216. Cui vrbi
ngius tribuit Magnentii nu-
, in cuius exergo litterae AMB.

ABILI. Caput muliebre galea-
)(EBVRO. *Eburones*. Vir in
equo, d. haſtam. AR 3.
l. Cat I. p. 11. Non abſimilis
ır ſequens, in quo legitur.

ABIORIX, Gallorum Iulii Cae-
aeuo regulus ignotus, in ve-
tantum moneta ſignatus. Ca-
galeatum.)(EBVRO. Eques
ſtam. AR. Muſ. *Pembrok.* II.
93. fg. 3.) *Guſſeme* I. 123.

ABLADA, Gr. Ἀμβλαδα, vrbs
ae. *Stephan.*) *Cellar.* II. 165.
AMBΛΑΔΕΩΝ numum laudat
ius *Ligorius* ſub Alexandro Se-
cuſus, in quo Bacchus cum
expreſſus, d. cantharum te-
, ſ. thyrſo innixus. *Holſten.*
p. 30.

ı. BP. Claua intra lauream.)(
t imberbe. Ad *Amaſtrianorum*
ıs refert *Guſſeme* I. 118.

IBP. Ἀμβρακιωτης, vel Ἀμβρακιω-
vid. *Ambracia.*

AMBRACIA Epiri in Theſprotia ſignatur in numis A. AMB. AMBP. AMBPAKI. AMBPAKIΩTAN. — Pyrrhi quodam regia; et Corinthiorum colonia. *Golz.* Graecia p. 17. ſqq.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 880. Hinc pegaſum Corinthiorum inſigne, vel Cretenſium colonia minotaurum ſignauit in aliquot numis. Omnium copioſiſſime de hac vrbe *Antoninus Liberalis* in voce Ἀμβρακία. — Ad eandem vrbem reuocandi ſunt numi ſequentes, in quibus pegaſus, infra quem A. Vetus enim eſt coniectura, numos ſimiles, qui vtrimque aut vna tantum parte A impreſſam habent, omnes *Ambraciam* reſcribendos. *Pellerinius* quidem Rec. I. p. 87. opinatur, eam litteram *Anactorii* eſſe initialem. At iſtud refellitur certis Anactorii numis, qui nunquam A ſolitarium, ſed ſemper AN. vel ANA. exhibent, vt adnotauit *Eckhel.* Num. Vet. p. 123. et 125. — 1. Caput Palladis, pone A. retro Iupiter ſt. ſ. protenta, d. fulmen vibrans.)(Pegaſus ſolitus, infra quem A. AR 2. *Eckhel.* l. c Tb. 8. fg. 16. — 2. Caput ſimile galeatum, pone caput Acheloi)(eadem. AR 2. *Ibid.* fg. 17. — 3. Caput ſimile, pone bos dimidius cornupeta.)(eadem. AR 2. *ibid.* fg. 18. — 4. Caput imberbe galeatum ad d in quadrato incuſo.)(A. Pegaſus idem ad d. AR 2. Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 4. — 5. A. Caput idem gal. ad ſ. pone fulmen.)(A Pegaſus ad ſ. AR 2. *Hunter.* p. 21. — 6. Caput idem ad d. pone prora nauis.)(A. Pegaſus ad d. AR 2. *Hunter*, ib. — 7. Caput Palladis, pone A.)(Pegaſus, cuius vngulam vir nudus pedibus ſuis inſidens curare videtur. 2. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 8. fg 19. p. 124. Bellerophontem intuens, qui pegaſo ſuo adflictam a lapſu vngulam ſanat, ex *Dionyſ.* Perieg. Deſcript. Orb. v. 869. — 8. Caput laureat. ad ſ.)(A. Pegaſus ad ſ. Æ 2. Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 5. — 9. Caput Iouis laur.)(AMB.

Gryphus

Gryphus gradiens, infra ΑΡΞΙΑΔΑΣ. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. 102. — 10. Similis, ſed ΑΜΒΡ. ΑΞΙΟΧΟΣ. *Guſſeme* I. 124. — 11. *Similis*, ſed cum dictione ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ. Æ *Golz.* Graecia Tb. 5. fg. 5. — 12. Caput muliebre laureatum et velatum ad d.)(ΑΜΒΡ. Obeliſcus, ſiue meta in corona laurea. Æ 1. *Geſner.* Tb. 8. fg. 27.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 3. fg. 12.) *Guſſeme* l. c.) *Hunter.* p. 21.) *Eckhel.* Cat. I. 102. Apollinis caput laureatum adſerit, ſed *Golz.* in Graecia Tb. 5. fg. 7. p. 20. ad Iunonem reginam refert, in cuius humero ſceptrum conſpicitur, pront illa in aliquot numis Romanis. — 13. Caput idem, pone Φ. ante monogr. .)(ΑΜΒΡ. Typus idem. Æ 1. *Hunter.* p. 21. — *Al.* caput idem ad ſ.)(eadem. *Hunter.* ib. — 14. Caput Acheloi, vel minotauri.)(Cancer marinus vrbis ſitum indicans, infra ΑΜΒΡ. Æ Golz. Gr. Tb. 5. fg. 9. — 15. Idem minotauri caput, retro A. deſuper ΑΡΔΕΣΣΑΣ.)(Tridens, mari adpoſitam vrbem ſignificans, in area ΑΜΒΡ. AR. *Golz.* ib. fg. 10. — 16. Caput Apollinis imberbe radiatum ad d.)(ΑΜΒΡ. Apollo nudus ſt. ad d. ex arcu ſagittam iaculans. Æ 2. Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 6. — 17. Caput imberbe laur. ad ſ.)(ΑΜΒΡ. Iupiter nudus ſt. ad d. ſ. extenſa, d. fulmen. Æ 1. *ibid.* fg. 7. — 18. Caput barbat. laur. ad d.)(ΑΜΒΡ. Gryphus alatus ſt. ad d. infra ΚΛΕΑΝΔΡΟ. . . *ſub Cleandro.* Æ 2. *Geſner.* Tb. 8. fg. 29.) *Hunter.* p. 21.) Muſ. *Theup.* p. 1246. — 19. ΑΜΒΡΑΚιωτῶν, *Ambraciotarum.* Caput minotauri, deſuper tridens.)(Caput laur. barbatum, vel Iouis Cretenſis, vel Minois regis. *Golz.* Magn. Graec. Tb. 5.) *Hauerbal.* Proem. Tb. 1. fg. 10.) *Spanh.* I. p. 285.) *Pellerin.* Rec. I. p. 78. — 20. ΑΜΒΡΑΚΙ. Iupiter nudo corpore d. fulmen iaculans.)(Caput Apollinis radiat. AV. *Golz.* Graecia Tab. 5. fg. 6. — — 21. ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ, Ἀμβρακιωτᾶν, *Raſche Lex. Num.* *Ambraciotarum.* Caput Palladis gal. pone mulier ſeminuda capite ſurſum erecto, d. ſublata haſtam contingit.)(Pegaſus volans. AR. 2. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 8. fg. 15. p. 123.) *Ei.* Cat. I. 102 — 22. Similis apud *Golzium* Graecia Tb. 5. fg. 8. ſed eo differt, quod pro muliere lyram ad Palladis occiput ſignatam habet — 23. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΔΗΜΑΡΧικῆς ΕΞΟΥΣΙας ΙΑ. *Auguſtus Pontifex Summus, Tribunicia Poteſtate* XI. Caput Auguſti nudum ad ſ.)(ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ, *Ambraciotarum* in laurea. Æ 2, quem producit *Golz.* in Auguſto Tb. 16. fg. 185. et Tb. 55. n. 27. *Morell.* Theſ. Imp. in Auguſto Tb. 53. fg. 9. et 10. p. 459.

ΑΜΒΡΑΚΙ. et ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ, *Ambraciotarum.* vid. *Ambracia.*

ΑΜΒΡΟϹΙΕ ΠΕΤΡΕ, *Ambroſiae Petrae*, duo ingentes lapides, quos Tyrii ſacrificio diis ſublato, ſtabiles reddiderunt et Tyrum ſuper eos condiderunt. Ad has enim petras inueniendas Hercules Tyrios tamdiu nauigare iuſſit, donec illas reperirent errantes. In numis Tyriorum Gordiano Pio, Valeriano et Gallieno dicatis, ad vrbis originem indicandam, hae duae *Ambroſianae Petrae* conſignatae cernuntur, inter quas oliuae ramus enatus eſt, cui ſerpens inuolutus. *Vaill.* Num. Gr. — Etiam in Aegaeenſium numis illae *Ambroſiae Petrae*, ob Herculis cultum ex Tyriorum vrbe Aegas portatum.

AMBVST. *Ambuſtus*, cognomen Fabii Eburnei, quod fulmine eſſet *ambuſtus.* K. FABI. AMBVST. *Kaeſo Fabius Auguſtus.*

ΑΜΑ. vid. Hiſpanici numi.

ΑΜΕΝΑΝΟΣ, *Amenanus*, hodie *Giudicello*, Siciliae fluuius, qui Catanenſium, in quorum numis legitur, adluebat agros, de quo *Doruill.* Sicul. c. 13. p. 218. Recte igitur vete-

rum ſcriptorum fide illum Catanenſium numum cum incorrupta AMENANOΣ ſcriptura profert *Cioſanus* ad Ouid. Faſt. L. IV. 467. et *Vrſino* adſenſus eſt *Clauer*. Sicil. Ant. L. I. c. 9. p. 120. item *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. 783. Eius caput iuuenile cornutum, cui adſcriptum AMENANOΣ)(KATANAIΩN, *Catanenſium*. Fulu. *Vrſinus*. — Idem caput inter duos piſces, et cammarum. AR. *Torremuzza* Sicil. Num. Tb. 20. fg. 8. p. 19. — *Al.* ſimilis exceptis piſcibus, et cammaro *ib.* Tb. 23. fg. 14. p. 22.

AMANANVS Siciliae fluuius, ex Aetna ortus interfluit oppidum Catanenſe. vid. AMENANOΣ.

AMESTRA in Sicilia. vid. *Amiſtra*. — AMHΣTPATINΩN.

A. M. GEMELLVS, *Aulus Memmius Gemellus*, praenomen, nomen, cognomen.

AMI. in area AR. 2. Metaponti Lucaniae. *Magnan*. Miſcell. Num. I. Tb. 23. fg. 15. *Ei.* Lucania Tb. 35. fg. 15.

AMIA. decurtatum magiſtratus nomen in Rhodiorum Æ max. numis. *Theup.* 1291.

Amictum vel tectum eſt caput corona, diademate, galea, leonis exuuiis, elephantina proboſcide etc. vid. *ſuis locis*.

Amicus dictus Iupiter. v. ZETC ΦIΛIOC. — *Amici Caeſarum*, quales olim dicti, variaeque eorum claſſes. *Spanb.* II. p. 575. vid. ΦIΛOKΛATΔIOΣ.

AMID. in exergo n. Conſtantini M. *Gaſſeme* I. 124.

Amida Meſopotamiae vrbs; metropolis Meſopotamiae in notitiis eccleſiaſt. poſt Conſtantin. M. Ad Amiſam coloniam metropolin Meſopotamiae refert *Harduin*. Num. Vrb. Ill. p. 37. numum, priori littera exeſa . . . MI. loco AMI. KO. MH. MECOΠ. de qua epigraphe *Spanb.* I. p. 604. ſq. — Theoph. Sigefr. *Bayeri* diſſ. de numo Amideno etc. inſerta commentar. acad. ſcient. Petropolit. To. VIII. p. 343-377.) *Gaſſeme* Diccion. I. 124.

AMIMTΩT vel potius BAMIMTΩT ſola epigraphe in Æ numo, cuius ectypum protulerunt *Beger*. Th. Br. III. p. 4.) *Froelich*. Not. Elem. Tb. 2. fg. 24.) *Schlaeger* de numo Alex. M. Tb. 2. fg. 8 p. 58 qui plerumque *Amyntae* I. Macedonum regi adſcribitur ab iis, qui legunt Βασιλεως AMIMTOT Μακεδόνων.)(Cancer marinus. Sed repugnat interpretationi et orthographia nominis regis, quod alii numi produnt, et τῶ M. lectio ad libitum excogitata. *Froelich*. Annal. Syr. in Prolegom. p. 31. An non hic numus potius Amyntae Galatae vindicandus ſit? nam numis Macedonicis alia eſt ſpecies, alia epigraphe AMINTA. Porro ſola forma quadrata litterae O μικρῦ pro ea vetuſtate certo non facit; inueniuntur enim Parthiae regum numi, vno circiter ante aeram Chriſti ſaeculo, ſimili quadrato O ſignati. *Froel.* Not. Elem. p. 139.

A. MINΔIOΣ BAΛBOΣ, *Aulus Mindius Balbus*, praenomen, nomen, cognomen. *Vaill.* Graec. p. 13.

AMICHNΩN MIΛHCIΩN, *Amiſenorum Mileſiorum* ſubaud. *Concordia*, vel Amiſi cum Mileto, ex qua receperat olim coloniam, ſocietas. Apollo ſedens cum lyra; ex adu. Serapis ſt. cum ſpicis et haſta. Æ max. Maximini. Vtraque ciuitas ſua exhibent peculiaria numina, Amiſus Serapim, qui idem cum Sole putabatur, et Miletus Apollinem, qui pro Sole etiam accipitur, Mileti cultus, Didymaeus vocatus eſt. *Harduin.*) *Froelich*. Obſeruat. in *Gorii* Symb. Litt. Vol. VII. p. 88.

AMIΣO.

ΑΜΙΣΟ. Cornucopiae inter Dioſcurorum ſtellatos pileos.)(Caput iuuenile alatum. Æ. *Amiſi* in Ponto *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. 7. fg. 39. p. 57. vbi cenſet caput hoc alatum eſſe Calais, Zethi fratris, et Boreae ex Orythia Attica filii. In eodem numo apud *Geſner*. Tb. 9. fg. 3. et in Muſ. *Hunter*. p. 23. nulla in capite iuuenis obſeruatur ala, et epigraphe eſt ΑΜΙΣΟΤ. — Cum eadem inſcriptione, ſed in)(caput muliebre alatum. *Guſſeme* I. 126.

ΑΜΙΣΟ . . *Amiſus*. Mulier, ſeu Amazon ſt. d. extenſa, ſ. . . . Æ 2. *Theup*. 1246.

ΑΜΙϹΟϹ, *Amiſus* vrbs in Ponto Galatico, a Mileſiis condita, ab Athenienſibus deinde occupata, Piraeeum dictum eſt, poſtea priſtinum nomen *Amiſi* reſumſit. v. *Amiſus*. — Gentile Ἀμισηνὸς, *Amiſenus*. v. ΑΜΙΣΗΝΩΝ.

ΑΜΙϹΟϹ ΑΜΑϹΤΡΙϹ, *Amiſus* et *Amaſtris* vrbes coniunctae. Duae Amazones turritae ſtantes dextras iungunt, ara ignita intermedia, exterior bipennem, altera haſtam. Æ 2. Anton. Pii. *Patin*. Imp. p. 227.) *Petit*. de Amazon. p. 272.) *Vaill*. Num. Gr. p. 222. *Ei*. Append. Icon. Tb. 6.) *Guſſeme* I. 127. Duae ſunt eiusdem Aſiae prouinciae vrbes ſocietatem inter ſe contrahentes, in originis ſuae memoriam. Amazones enim duae in numo depictae, vrbes illas a duabus Amazonibus, Amiſo ſcilicet, et Amaſtri, fuere denominatas denotant; illae Paphlagoniae et Ponti partem olim occuparunt, ſiquidem Themiſcira planities verſus Amiſum a *Strabone* L. XII. dicitur Amazonum domicilium.

ΑΜΙϹΟϹ, *Amiſus*. Europa tauro vecta, cum delphino infra.)(ΠΟ. ΛΙΚ. ΚΟΡ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. *Publius Licinius Cornelius Valerianus Caeſar*. Caput Salonini nudum, ad pectus cum paludamento. Æ 2. *Vaill*. Gr.) *Band*. I. p. 263.) *Guſſeme* I. 127. — *Similis* cum ep. ΠΟ ΛΙΚ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ, *Publius Licinius Valerianus*, eiusdem Salonini caput laureatum pectore paludato. Æ 2. *Band*. l. c.

ΑΜΙϹΟΥ, *Amiſi* Paphlagoniae, vel Ponti. Tiridates ſtans in fronte, d. gladium, ſ. Phereclis caput barbatum capillis ſuſpenſum, ad pedes iacet reliqua pars corporis; in area ΑΜ et Σ)(Caput muliebre galeatum. Æ 1. Muſ. *Hunter*. Tb. 4. fg. 8. et monogr 43. et 8 — *Similis*, ſed in area loco poſterioris monogrammatis ΓΑ. Æ 1. *Hunter*. p. 22. et monogr. 43. et 27. — *Idem*, vt videtur, numus Æ. iisdem ferme monogr. apud *Haym*. Th. Br. II. Tb. 20. fg. 2. Sane truncatum cadauer ab *Haymio* indicatur, ſed Hercules, in nulla alia Amiſenorum moneta ſignatus creditur; neque tamen facile Herculem pallio tectum quis obſeruauerit, quare etſi viri ſignum non negat Haymii editor *Khellius* p. 174. de Hercule tamen dubitat. Similis numus in Catalogo *Theupoli* ita deſcribitur: Mulier ſt. d. extenſa, ſ. caput hominis reciſum. Pariter apud *Guſſeme* I. 125.

— Victoria galeata gradiens ad d. eleuata d. ſertum, ſ. humero palmam gerens; in area duo monogr apud *Hunter*. 45. et 46.)(Aegis Mineruae inſerto capite Meduſae. Æ 1. *Geſner*. Tb. 9. fg. 10.) *Hunter*. p. 22. — *Similis*, ſed monogrammata alia apud *Hunter*. 44. et 27. Æ 1. — *Similis*, ſed cum monogr. *Hunter*. 47. et 27. Æ 1. — *Similis*, ſed c. monogr *Hunter* 48. et 45. Æ 1. — *Similis*, ſed in area Δ. Æ 1. *Hunter*. p. 22. *Guſſeme* I 126. — *Similis*, ſed in area ΑΤ. litteris nexis. Æ 3. *Theup* 1246. — *Similis*, ſed in area duo monogr. Æ 3. *Eckhel*. Cat. I. p 137. — Huius numi typus etiam a *Golzio* propoſitus Inſul. Aſiae Tb 2. fg

2. fg. 7. 8. additis aliis monogrammatibus. — *Idem* Victoriae gradientis typus.)(Caput Meduſae, ſquamato ornatu cinctum, Palladis ſcutum. Ex vtraque Victoriae parte monogramma. Æ 3. *Froelich.* Animaduerſ. Tb. 5. n. 32. inſert. *Gorii* Symbol. Litter. Vol. VII. p. 88. Monogramma alterum litteras A. M. E. T. ex Froelichii coniectura complectitur, quod legit: Ἀμισηνῶν, Μιλησίων, ἔτους, *Amiſenorum*, et *Mileſiorum*, *Anno.* Alterum litteris Σ. et O. conſtat, quas eſſe numericas notas cenſet, atque adeo indicare *annum* 270. Eadem enim vocabula gentilia ΑΜΙΣΗΝΩΝ ΜΙΛΗΣΙΩΝ, *Amiſenorum* et *Mileſiorum* adfert *Harduin.* in Maximini numiſmate. Numeri vero in eodem *Harduini* numo ſignati ET. CΣΗ. *Anno* 268, ſupputantur ad aeram Amiſi, quae coepit A. V. C. 721. Nam ſi 268. addas, exibit annus 989. Maximini ſecundus. In Froelichiano vero numo habetur 270. additis 721. referret annum 991. Gordiani Pii primum. Sed numus, qua characteribus, qua forma ſua omni, et fabrica, multo antiquiorem ſe eſſe monet. Inde *Froelichius* vetuſtioris aerae initium ſumit ab Anno V. C. 448. quibus adiungendo 270. habetur annus V. C. 718. anterior illo 721. quo noua aera coepit. Annus itaque ΣΟ. in numo ſignatus 270. incidit in tempora M. Antonii, cum compoſitis Ponti rebus in Medos moueret. Verum ſiue tum libera adhuc Amiſus permanſerit, ſiue regulo alicui, aut Stratoni tyranno ſubdita fuerit: nihil vetat, quin priſca regum aera vſos dicamus Amiſenorum; quando conſtat ſub Romanis quoque, in numis ſuis, vrbes quasdam veterem ſupputandi temporis rationem diu retinuiſſe.

ΑΜΙΣΟΥ, *Amiſi.* Victoria naui inſiſtens, ſ. humero palmam.)(Aegis Mineruae, vt in prioribus. Æ. *Golz.* Inſul. Aſiae Tb. 2. fg. 7.

- Victoria gradiens, d. ſertum, ſ. palmam.)(Caput imberbe pelle nebridis aut tigridis amictum. Æ. *Golz.* ib. fg. 10. p. 311.

- Victoria ſt. cum palma, ad latus monogr.)(Caput Solis radiatum. *Guſſeme* Dicc. I. 125.

- Aquila fulmini inſiſtens capite retrouerſo, ante monogr. apud *Hunter.* 8.)(Caput Iouis barbatum et laur. Æ mai. *Liebe* Goth. Num. p. 157.) Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 9.) *Guſſeme* l. c.) *Eckhel.* Cat. I 137. — *Al.* ſed aquila alis expanſis inſiſtit fulmini, ante monogr. apud *Hunter.* 51. Æ 2. *Hunter.* ib. fg. 12.

- Gladius in vagina reconditus, ſeu vt aliis plerumque videtur, pharetra.)(Caput imberbe Palladis, vel Martis, galeatum. Æ 2. *Hunter.* ib. fg.) *Golz.* Inſ. Aſiae Tb. 2. fg. 6. p. 310.) *Theup.* 1246.) *Eckhel.* Cat. I. 137. --- *Similis*, ſed praeterea in area lunula, aſtrum et monogr. Æ 2. *Hunter.* p. 22. et monogr. 54 --- *Alius* ſed cum monogr. 27. apud Hunter. — *Al.* ſed duo monogr. Æ 3. *Golz.* Inſ. Aſiae Tb. 2. fg. 6.) *Eckhel.* l. c.

- Ciſta myſtica exuuiis hirci tecta, cui accumbit thyrſus.)(Caput hedera cinctum, vel Bacchi imberbis, vel mulieris. Æ 3. *Arigon.* Tb. 2. n. 17.) *Golz.* l. c. fg 9.) *Geſner.* Tb. 9. fg. 4.) *Hunter.* Tb. 4. fg. 11.) *Muſell.* Num. Pop. et Vrb. Tb. 2. fg. 12. p. 18.) *Eckhel.* l. c.) *Guſſeme* ib.

- Cornucopiae, hinc inde pileus cum ſtella.)(Caput iuuenile. Æ 2. *Geſner.* Tb. 9. fg. 3.) *Hunter.* p. 24.) *Guſſeme* ib.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 7. fg. 39. vid. ΑΜΙΣΟ.

- Pegaſus paſcens infra monogr.)(Caput Perſei herois cum galea incurua. Æ 1. *Geſner.* Tb. 9. fg. 10.) *Hunter.* ib. et monogr. 52. — *it.*

it. Æ 3. *Thesp.* 1246.) *Eckhel.* l. c. — *Similis*, ſed nullo monogr. *Golz.* Inſ. Aſiae Tb. 2. fg. 4. — *Al.* cum duobus monogr. *Golz.* l. c. fg. 3. et *Neum.* p. 310.

- Tripus.)(Caput muliebre. Æ. 1. *Golz.* ib. fg. 5) *Geſner.* Tb. 9. fg. 7.) *Hunter.* p. 22.

Sub Imperatoribus legitur a) in n. Hadriani: ΑΜΙCΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑC ΕΤΟΥC ΡΞΓ. *Amiſi Liberae, Anno* 163. Pallas galeato capite ſt. d. extenſa victoriolam, ſ. demiſſa clipeum.)(ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒ. Π. Π. ΥΠ. Γ. *Imp. Caeſ. Traianus Hadrianus Auguſtus Pater Patriae, Conſul Tertium.* Caput Hadriani laur. Æ. 3. RRR. edit. in *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 11. fg. 2. p. 166.) *Vaill.* Praeſt. II. p. 151.) *Guſſeme* I. 126. — *Vaillantius*, *Froelichius*, *Zaccaria*, aliique antiquarii epochae Amiſenae initium illigarunt A. V. C. 721. quo ſeſe ea vrbs a Stratonis tyrannide liberauit. Litem mouit *Mazzolenus*, qui in Muſ. *Piſani* P. II. p. 162. ex numis triplicem Amiſi aeram ducit, quarum vna inchoaret ab A. V. C. 707. ex numo Caracallae cum anno 255. Altera ab A. V. C. 721. et tertia ab A. 723. ex numis Aelii Caeſaris cum annis 165. et 169. A nonnullis quidem vrbibus nonnumquam alia pro alia adoptata eſt epocha, cuius vel ipſa Sinope, Amiſo vicina, exemplum praebet; at non temere illud ſtatuendum, niſi manifeſta ratio id iubeat. Litterae fallaces, praecipue cum epochas notant, facile in fraudem inducunt, et accurato examini ſunt ſubiiciendae. Ex adſertione *Eckhelii* ſolus Annus V. C. 721. pro initio epochae huius vrbis videtur ſtatuendus, duobus numis nequicquam repugnantibus, qui ſanandi potius ſunt, quam vt ipſi luxati antiquariorum iudicium regant. Quare in numo Caracallae cum anno CΝΕ, quem citat *Holſtenius* in Notis ad Stephanum in voce ΑΜΙ-ΣΟΣ p. 31. legendum CΛΕ, cum quod *Vaillantius* auctor magis idoneus Caracallae numum, qui propter typum Victoriae bigis vectae idem cum Holſteniano videtur, cum poſteriore hoc anno CΛΕ vulgauit, tum quod facile Ν pro Λ legi poteſt. Rurſum in numo Aelii pro ΡΞΕ legendum abſque dubio ΡΞΘ. Elementum enim Θ, ſi circuli pars dexterior aeuo eroſa eſt, τῷ Ε ſpeciem praebet, quod Hadriani iam aetate fere arcuatum erat. Quid quod a vero omnino abhorret, Amiſenos primo Aelii Caeſaris anno vſos epocha ducta ab A. V. C. 723, biennio elapſo amaſſe aliam ab Ao. 721, hanc rurſum aſpernatos ſub Caracalla potiore viſo A. 707, et haud multo poſt, vt numus Diadumeniani apud *Vaillantium* probat, ad A. 721. rediiſſe, quae vt vera eſſe poſſunt, ita pro veris, niſi numorum plurium, et integrorum auctoritas accedat, venditanda non ſunt. Quare ratio probabilis non eſt, cur praeter Annum V. C. 721. alter aliquis pro initio epochae Amiſenae ſtatui debeat. Ea lex ſi obtinet, litterae numerales ΡΞΓ vel ΡΞΡ. in Hadriani numo indicant A. V. C. 883. ab autumno, poſt Chr. 130.

- ſed ΕΤ. ΡΞΔ. *Anno* 164, qui V. C. 884. Chr. 131. Capricornus cum globo, deſuper cornucopiae. Æ. Hadriani Æ. *Vaill.* Pr. II. p. 150.) *Guſſeme* l. c.

- ſed ΕΤ. ΡΞϚ. *Anno* 166, qui V. C. 886. Chr. 133. Mercurius nudus ſtans, d. crumenam, ſ. caduceum cum ſtrophio. Æ. 3. Hadriani RR. edit. in *Cim. Vind.* p. 55.) *Eckhel.* Cat. I. 138. — Eadem epigr. et epocha, ſed Mercurius itidem nudus ſt. d. caduceum, ſ. pallium complicans. Æ. *Vaill.* Pr. II. 152.) *Guſſeme*.

- ſed ΕΤ. ΡΞΖ. *Anno* 167. vel V. C. 887. Chr. 134. Mulier ſtolata ſt. d. extenſa, ſ. haſtam, quae videtur

detur eſſe Sabina Romanae matronae habitu, vel genius vrbis. AR. Hadriani R. *Vaill.* l. c.) *Guſſ.* ib.

b) *Sabinae.*

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΕΤΟΥΣ ΡΞΣΤ, *Anno* 166. Mercurius ſt. d. crumenam, ſ. caduceum cum ſtrophio.)(ΣΑΒΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ,)(*Sabina Auguſta.* Huius caput. AR. 3. edit. in *Cim. Vind.* p. 56.) *Eckbel.* Cat. I. 138.) *Guſſeme* I. 126.

- ſed ΕΤΟΥΣ ΡΞΖ, *Anno* 167. Mulier ſt. d. pateram, ſ. ſceptrum. AR. 3. Sabinae, edit. *ib.*

- ſed ΕΤΟΥΣ ΡΞΗ, *Anno* 168. Figura muliebris, vel ipſa Sabina, vel genius vrbis Amiſenorum, ſtolata ſt. d. pateram, ſ. haſtile, cui aquila, vel quidpiam ſimile ſuperimpoſita. AR. Sabinae RRR. *Vaill.* Pr. II. 156.) *Guſſeme.* Annus huius aerae 168. cadit in A. V. C. 888, qui eſt poſt Chriſtum 135.

- ſed ΕΤΟΥΣ ΡΞΘ, *Anno* 169. Cum iam mortua eſſet Sabina Anno 889, ante adoptionem Aelii Caeſaris, ex *Spartiano*, numus vel eodem anno V. C. 889. eſt cuſus, vel littera ⊙ loco Θ eſt poſita. Veneris figura nuda genuflexa pone adſpiciens, d. velut ſpeculum tenet. Aut vrbs ſub Veneris effigie Sabinam veneratur, aut Veneris deae cultum Amiſi indicat. AR. Sabinae, *ib.*

c) *L. Aelii Caeſaris.*

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΕΤΟΥΣ ΡΞΘ, *Anno* 169. V. C. 889. Chr. 136. Mulier vel Aequitas, vel Iuſtitia ſtans, d. bilancem, ſ. c. c.)(Λ. ΑΙΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Caput *L. Aelii Caeſaris* nudum. AR. RR. edit. a *Vaill.* Pr. II. p. 157.) *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme.*

d) *Antonini Pii.*

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΕΤΟΥΣ ΡΠΘ, *Anno* 189. Mulier tutulata ſt. d. temonem, ſ. c. c.)(ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. Caput Ant. Pii nudum. AR. 3. edit. in *Cim. Vind.* p. 56.) *Eckbel.* Cat. I. 138. — vid. etiam ΑΜΙΣΟΣ.

e) *Commodi.*

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΒΣ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Amiſi Liberae ſuis legibus viuentis*, *Anno* 202, V. C. 92[illegible] Chr. 169. Templum decem columnarum, in cuius Zophoro, ΚΟΜΟΔΟΝ. *Guſſeme* I. 127.

- ſed ΕΤΟΥΣ ΣΘ, *Anno* 209. ib[illegible]

- ſed ΕΤΟΥΣ ΣΙΘ, *Anno* 219. Æ [illegible] 1. *Vaill.* Num. Gr.

f) *Caracallae.*

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΕΤΟΥΣ ΣΛ[illegible] *Anno* 235., V. C. 955, Chr. 20[illegible] Victoria in bigis, d. coronam, [illegible] palmam. Æ. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme*

- ſed ΕΤ. ΣΜΕ, *Anno* 245. Victoria bigas agens.)(ΑΥ. Κ. [illegible] ΑΥ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. Caput Caracallae laur. Æ max. edit. in *Cim. Vind.* p. 13.) *Eckbel.* Cat. I. 13[illegible] *Theup.* p. 962, ſed anno detrito. *Holſten.* Not. ad Steph. p. 31. [illegible]nus autem recte cum ΕΤ. ΣΝΕ.

- ſed ΕΤΟΥΣ ΣΜΕ, *Anno* 245, V. C. 965, Chr. 212. Imperator cum haſta equo vectus, laxatisque frenis ſuper barbaros duos humi proſtratos decurrens.)(ΑΥΤ. ΚΑΙ. [illegible] ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. Caput Caracallae ad pectus vsque expreſſum cum paludamento, laurea cinctum. [illegible]

1. [illegible]

1. *Liebe* Goth. Num. p. 217.) *Guſſeme.*

- ſed ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘέρας ΕΤους ΣΜΗ, *Amiſi Liberae, Anno* 248, adiuncto initio epochae 721, conſicietur A. V. C. 969, qui Septimii Seueri cum Caracalla imperantis erat vltimus. Caput coronatum vel Bacchi ipſius, vel bacchantis. Æ 2. *Froelich.* Adpendic. II. nouis n. 45. p. 88.

g) *Diadumeniani.*

ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ ΕΤ. ϹΜΘ, *Anno* 249, qui eſt V. C. 970. in quo Caracalla eſt occiſus. Aquila inſiſtens ſcipioni. Æ 2. *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme* I. 127. ſed integre perſcriptum ΕΤΟΥϹ ϹΜΘ.

h) *Maximini.*

ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ ΕΤ. ϹΞΗ. ΑΜΙϹΗΝΩΝ ΜΙΛΗϹΙΩΝ, *Amiſi Liberae, Anno* 268. *Amiſenorum Mileſiorum* ſc. Concordia. Apollo ſedens d. lyram; ex adu. Serapis ſt. d. ſpicas, ſ. haſtam. Æ max. *Froelich.* Obſeruat. inſert. in *Gorii* Symbol. Litter. Vol. VII. p. 88.) *Guſſ.* l. c.) *Harduin.*) *Vaill.* Gr. p. 215.

i) *Tranquillinae.*

ΑΜΙϹΟΥ .... Neptunus pede delphinum calcat, ſ. tridentem. Æ max. *Guſſeme* I. 127.) *Vaill.* Num. Gr.

k) *Valeriani Senioris* v. ΑΜΙϹΟϹ — AMISVS.

Amiſtra, vel *Ameſtra*, non ignobile Siciliae oppidum eo loco fuit, vbi nunc exſtat vocabulo corrupto *Miſtretta*, ſatis ampla, et locuples in Demanae valle ciuitas. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 813. — Eius numos tam *Paruta*, quam eius editores non cognouere. Quatuor aeneos, quos princeps *Torremuzza* Sicil. Num. Tb. 15. p. 14. exhibet, et Muſeum *Hunter.* Tb. 4. fg. 1. et 2. partim repetit, inter rariores ſunt accenſendi. Epigraphe in illis ΑΜΗΣΤΡΑ, vrbis vel ΑΜΗΣΤΡΑΤΙΝΩΝ, populi nomen.

ΑΜΗΣΤΡΑ, *Ameſtra*, ſiue *Amiſtra* Siciliae. Eques galeatus curſu citato d. haſtam, ſ. brachio clipeum.)(Caput iuuenile hedera cinctum ad d. Æ 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 2. --- Idem ferme typus equitis cum parma et haſta currentis, ſed addita inſcriptione: ΛΕ. ΑΜΗΣΤΡΑΤΙΝΩΝ, Λεὼς, Attice pro Λαὸς Ἀμηστρατινῶν, *Populus Ameſtratinorum.*)(Bacchi caput hedera coronatum. Æ 3. *Torremuzza* Sicil. Num. Tb. 15. fg. 4.

ΑΜΗΣΤΡΑΤΙΝΩΝ, *Ameſtratinorum* Siciliae. Apollo citharoedus, ſ. lyram, quam d. pulſat.)(Caput Dianae dependentibus ab humeris arcu et pharetra. Æ 1. elegantiſſimi opificii. *Torremuzza* l. c. fg. 1.) Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 1. — *Al.* praecedenti fere ſimilis. *Torremuzza* fg. 2. --- *Al.* omiſſo populi nomine ad Amiſtram ſpectare videtur, ob Apollinis citharoedi ſenilem figuram, quae eſt in numi Æ facie apud *Torremuzzam* fg. 3.

AMISV. Dubius eſt *Mediobarbus* p. 46. an ad Amiſum Ponticam, Athenienſium coloniam; an vero ad Amiſum Galatiae oppidum, forte Romanorum coloniam, de qua *Ptolemaeus*, *Polienus*, et *Plinius*, in epiſtolis, referendus ſit numus, inſcriptus COL. PAT. AMISV. Tria ſigna militaria.)(DIVVS AVG. PATER. Caput Auguſti. *Guſſeme* I. 126. --- In alio Valeriani Senioris, quem iidem *Mediobarb.* p. 368, et *Guſſeme* I. 127. ex *Erizio* protulerunt: COL. AMISVS. METRO. ſtant Hygia et Aeſculapius cum ſolitis attributis.)(

 IMP.

IMP. CAES. P. LIC. VALERIANVS P. AVG.

AMISVS Ponti Galatici vrbs illuſtris, a Mileſiis condita, varios caſus experta eſt. Athenienſes dum maris imperium tenentes, ipſos ab ea expulerunt, deducta in illam colonia. Deinde Perſarum regibus paruit cum reipublicae adminiſtratione penes populum. Alexander M. rurſum eam iuſſit eſſe liberam, ſeruire poſtea Ponticis regibus coacta eſt. Lucullus deuicto Mithridate, ipſi libertatem reſtituit; Pharnaces rurſus inuaſit; Iulius Caeſar illam liberauit; M. Antonius regibus dedit; Strato tyrannus occupauit, et eam male tractauit, ſed ab illo tandem ſe liberauit A. V. C. 721 poſt Chriſtum 33. *Froelich.* Not. Elem. p. 43. et *Ei.* Animaduerſ. in *Gorii* Symbol. Litter. Tom. VII. p. 90. „Quamquam Amiſus, ſub Perſis quoque, iam inde a ſui primordio libera eſſet, tamen teſte *Appiano* in Mithrid. Ponticis regibus ſeruire coacta, eorundem quoque ſedes regia erat, vti auctor eſt *Cicero* Orat. pro lege Manilia: „Lucullum cepiſſe Sinopen atque Amiſum, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta. Poſt Actiacam victoriam libertas ei confirmata eſt ab Auguſto. Quas variantis fortunae vices *Strabo* Lib. XII. exſequitur. Vt apud *Plinium* Libera dicitur, ſic et in numis Hadriani, Sabinae, Aelii Caeſaris, Antonini Pii, Commodi, Caracallae, Diadumeniani, Maximiani ΕΛΕΥΘ. vel ΕΛΕΥΘΕΡΑ nuncupatur. vid. AMICOT. --- Vnde aeram computet, magna inter antiquarios contentio; alii tres, alii duas, alii et quidem plurimi vnam tantum ei adſtruunt. Omnes quidem ex *Strabone* ab iis eruuntur: prior ſcilicet a Iulio Caeſare; altera ab excuſſa Stratonis tyrannide; tertia ab Auguſto poſt victoriam illam Actiacam; *Eckhelius* vero Num. Vet. p. 166. et *Vaillant.* Praeſt. II. p. 152. manifeſte oſtendunt, vnicam eſſe adhibitam ab Amiſenis epocham in eorum numiſmatibus, ideoque Iulianam et Auguſtanam eſſe expungendas, et tertiam ab Anno 721, quae inter Maium et Septembrem coepta eſt, retinendam. vid. AMICOY. --- An Pompeiopolis in Æ. Titi dicta ſit Amiſus? cf. *Liebe* Goth. Num. p. 307. --- Fuſius de vrbe Amiſo commentati ſunt *Salmaſius* Exerc. Plin. p. 889.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 271.

Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ ϹΑΡΔΙϹ ΑϹΙΑϹ ΛΥΔΙΑϹ ΚΑΙ ΕΛΛΑΔΟϹ, *Prima Metropolis Sardes Aſiae, Lydiae, Et Graeciae.* v. *Sardes.*

Α. Μ. Κ. litterae in Tarſi et Anazarbi Ciliciae numis frequentes a diuerſis auctoribus diuerſimode lectae ſunt. Varias illas in litteris huiusmodi explicandis virorum eruditorum ſententias collegit *Bimardus Baro de la Baſtie* ad *Ioberti* Scient. Num. T. II. in nou. cognit. p. 144. ſqq. cuius obſeruationes etiam leguntur in verſione Germanica *Kenntniſs antiker Münzen* T. II. p. 233. ſqq. Omnem vero de iſtis litteris quaeſtionem ita demum concludit *Bimardus*, vt cenſeat, et quidem recte, de earundem ſenſu et explicatione nondum certo ſtare; quomodo et ea accipi voluit, quae diſſeruit *Mazzolenus*, qui T. II. Muſei *Piſani* Animaduerſione XIV. p. 245. ſqq. et 267. ſimiliter exhibet et expandit antiquariorum de iisdem Α. Μ. Κ. litteris in dictarum vrbium numis interpretationes. --- *Triſtan.* Comm. Hiſt. Tom. II. p. 346. legit ΑΜαγρτικης Κιλικιας. Interpretantis vero *AManiticam Ciliciam* commentum docti quique exploſerunt, ait *Noriſius* Diſſ. IV. Ep. Syro M. c. 1. p. 358. ſqq. Hinc eandem ſubit cenſuram *Patinus*, qui in Theſauro Mauroc. p. 337. ad num. Maximini, Pupieni et Gordiani ΑΜανικης Κιλικιας hariolatur et *AManicam Ciliciam* explicat.

Tri-

Triſtanus itaque et *Patinus* has notas A. M. K. de *Amanica* vel *Amanitica Cilicia*, quam nemo nouit, accipiunt, inquit *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. ad num. Anazarb. --- Ipſe *Harduinus*, cum olim in Anthirret. p. 56. interpretatus eſſet: 'Ἀδελφοὶ Μεταλλεῖς Κιλικίας, *Fratres Metallarii Ciliciae*, poſtea docuit: „occurrere easdem notas tum in numis Tarſi, tum in illis Anazarbi, et huiusmodi litteras ita accipi oportere legique, vt vtraque in prouinciae ſuae ciuitatibus principatum obtineret, vel in tota Cilicia nunc illa, nunc iſta ciuitas, ſub diuerſis principibus; quam ob rem A. M. K. Γ. B. diceretur in numis Πρώτη ΑΜφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας Βυλῆ, *Prima Vtriusque Ciliciae Senatus Conſulto.* Quod, vt Ciliciae Primae Metropolis *Tarſus* foret, ita ſecundae *Anazarbus.* Haec *Harduin.* in notis ad numos Anazarbi; in illis vero ad numos Tarſi easdem litteras ſimiliter Num. Pop. et Vrb. p. 16. explicat, niſi quod ſemel interpretatur *Metropolis, Primae Metropoleos Ciliciae.* Porro nummum deſcribit Seueri Alexandri ex Æ maximo, cuius pars poſtica angues duos exhibet, qui ſunt in gyrum voluti, in dextram numi partem alter, alter ſiniſtrorſum. Epigraphen in ambitu: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΑΡCΟΥ ΔΗΜ. in medio: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC Α. Μ. Κ. Γ. Π. ita explicat: Ἀλεξανδρουπόλεως Ταρσοῦ Δῆμος, Μητροπόλεως Ἀμφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας Προστάγματι, *Alexandropoleos Tarſi Populus. Metropoleos Vtriusque Ciliciae Edicto.* Hinc ſubdit, docere hunc numum perſpicue, litteras A. M. K. ſic exponi oportere, quemadmodum expoſuit; idcirco enim adpicti ſunt angues duo, vt geminam Ciliciam ſignificarent, ſymbolo petito ex nomine Κιλικίας, adſcitoque propterea verbo κυλίομαι, *conuoluor, voluendo, circumagor.* Praeterea obſeruat *Harduinus* in numo Pupieni litteras AM. puncto dirimi a littera K. a ſe autem inuicem non dirimi; „ſic enim perquam accurate delineari hunc numum, inquit, *Patinus* curauit in Theſauro Mauroceni p. 83. Ac re ipſa, ex Harduini coniectura, ſic recte ſcribitur, quoniam earum litterarum non alia interpretatio eſt, quam Ἀμφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας Βυλῆ? — Haec Harduini ſententia prae ceteris placet *Froelichio* 4. Tentam. p. 56. et Adpend. ad Num. Graec. in Maximino p. 316. 317. quod ſimplex, et veterum ſtylo conformis ei videatur. At idem *Froelich.* in Adpend. II. nouis p. 109. in Gordiani Pii Æ I. numo opinionem de litteris iſtis legendis ſine vlla indicata ratione mutauit cum in modum: Tarſi Metropolis *Primae Maximae Ciliciae*, quam vero adſumtam hic interpretationem *Bimard.* l. c. p. 147. liquide conuellit. — Vtriusque vero Ciliciae coniectura *Noriſio* d. l. diſplicet; nondum enim tunc factam fuiſſe docet Ciliciae in primam et ſecundam, diuiſionem, quam Arcadius Auguſtus demum induxit, vt denſatis veterum monumentorum teſtimoniis ſe demonſtraſſe tradit. --- *Vaillantius* Sel. Num. Muſei de Camps p. 59. easdem litteras, quae in Sept. Seueri numis, poni coeperunt; interpretatus eſt: Πρώτη Μεγάλης Κιλικίας, *Prima Magnae Ciliciae*, et Ciliciae regionem in maiorem et minorem dinſtinxit. --- In aliam propterea abit ſententiam, et ibidem refert, Petrum *Fittonum*, quem laudat *Seguinus*, in indice Cimeliarchii Medicei, quem contexuit, eas litteras AMK. in Tarſenſium numis interpretari Πρώτης Μητροπόλεως Κιλικίας, *Primae Metropoleos Ciliciae*, quam expoſitionem *Holſtenius*, qui Fittoni indicem legit, vt pleraque alia inde exſcripta, ſuis in Stephanum notis inſeruit p. 313. Ita Sardis apud *Seguinum* p. 22. dicitur Aſiae, Lydiae, Graeciae A ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, *Prima Metropolis.* Cum vero eaedem litterae AMK. in numis etiam Anazarbi ſcalptae ſint, videtur, inquit *Holſtenius* p. 33. de primatu contendiſſe cum Tarſo; et hanc quidem putat

Noriſius germanam earum litterarum interpretationem. — *Fittoni* et *Holſtenii* ſententiam, a *Noriſio* confirmatam, ſequitur auctor indicis Muſei *Theupoli*. — At vero *Vaillantius*, cum notaſſet Num. Gr. p. 88. easdem litteras interpretari vulgo *Prima Metropolis Ciliciae*; alios, *Prima Maxima Cilicum*; alios vero Πρώτης Μόνης Κιλικῶν, hanc interpretationem vltimam prae aliis adoptauit; nam poſtea tum in numis Tarſi, tum in aliis Anazarbi easdem litteras ΑΜΚ. interpretatur: *Prima Sola Ciliciae*, ita vt in n. Macrini, Herenniae Etruſc. Valeriani legi debeat: Πρώτη Μόνη Κιλικίας. Hinc, vbi litteras initiales Graecorum numiſmatum p. 357. explicat, ad litteram M. haec habet: M. Μόνη, *Sola*. Tarſi Ciliciae vrbis praerogatiua; quamuis in numo Anazarbi Valeriano cuſo easdem litteras ſimiliter interpretatus eſſet; *Prima Sola Ciliciae*. Hanc opinionem, quae ſuadet legendum Α. Μ. Κ. Πρώτη Μόνη Κιλικίας, *Prima Sola Ciliciae* metropolis ſcilicet, non praetermittendam ſubdit *Froel.* 4. Tent. et *Liebe* Goth. Num. Quam vero explicationem luculenter quoque refutauit *Bimard.* l. c. — *Venutus* in Not. ad. n. 3. Tb. 52. Num. Vatican. p. 106. in *Vaillantii* et *Spanhemii* de Vſ. et Praeſt. Num. I. p. 216. et 596. ſententias calculum fert, et Πρώτῃ Μεγίστῃ Κιλικίας adoptat, praeeunte *Dione Chryſoſtomo*, qui Or. 4. Tarſenſes Μεγίστην ὑπάρχειν τὴν πόλιν τῶν ἐν τῇ Κιλικίᾳ, *maximam omnium Ciliciae ciuitatem habitantes* adpellat. — *Haymius* Theſ. Brit. I. p. 277. aliam exhibet interpretationem, qua ſtatuitur, Tarſum et Anazarbum, cum liti de primatu finem impoſuiſſent, et in concordiam veniſſent, nihil faciendum cenſuiſſe abſque conſenſu Anchiales et Mopſueſtiae, vrbium liberarum, ſuisque legibus vtentium, decretumque fuiſſe, nomen harum vrbium in Tarſi et Anazarbi numis exhibendum eſſe, ita vt hae litterae ΑΜΚΓΒ. ſignificent: Ἀγχιάλης Μοψεστίας Κοινὸν Γερουσίας Βουλῆς. *Anchiales* et *Mopſueſtiae Communitas*, *Senatus Conſulto*. Hanc tamen ſententiam reliquis omnibus minus veroſimilem iudicat *Bimard.* ad *Iobert.* l. c. p. 148. Etenim, ſi Tarſus, inquit, et Anazarbus concordiam inter ſe iunxerunt, cur nomen vnius in alterius numis non legitur? Et, ſi nomina *Anchiales*, et *Mopſueſtiae* exhibuerunt in ſuis numis Tarſus et Anazarbus, cur Tarſi et Anazarbi nomina non exhibuere Anchiales et Mopſueſtiae vrbes? Ipſe *Haymius* vel eius editor. T. II. p. 356. 370. 386. ad Tarſenſium et Anazarbi numos addit earundem litterarum explicationem: *Primae Solius Ciliciae*. — Alii iudicarunt, hae litterae Α. Μ. Κ. explicari poſſent: Πρώτη Μεγίστη, ſeu Μεγέθει Κιλικίας, *Prima Maxima* ſeu *Magnitudine Ciliciae* vrbs, nempe Tarſus, ſicut *Primam Magnitudine* ſe inſcripſit etiam Smyrna. *Spanh.* I. 596. — Vel ἐξ ἀρχῆς, quod idem eſt atque ἀρχαίας Μητρόπολις Κιλικίας, *Ab initio*, ſeu *Antiquitus Metropolis Ciliciae*. — Vel demum: Αὐγουστὴ Μητρόπολις Κιλικίας, ſeu Αὐγουστὴ Μεγίστη Κιλικίας, *Auguſta Metropolis Ciliciae*, vel *Auguſta Maxima Ciliciae*, accito cognomine *Auguſtae* ab Auguſto Caeſare. — Atque hae ſunt praecipuae virorum eruditorum ſententiae, quarum vnaquaeque et ſuas rationes, et ſuas habet difficultates, quasue vberius expendit *Mazzolenus* Animaduerſ. ad Muſ. *Piſani* T. II. p. 247. ſqq. — Duae plerumque adduntur litterae Γ. Β. Γράμματι vel Γνώμῃ Βουλῆς, *Decreta Senatus*, prout in tot Romanorum numis S. C. *Harduin.* Num. Illuſtr. p. 486. eiusque adſeclae, Γ. inuerſam litteram L putant eſſe, legunt eam ob cauſam Λυκάβαντος Β. *Anno ſecundo*. Sed falluntur. Nam non vnus numus, ſed eorum multi cum hisce litteris reperiuntur. cf. Muſ. *Alban.* I. 106.) *Bandur.* I. 90. — In quodam e maximorum genere Muſ. *Alb.* II. 4. adpoſitae ſunt Γ. Κ. forte Γνώμῃ Καπεβυλῶν. *Ex Sententia*

tia Conſiliis vel ſi mauis Γράμματι Καίσαρος, *Reſcripto Caeſaris.* Κοινοβούλιον Tarſi illuſtrauit ſatis ſuperque *Spanb.* Orb. Romam. p. 419. — Α. Μ. Κ. Γ. Π. iuxta eiusdem *Spanhemii* explicationem Vſ. et Praeſt. Num. I. p. 216. et 596. *Primae*, vel *Praeſtantiſſimae Maximae Ciliciae*, *Decreto Prytanis*, vel *Prytaneum*, in n. Tarſenſium et Anazarbi. Aliter easdem Γ. Π. litteras interpretatus eſt *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. Illuſtr. p. 486. Γερουσίας Προστάγματι, *Senatus Edicto.* An vero recte?

ΑΜ. ΜΑΗΑΝΘΤΗ, *Populus Caſtrorum*, inſcriptio Punica in tetradrachmis ſolita ſub equo, de qua Ludov. *Dutens* Paléogr. Num. p. 207. — Litteris etiam Phoeniciis inſcriptum legitur in Panormitanorum numis. *Dutens* Explicat. de qu. Médaill. p. 47. ſq. et 142. vid. *Panormus*.

ΑΜΜΩ. abruptum magiſtratus nomen in n. Athenarum.

ΑΜΜΩΝ, *Ammon* Iupiter adpellatus, qui in deſertis Lybiae ſub arietis forma colebatur, ideo cornu arietino inſignis eſt, cuius adpellationis ratio haec fuiſſe traditur ab *Hygino* Poet. Aſtron. L. II. p. 393. edit. Munk. „Cum Liber Pater per deſertum Lybiae exercitum duceret, vniuerſa iam Aſia deuicta, et ſiti admodum laboraret, imploraſſe a Ioue auxilium dicitur, quo facto adparuiſſe ei extemplo arietem, quem dum fugientem proſequitur, perueniſſe illo duce ad fontem amoeniſſimum; qua propter voti compotem exiſtimaſſe arietem illum fuiſſe Iouem, eique templum mirae magnitudinis in arena conſtituiſſe, et deum vocaſſe *Ammonem*, ab ἄμμος, *arena*, hoc eſt, *Iouem Arenarium*. Ger. Ioa. *Voſſius* de Idolol. L. I. c. 27.) Pompon. *Mela* L. I. c. 8.) *Gellius* L. XIII. c. 4.) *Iuſtin.* L. I. c. 9. et L. XI. c. 11. — Diuerſam ab his retulit nominis rationem *Herodot.* L. II. c. 42. — Aliam vero Ammonis genealogiam promulgauit *Wachter.* Archaeolog. Numar. p. 64. 65. — De eius cultu in Aegypto *Vaill.* Col. I. p. 132. — Per totam inde Africam diſſeminatus eſt huius cultus, eamque ob cauſam ipſa Africa apud Stephanum vocatur *Ammonia*. — Sunt, qui Noachi filium Chamum ſub eo intelligunt. — Non ab Afris ſolum, ſed a Graecis etiam cultus Iupiter ille Κριοπρόσωπος, ſeu cum arietinis cornibus, vt fuſius demonſtrat *Spanb.* de Vſu. et Praeſt. Num. I. p. 297. ſqq. et 390. ſqq. qui et docet Tom. II. p. 163. eundem in variis Aſiae minoris vrbium numis, praeſertim Nicaeenſium cum ΚΤΙΣΤΟΥ, *Conditoris* elogio, occurrere. —

Ammon fortaſſe Iupiter ſedens, proboſcide arietina ornatus, ſ. Palladis ſimulacrum tenet, coram ipſo fulcrum eſt, cui impoſitus clipeus orbem indicans, in eo duodecim Zodiaci ſigna, Sole et Luna intermediis. n. Contorn. Traiani, cui adulantes Aegyptii. *Patin.* Theſ. Mauroc. p. 104.) *Erizzo* p. 203. ſymbolicam adfert interpretationem, quam vero non admittit *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 29. p. 96. ſq.) *Gueſnay* I. 128.

— ſtans, d. pateram, ſ. haſtam, coram ara. n. Cyrenaicae. — d. haſtam oblongam: ex adu. Apollo habitu muliebri cum plectro, et lyra. n. Mytilen.

Ammonis Iouis caput cornu arietino ornatum in numis Alexandriae Aegypti, Aphytaeorum Macedoniae, Boſtrae Arabiae, Caeſareae Samaritidis, CaſſandriaeMacedoniae, Catanae Siciliae, Cleonae, Coſſae, Cyrenaicae Africae, Iuliae Auguſtae coloniae, Laodiceae Cariae, Mytilenae Lesbi, addita inſcriptione ΘΕΟΣ ΑΜΜΩΝ, Nicaeae Bithyniae, Tenedos inſulae. — Eadem Iouis effigies, in altero vero numi

parte

parte aquila fulmini inſiſtens cum caulis ſilphii nota apud *Spanh.* I. 297.

Ammonis Iouis caput regum Ptolemaeorum Aegypti, Antiochi IV. Syriae, Iubae I., Alexandri M. cf. *Schlaeger.* Comment. de Num. Alex. p. 47. ſq.) *Freytag.* diſſ. de Alexandro M. cornigero.) *Supra* p. 305.

— in denariis gentis Antoniae, Cornuficiae, Lolliae, Pinariae, Pupiae, aliarumque.

— Imperatorum Auguſti, Traiani, Hadriani, M. Aurelii, Seueri, Galli.

Ammonia dicta Iuno. v. *Iuno* — vrbs Lybiae. *Vaill.* Fam. Corn. n. 1.

Amneſus, vel potius *Amniſus* Gr. Ἀμνισὸς, Cretae vrbs, in n. ΑΜΝΗΣΙΩΝ, ſic *Corſini*, ſed apud *Muſelli* legitur ΑΙΝΙΝΗΣΙΩΝ.

A. M. O. *Aurelia Macriniana Opeliana* cognominata *Edeſſa* Macedoniae, quae in aliis O. M. A. *Opeliana Macriniana Aurelia* inſcribitur numis. v. ΕΔΕΣΣΑ.

AMOR ſuper equo in ſingulari numo contorniato, quem diuulgauit *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 10. quae inſcriptio vel ab amore domini in equum palmam victoriae in Circenſibus adeptum deſumta, vel ad equi nobilitatem indicandam.

AMOЯ inuerſae litterae vocis ROMA in denario Satrienae gentis apud *Morell.* cum capite Tiberii laureato, et ex altera parte lupa.

Amoris caput humeris alatis in n. Antiochi VII. Euergetis, et IX. Philopatoris Syriae regum typus frequens, ceterum autem in moneta Syriorum inſolens.

Amores duo ſedentes ac inuicem iocantes ſe obiiciunt, forſam horum alter caſtum, alter laſciuum amorem refert, in ambitu ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝ, *Aphrodiſienſium.* Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 11. fg. 6. p. 112.

Amores bini Veneris currum trahunt. Æ. g. Iuliae. *Morell.* Fam. Iulia Tb. I. fg. 4.) *Eckhel.* Cat. II. 44.) Hieron. de *Grandis* de binis Amoribus currum Veneris in Familiae numo trahentibus. Mſt.

AMOR MVTVVS AVGG. (*Auguſtorum.*) Duae dexterae iunctae. AR. Balbini. *Vaill.* Pr. II. 299.

— — Idem typus AR. et Æ 2. Pupieni. *Vaill.* ibid.) *Eckhel.* Cat. II. 334.) *Mdb.* 324.) *Theup.* 611. — Senatus vt olim habuerat duos conſules, ſic duos Imperatores, Balbinum et Pupienum, elegit, quaſi reipublicae formam reſtituere vellet, ne rurſus principatus auctoritas in tyrannidem proueheretur; ideo *mutuus amor* inter eos exoptatur.

Amorgus, Gr. Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ex *Stephano* inſula e Cycladibus, vel Sporadum vna. In cuius AV. et AR. numis ΑΜ. *al.* ΑΜΟΡΓΙΝΩΝ cum capite Apollinis laur.)(Sphaera cum circina, *al.* tripode. *Golz.* Inſul. Tb. 22. n. 9. 10. et *Nonn.* p. 272.

ΑΜΟΡΙΑΙΩΝ circum deam Phrygiam turritam n. Claudii Imp. quem Pyrrhus *Ligorius* ad *Amorium* Phrygiae refert. *Holſten.* Not. p. 32.

Amorium, Gr. Ἀμόριον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, in Phrygiae vrbibus maioris, circa Sangarium amnem, cuius praeter *Stephanum*, et *Ptolemaeum* etiam meminit *Strabo* L. XII. Frequens eiusdem vrbis, cuius tenuis ſemper fortuna fuit, mentio in libris conciliorum. *Cellar.* Orb. Antiq. II. 128. — Huius vrbis numiſmata admodum rara, inſcribuntur;

ΑΜΟΡΙΑ-

ΑΜΟΡΙΑΝΩΝ, *Amerianorum.* Duae dexterae iunctae, intermedio caduceo.)(ΘΕΑ ΡΩΜΗ. Caput deae Romae galeatum. Æ 2. *Eckhel.* Num. Vet. p. 242. *Ei.* Catal. I. 196. — Similem edidit *Spanhemius*, ſed numo forte attrito deſideratur caduceus.

— Caput Dianae crinibus nodo iunctis, pone lyra.)(ЄΠΙ CЄΡΤΟΡΙΟΥ. . . . *Sub Sertorio.* Dianae polym. ſimulacrum cum adminiculis. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 3. fg. 13.) *Gusſeme* I. 129.

— Hercules innixus clauae, ſ. caniſtrum. Æ 2. Traiani. *Vaill.* Gr.) *Gusſeme* ib.

— Ceres cum face bigis draconum vecta.)(ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥ. . . . *Iulia Augusta.* Caput Iuliae Domnae. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 39. fg. 4. p. 316.

— Hercules nudus ſt. d. innixa clauae, ſ. ſpolia geſtat.)(ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Protome Caracallae cum clipeo et haſta. Æ 1. *Vaill.* Gr. Num. p. 96.) *Holſten.* Not. ad Steph. p. 32.) *Gusſeme.*

— Iupiter ſedens, d. fulmen, ſ. haſtam. Æ 2. Getae. *Vaill.* Gr.) *Gusſeme.*

AMP. *Amplior.* S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD. PER EV. R. P. IN AMP. ATQ. TRA. S. E. *Senatus Populusque Romanus Imperatori, Caeſari, Quod Per Eum Respublica In Ampliore Atque Tranquilliore Statu Eſt.*

AMP. *Amplus*, cognomen. CN. DOM. AMP. *Cneus Domitius Amplus.*

ΑΜΦ. aerae Thracum *Annus* 541.

ΑΜΦΑΞΙ. . . . Ἀμφαξιτιδος, *Amphaxitidis.* Macedoniae regionis. Claua Herculis.)(Caput Herculis pelle leonina tectum, quae ſymbola loquuntur genti Macedoniae, in qua cultus Herculis florebat. Æ. *Liebe* Goth. Num. p. 158. Mentio huius regionis apud *Polybium* L. V. c. 97.

Amphaxia, vel *Amphaxis* ciuitas eiusdem regionis. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. 839. Idem fortaſſe huius ciuitatis numus inſcribitur?

ΑΜΦΑΞΙΩΝ, *Amphaxitarum.* Claua in corona quercea.)(Caput Herculis imberbe leonis exuuiis amictum. Æ 1. *Peller.* Tb. 30. fg. 30.) Muſ. *Hunter.* p. 23.) *Arigoni.*) *Gusſeme.* — *Al.* paullo diuerſus. *Hunter.* ib.

ΑΜΦΙ. vid. *Amphilochia* Acarnaniae. — *is. Amphipolis* Macedoniae.

ΑΜΦΙΑΣ magiſtratus nomen in Athenarum.

AMPHICAEA Phocidis in n. ΑΜΦΙΚΑΙΩΝ. *le Bret.*

ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓ. *al.* ΑΡΓΟC, vid. *Amphilochia.*

AMPHILOCHIA vel *Argos Amphilochium.*

Acarnaniae portio *Amphilochia*, Gr. Ἀμφιλοχία vocabatur, cuius caput erat *Argos Amphilochium* ſic dictum ab Amphilocho, Amphiarai filio, qui poſt bellum Troianum Argos patriam ſuam redux, cum non arrideret rerum ſtatus, qui ibi tum erat, in ſinu Ambracio vrbem condidit, et de patriae nomine Argos adpellauit. Ita Thucydides L. II. et ex eo *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 889. 890. — Huic genti, quae tractum Amphilochia dictum inhabitabat, *Pellerinius* Rec. Tb. I. p. 88. tribuit numos inſcriptos ΑΜΦΙ. Si non fallit *Goltzii* numus, in eo integre perſcriptum ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ. Qui ad Argos hoc Amphilochium referuntur, epigraphen habent ΑΡΓΕΙ. vel ΑΡΓΙΩΝ. vid *ſuis locis.* — ΑΜΦΙ.

ΑΜΦΙ. Caput imberbe galeatum ad ſ. pone ΑΒΡ. et haſta.)(A. Pegaſus ad ſ. AR. 1. *Peller.* Tb. 12. fg. 5.) Muſ. *Hunter* p. 23. — 2. Caput iuuenile ad d. pone monogr. [19].)(Pegaſus ad d. inter crura mon. [27] Æ 3. *Hunter.* ib. — 3. Caput iuuenile hedera cinctum ad ſ. pone mon. [19])(Typus idem, inter crura folium vitis. AR. 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 13. — 4. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ. Caput Palladis, retro pilum haſtae.)(A. Pegaſus, ſub quo caduceus. AR. *Golz.* Graecia Tb. 6. fg. 2. — 5. Caput Herculis barb. in rictu leonis.)(ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ. Hercules nudum taurum adprehenſis cornibus proſternit, iuxta claua. AR. *Golz.* ib. fg. 1. Typus ad luctum eius cum Acheloo amne refertur a Nonnio Comment. p. 20. De pugna illa *Statius* L. III. — Alios vrbis numos vidit Pyrrhus *Ligorius*, in quorum vno circum cornucopiae ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓΟϹ. ΜΗΤΡ. *in alio*, equus marinus cum delphino et tridente expreſſus erat, addita epigr. ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓ. ΜΗΤΡΟΠ. *Holſten.* Not. ad *Stephan.* p. 33.

ΑΜΦΙΛΟΧΟϹ, *Amphilochus* nomen a) *Praetoris* Clazomen. ΕΠΙ ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ, *Sub Amphilocho* n. Caracallae. *Vaill.* Gr. — b) Magiſtratus Maronitarum. ΕΠΙ ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ. n. Alex. Seueri. *ibid.*

ΑΜΦΙΝΙΚΟΣ magiſtratus nomen n. Eretriae Euboeae.

ΑΜΦΙΝΟΜΟΣ, *Amphinomus*, cuius et Anapis, fratrum Siculorum pietas erga parentes, ex Catanenſium numis et Claudiani. Idyll. VII. expoſita eſt. vid. *Pii fratres Siculi.* — De eodem Amphinomo patrem Aetnaeo incendio auferente expoſuerunt *Vaillantius*, et *Perizonius* gentis Herenniae numum, in quo caput Pietatis c. inſcr. PIETAS.)(Homo nudus alterum brachiis effert. — Ambo hi fratres conſpiciuntur etiam in numo gentis Pompeiae. vid. *Pii fratres Siculi.*

Amphinomus Siculus, Aetna incenſa patrem ex vrbe Catana e periculo brachiis ſubducit. v. ΑΜΦΙΝΟΜΟΣ.

Amphion et Zethus, Thebarum conditores, ſolo amicti palliolo, quorum vnus dextra Dircen capillis adprehendit, ſiniſtra funem expedit; alter vtraque manu ferocientem taurum cornibus retinet; circum ЄΠΙ ϹΤΡΑ.... ΑΝΤΩΝЄΙΝΟΥ ΤΠΙΟΥ, in imo exergo ΘΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ, *Thyatirenorum.* Æ max. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15. fg. 1. p. 269. Quae fuerit Thyatirenis ratio huius fabulae in moneta ſua ſignandae, incertum. Forte Thyatireni in gentis ſuae honorem, vt auida fuit ſimilium laudum Graecia, monumentum hoc tanquam fetum ſuum, in publica moneta oſtentarunt, vt eo Lydorum in liberalibus artibus praeſtantiam palam commendarent.

ΑΜΦΙΠΟ. Ἀμφιπολιτῶν, *Amphipolitarum* Macedoniae. v. *Amphipolis.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Amphipolitarum* et Macedoniae et Syriae. Numis enim ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΟΥ per diphthongum ΕΙ, vt et ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ per I ſimplex inſcriptis, adhaeret interpretandi difficultas, quod duae diuerſae eodem nomine gaudeant vrbes; vna Amphipolis nempe vrbs Macedoniae in Thraciae confinio, ad oram litoralem ſita; alia vero Amphipolis Syriae fuit ciuitas iuxta Euphratem.

Amphipolis Macedoniae vrbs ad fines Thraciae prope Strymonicum ſinum, Athenienſium colonia, a Philippo occupata. Nomen Ἀμφίπολις, quaſi dicas *vtrimque vrbs*, nacta eſt, quod teſte *Thucydide* L. IIII. eandem Strymon fluuius mediam perfluat. Antea Ἐννέα ὁδοὶ, *Nouem viae* ex *Herodoto* L. VII. c.

114. adpellata, tandem et *Chriſtopolis* nominata, vt hodie *Chriſtopoli*, ſiue ſermone Turcarum *Emboli*. Plura *Stephan*. Byz. de Vrbibus p. 124. et *Holſten*. Not. p. 33 et *Pinedo* ad Stephan. p. 78.) Nonn. ad Golz. Graec. p. 137.) *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. 847. ſq. — Dicitur ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ in *Ligorii* numis; in cuius vna parte figura fluuii conſpicitur cum epigr. ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΥΤΩΝ. ſubtus ΣΤΡΥ.)(Caput Iouis cum fulmine, cum hiſce tribus litteris ΜΩΝ. In alio Hadriani Imperatoris circum caduceum Mercurii ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ. Thracum Ἀυτονόμων meminit etiam *Arrianus* L. I. de Exped. Alex. ſed diuerſo ſitu, circa Hebrum videlicet ſub Haemo monte. *Holſten*. ad Steph. p. 33. — *Vaillantius* Num. Gr. Imp. numos Ἀμφιπολιτῶν inſcriptos ad *Syriae Amphipolin*, obſcuri nominis oppidum refert, de qua *Stephanus*: „Eſt etiam alia Amphipolis Syriae ad Euphratem a Seleucō condita; vocatur autem a Syriis Turmeda. Alii vt *Harduin*. Num. Vrb. Ill. p. 40.) *Zaccaria* Inſtit. Num. p. 356.) *Gaſſeme* Diccion. I. 129. id non aduertunt. Nec nos diſputabimus, ſi quis Amphipoli, Syriae ciuitati quosdam eorum, qui ſequuntur numos velit adiicere, quemadmodum *Vaillantius* Num. Gr. Amphipolitanis Syriae adſignat omnes, in quibus Europa tauro vecta conſpicitur. Verum dubitat admodum *Hauercampius*, annon potius ad Amphipolin Macedoniae multo nobiliorem vrbem hi numi pertineant.

1. *Autonomi.*

ΑΜΦΙ. Ἀμφιπολιτῶν, *Amphipolitarum*. Lucerna in quadrato.)(Caput muliebre laureatum ad ſ. Æ 2. Muſ. *Hunter*. Tb. 4. fg. 20.

— Lucerna.)(Caput imberbe ad ſ. Æ 4. *Hunter*. ib. fg. 21.

— Idem typus.)(Caput iuuenile vitta redimitum ad d. *Hunter*. p. 24.

ΑΜΦΙΠΟ. Ἀμφιπολιτῶν, *Amphipolitarum*. Bos depaſcens ad d.)(Caput imberbe galeatum ad d. Æ 3. *Hunter*. Tb. 4. fg. 16.) *Golz*. Graecia Tb. 25. fg. 2. ſed praeterea in imo ΤΩΝ.) *Zaccaria* Iſt. Num. p. 356.

ΑΜΦΙΠΟΛЄΙΤΩΝ, *Amphipolitarum*. Bos decurrens ad d.)(Caput muliebre ad d. Æ 2. *Geſner*. Tb. 9. fg. 22.) *Hunter*. p. 23.) *Golz*. Graecia Tb 25. fg. 1. ſed per I. ſimplex ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ.

— Aquila capite ad ſ. retrouerſo et alis expanſis, fulmini inſiſtens.)(Caput imberbe hedera redimitum ad d. pone thyrſus. Æ 2. Muſ. *Hunter*. Tb. 4. fg. 8.

— Equus ſubſultans ad d. per aream mon. [62. et 64.])(Caput Iouis barbatum et laur. vitta redimitum ad d. *Hunter*. p. 24.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. Typus idem, in area mon. [63.] ſuper equo mon. [62.])(Idem Iouis caput Æ 3. *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 5. fg. 12. p. 64.) *Hunter*. ib.

— Leo ſt. ad d. inter crura ſpica hordei.)(Caput Herculis imberbe pelle leonis tectum ad d. Æ 1. Muſ. *Hunter*. Tb. 4. fg. 14.

— Pallas ſt. d. victoriolam, ſ. haſtam cum clipeo.)(Caput iuuenile aduerſum leonis exuuiis amictum. Æ 2. *Eckhel*. Cat. I. 83.) *Pellerinio* Tb. 30. fg. 24. videtur caput muliebre in fronte, cui adſentitur *Hunter*. p. 23.

— Taurus cornupeta ad d.)(Caput muliebre ad d. Æ 1. *Hunter*. ib. Tb. 4. fg. 15.

— Claua intra coronam querneam, in area mon. [27. 55. et 56.] Caput Iouis

Iouis barbatum et vitta redimitum ad d. Æ 2. *Arigon.* Pop. et Vrb. Tb. 2. fg. 22.) *Hunter.* p. 23.) *Theup.* 1246.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 10. fg. 62. p. 90. ſed omiſſis monogr.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Similis*, ſed per aream monogr. [57. et 58.] Æ 2. *Hunter*, ib.

— Prora nauis, ad d. Α. ad laeuam ΜΣ.)(Idem caput ad d. Æ 1. Muſ. *Hunter.* Tb. 4. fg. 17.

— Spica frumenti.)(Caput imberbe ad d. Æ 2. *Hunter.* ib. fg. 19.

— *Similis*, ſed minoris formae. *Hunter.* p. 24.

— *Alius* paullo diuerſus, et)(Capite laur. Æ 2. *Geſner.* Tb. 9. fg. 23.) *Golz.* Graecia Tb. 25. fg. 4.

— Spica, in area mon. [59.])(Idem caput.

— Caper gradiens ad d. infra ΑΜ.)(Caput Bacchi iuuenile hedera et pampinis ornatum. Æ 3. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 4. fg. 1.) *Eckhel.* Cat. I. 83.) *Guſſeme* Dicion. I. 129.) *Hunter.* p. 24.

— Duo hirci erecti coniſcantes, in area mon. [60. et 61.])(Caput muliebre ad d, Æ 2. *Pellerin.* Tb. 30. fg. 23.) *Muſell.* Pop. et Vrb. Tb. 2. fg. 3. p. 19.) *Eckhel.*) *Guſſeme*) *Hunter.* l. c.

— *Similis*, ſed ſine monogr. Æ 2. *Hunter.* p. 24.

— intra coronam quernam ſcriptum.)(Caput iuuenile tectum galea alata ſuperne in volucris caput exeunte, ad d. Æ 2. *Geſner.* Tb. 9. fg. 25.) *Eckhel.* Cat.) *Hunter.* ib.) *Golz.* Graecia Tb. 25. fg. 3. ſed addito mon. ΝΕ.

— Mulier ſtolata ſedens, ſ. haſtam.)(ΡΩΜΗ, *Roma.* Figura militaris ſt. d. victoriol. ſ. haſtam. Æ 2. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 5. Fg. 13. ſed addit p. 64: „in tempora recentiora remouendus eſt numus, quod cum ex fabrica, tum Romae mentione conficitur, et ſignatus quidem, cum Romani rerum in Macedonia potirentur. Romae ſymbolicam effigiem addito plerumque ΘΕΑ ſaepe cernere eſt in numis vrbium Graecarum, ſed Aſiaticarum quae effuſe ac praecipites in adulationem ruebant. Parciores Graeci Europaei, ac modeſtiores, nam raro in eorum numis Romae ſit mentio, et tum potius ſuam cum populo victore concordiam, ac fidem palam profitebantur.

2. *Imperatoribus* numos percuſſit Amphipolis Macedoniae, vel eorum aliquos Amphipolis Syriae, Auguſto, Tiberio, Caligulae, Domitiae, M. Aurelio, Fauſtinae Iun. Commodo, Seuero, Caracallae, Getae, Macrino, Alex. Seuero, Maximino, Valeriano Seniori; et quidem

a) *Auguſto.*

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. Ἀμφιπολιτῶν, *Amphipolitarum.* Europa tauro inſidet.)(ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Diuus Caeſar Auguſtus.* Caput eiusd. radiatum. Æ 2. *Morell.* Imp. I. Tb. 54. fg. 3. p. 701. Cur vero Macedoniae Amphipolitani Europam tauro vectam in numis ſuis expreſſerint, obſcura res eſt, cuius rationem inquirit *Hauercamp.* ad *Morell.* Imp. I. p. 396. et 670. — ΔΗΜΟΣ ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ, *Populus Amphipolitarum.* Idem Europae tauro vectae typus.)(ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Imp. Caeſ. Auguſtus.* Huius caput laur. laeuam verſus. Æ 2 *Golz.* in Auguſto Tb. 54. n. 24.) *Morell.* l. c. Tb. 39. fg. 4. — ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. Idem Europae typus)(. . . ΣΕΒΑΣΤΟΥ, *Auguſti.* Caput nudum. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. 83.) *Vaill.* Num. Gr. — *Similis.*)(ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ, *Auguſti* Caeſaris. Imperator eques pacificatoris habitu, infra

ſra equum r. Æ 2. *Eckhel.* l. c. — ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Europa tauro inſidens, velum vtraque manu ſupra caput tenet.)(ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ. *Caeſar Auguſtus.* Caput huius nudum. Æ 2. *Golz.* l. c. Tb. 54. fg. 22. at *Nonnio* Comment. p. 75. Diana videtur mulier tauro inſidens.) *Morell.* Theſ. in Aug. Tb. 39. fg. 3. p. 396.) *Theup.* 830.

b) *Tiberio.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Europa ſupra taurum, velum vtraque manu ſupra caput extollit.)(partis notitia non adeſt. *Guſſeme* l. 129) *Vaill.* Gr. — ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. Idem typus. Æ 2. *Morell.* Th. Imp. in Tiberio Tb. 11. fg. 21. p. 615. — *Similis* epigr. et typus.)(ΤΙβεριος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Tiberius Caeſar Auguſtus*, qui loricatus et laureatus ſt. d. extendit, ſ. ſcipionem cum aquila tenet. Credibile eſt, Amphipolitas in vrbe ſua ſtatuam in Tiberii honorem erexiſſe, cuius icon in hoc nummo Æ 2. exſtat apud *Morell.* l. c. fg. 23. 24.

c) *Caligulae.*

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. Eadem Europa tauro a lateribus inſidens, peplum pro velo elatis manibus tenet, pedibus infra iunctis. Æ 2. *Morell.* ib. in Caligula, Tb. 5. fg. 21. p. 669.) *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme* I. 130. — *Similis.*)(ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕβαστον ΑΡΧιερεα ΜΕΓιστον ΔΗΜαρχικης ΕΞΟΥΣΙας, *Caium Caeſarem Germanicum Auguſtum Pontificem Maximum. Trib. Poteſtate.* Caligula equitans, d. ſublata. *Golz.* Theſ.) *Morell.* in Calig. Tb. 5. fg. 10.) *Occo* edit. vlt. p. 105.

d) *Domitiae Longinae.*

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. Mulier ſedens, d. victoriolam, ſ. demiſſa. Æ 3. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme.*

e) *M. Aurelio.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Mulier tutulata ſedens. d. pateram.)(ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Huius caput nudum. Æ 2. edit. a *Froelich.* 4. Tent. p. 197.) *Eckhel.* Cat. I 83.) *Guſſeme.*) *Vaill.* Gr. ſed Æ 3. et mulier ſedens in thorace, d. pateram, ſ. haſtam inuerſam. — ſed mulier ſtans, d. taedam inuerſam, ſ. innixa olipeo. *Vaill.*) *Guſſeme.*

f) *Fauſtinae Iuniori.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Europa inſidet tauro vtraque velum. Æ 2. *Vaill.*) *Guſſeme.* — Mulier ſedens, d. pateram, ſ. innixa ſellae Æ 2. *ib.*

g) *Commodo.*

— Idem mulieris ſedentis typus. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. 83.

h) *Sept. Seuero.*

— Mulier ſedens cum loto, d. pateram. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme.*

i) *Caracallae.*

— Mulier ſellae inſidens, d. pateram, ſ. ſellae innititur. Æ 3. *ib.*

k) *Getae.*

— Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ 2. *ibid.*

l) *Macrino.*

— Mulier tutulata et tunicata ſtans, d. pateram. Æ 3. *ibid.*

m) *Alexandro Seu.*

— Mulier d. pateram, ſ. c. c. pro pedibus rota. Æ 2. *ibid.*

n) *Maximino.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Mulier ſeminuda ſedens, d. pateram. Æ. *Muſell.* Imp. Tb. 186. fg. 8.) *Guſſeme.*

o) *Valeriano Seniori.*

— Mulier tutulata ſedens, d. diuinitatis cuiusdam ſignum ſuſtinet, ſ. c. c. Æ 2. *Bandur.* I. 131.) *Guſſeme.*) *Vaill.* Gr.) *Patin.* Imp. p. 408. cui vero videtur Serapis ſedens, d. Dianae Epheſiae ſimulacrum, ſ. haſtam.

— Mulier ſedens, d. pateram, ſ. haſtam. *Band.* ib.) *Vaill.*) *Guſſeme.* — *Al.* ſed ſ. c. c. *ib.*

Amphipolis Syriae ciuitas iuxta Euphratem a Seleuco quondam ex *Thapſaci* ruinis condita, a Syris *Turmeda* dicta, teſte *Stephano*, et *Plinio* Hiſt. Nat. L. V. c. 24. — Numos, quos *Harduin.* Num. Ant. Pop. et Vrb. p. 39. et Comment. ad Plin. T. I. p. 436. ad cognominem Macedoniae vrbem retulit, illos vero *Vaillant.* Num. Gr. vrbi Syriae adſcribit, cum quo et *Hauercampius.* — In Muſeo *Hunteriano* ſequentes praecipue Amphipoli in Syria tribuuntur: 1. ΑΜΦΙΠΟΛΙϹ. Caput muliebre velatum et turritum ad d.)(ΑΜΦΙΠΟΛ ЄΙΤΩΝ. Mars ſt. ad ſ. d. haſtam. Æ 1. *Hunter.* Tb. 4. f. 22. — 2. Caput Dianae ad d. poſt humerum arcus et pharetra, ante mon [65.])(ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Europa taurum inequitans ad d. velo ſuper caput extenſo. Æ 1. *Pellerin.* Tb. 76. fg. 1.) *Hunter.* p. 25.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. et ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ, *Amphipolitarum*, vid. *Amphipolis.*

Amphiſſa, Gr. Ἄμφισσα, vrbs Locrorum Ozolarum, in hos enim Epicnemidios et Opuntios Locris Graeciae propriae diuiſa erat, clariſſima teſte *Pauſania* in Phoc. p. 685. „Stadiorum 120. itinere Delphis abeſt *Amphiſſa* Locrorum vrbs maxima et nobiliſſima.“ Dandum aliquid eſt *Lucano*, poetae nempe, qui eam Phocidi, vtpote vicinam attribuit L. III. v. 172 ſq. Accuratior tamen fuiſſet, ſi Aetoliae eam adſcripſiſſet, vt *Pauſanias* l. c. „Inſerunt ſe tamen, quia Ozolarum nominis ſuſpudet, in Aetolorum gentem. *Conditorem* habuit *Amphiſſa* Andraemonem, Amphiſſae ex Apolline forſan filium, etenim Ariſtoteles in Opuntiorum republica apud Harpocrationem:“ Andraemon conditor erat Amphiſſae. Continuis fere vrbs haec calamitatibus eſt adflictata, vt notat *Grenteſmeſnil* in deſcriptione Graeciae antiquae. Nam in cunis fere ab Amphyctionibus grauiſſimis poenis eſt adfecta ob occupatam Criſſam, aratum agrum Apollini conſecratum, nimiamque in peregrinos duritiem; ſub bellum ſacrum minis, et terrore Onomarcho parere eſt coacta; rurſus ab Alexandro Aetolo poſt mortem Alexandri Macedonis, et Perdiccae arctam obſidionem, regionisque vaſtationem perpeſſi ſunt Amphiſſenſes, tandem a Romanorum duce M. Acilio ex vrbe expulſi, et in arce munitiſſima, ad quam confugerant, ſummis conatibus impetiti ſunt, e quo tamen periculo a P. Scipione, cuius opera ſex menſium inducias, quibus legatos Romam mitterent, obtinuerant, liberati fuerunt. Habitatur adhuc a Turcis, qui *Salonam* ſuam eiusdem ruinis ſuperſtruxerunt, id quod *Sponii* induſtriae, repertoque in vicino Graecorum templo praeclaro marmori debemus. cf. Voyage T. III. p. II. p. 5. — In Æ eius numiſmate tertii moduli caput cernitur laureatum, vel Iouis, vti *Eckhelio* Catal. Vindob. I. p. 109. videtur, vel Apollinis ex comitis *Criſtiani* ſententia.)(ΑΜΦΙΣΣΕΩΝ. Pilum haſtae, apri mandibula, botrus in area, et monogramma ΤΕ vel nexae AE litterae. Siſtit hunc numum *Criſtiani* in Adpendicula ad Num. Graec. Tb. I. fg. 3. et ple-

nius de illo, vrbisque ſitu ac fatis agit p. 24. ſq. — Poſticae typus Aetolorum proprius, vel tacente *Pauſania* aliquam vtriusque populi adſociationem factam euinciret. Gentes enim, quae in vnum aliquod reipublicae corpus coiuerant, eundem monetae typum habuiſſe eruimus ex Achaeorum numis, quorum monogrammate vtebantur omnes Achaiae, et vicinae vrbes, vti Dyme, Patrae, Pilus, aliae, de quibus in actis Petropolitanis T. V. p. 261. pluribus *Bayerus* occaſione numi Aegienſis. Signatae in poſtica *mandibulae* cauſam facile deducimus ex veneratione memoriae apri Calydonii etiam ad Romanorum tempora perdurante. *Haſtae pilum* optime congruit eorum numis, qui haſtas inuenerunt primi, teſte *Plinio* L. VII. c. 57. „Lanceas Aetolos, iaculum cum amento Aetolum Martis filium inueniſſe aiunt. Idem de *botro* cenſe; prodidit enim Hecataeus in Aetolia primam vitem repertam eſſe, vt fabulam de cornu ab Hercule Acheloo ademto, atque Aetolis donato omittam, quod quid aliud deſignet, quam Aetoliam omnis generis fructibus abundaiſſe? *Monogramma* magiſtratum indicare videtur; cum in alio Muſei collegii regii Thereſiano, ceterum gemino, ſit diuerſum, ſcilicet AE.

ΑΜΦΙΣΣΕΩΝ. vid. *Amphiſſa*.

Ampitheatrum ex ἀμφὶ, *vtrimque*, et θέατρον, *theatrum*, quaſi ex duobus theatris compoſitum. Cum theatri latera hemicyclo paullo longiora eſſent, qui figuram repraeſentabat amphitheatrum. Ampliſſimum tempore Auguſti exſtruxit Statilius Taurus, quod poſtea Neroniano incendio conſumtum, Veſpaſianus reſtituit, et Titus filius abſoluit, dedicauitque. Conſpicitur in auerſa numi Veſpaſiani parte ſine vlla epigraphe. In eius arena exhibebantur quotannis ludi, aliter atque aliter exornati: interdum in modum ſiluae, vel venationis viua imago demonſtraretur; vno die centum ferae Lybicae, et centum vrſi in ea confecti leguntur. Interdum exhibebantur ludi in modum maris, vbi naualis pugna, claſſes et monſtra maris oſtendebantur. Forma erat oblonga, et 87. millium hominum capax, qui commode in gradibus et ſubſelliis ſedere et ſpectare poterant. Ea pars, vbi ſpectatores conſidebant, *cauea* nuncupabatur, quae in infimam, mediam, ac ſummam diuiſa fuit. *Infima* ordini ſenatorio ac equeſtri; *media*, *ac ſumma*, quae et populariorum nomen in antiquis ſcriptoribus habet, populo attributa fuit, ita tamen, vt pro varia conditione plebis ſedes aliae honoratiores, aliae viliores eſſent. Eodem nomine et receptacula ferarum, ex regulis ferreis contexta, inſigniebantur, quae in medio amphitheatro poſita, a *cauis* vero, ſiue ſpeluncis ſubterraneis amphitheatri diſtincta erant, vt *Salmaſius* Not. ad Vopiſcum vit. Prob. c. 19. docet. Sternebatur amphitheatrum per ordinem arena, quoniam in pugna ferarum magna ſanguinis vis profundebatur; vel etiam contuſo lapide albo ornatus gratia; interdum autem a principibus mino aut chyrſocolla. Quoniam in amphitheatris ſaepe venationes inſtituebantur, locus planus arboribus ornari ſolebat, vt viuae ſiluae imaginem referret. Praeterea caui, ſiue antra, quae ſub terra erant, et feras includebant, ita apte ſtruebantur, vt ex improuiſo ſeſe aperirent, et magna baeſtiarum copia ſummo impetu ſe in fictam ſiluam effunderet. Alium Romanis vſitatum morem nobis aperit *Dio Caſſius*, quando L. LXI. p. 695. „et quoniam eam, inquit, caedem palam non audebant, nec venenis clam patrare facile id poſſent, nauim quampiam in theatro conſpicientes ita factam, vt ſponte ſolueretur, et belluis quibusdam emiſſis, rurſus compingeretur, et rediret in priorem ſtatum, viſum iis huic ſimilem aedificare. Et Lib. LXXVI. p. 860. „Receptaculum

omnium ferarum in amphitheatro exſtructum erat, inſtar nauis, quae capere poſſet et emittere ad feras quadringentas. Ea autem de ſubito occulte ſoluta, exſiliebant vrſi, leae, pantherae, leones, ſtruthiones, onagri, biſſontes, ita vt ſeptingentas feras aut pecudes ſimul et currere liceret cernere et occidi. — Exſtruebantur eiusmodi amphitheatra propter loci, quem occupabant, amplitudinem in campo Martio, et quidem primum lignea, deinde quoque lapidea, vt a Statilio Tauro A. V. C. 725. factum eſt. Conſecrata erant diis, quoniam ludi numquam ſine ſacris per ordinem peragebantur; potiſſimum vero Dianae, venationi praefectae, Marti, Ioui Latiari et Strygio, ac Saturno. Vnde et ara in medio amphitheatri erat, vt in ea numini ſacrificaretur, in cuius honorem ludi fierent. Proiectura muri, qui arenam proxime cingebat, *podium* dicebatur. Contra beſtiarum inſultus ac impetum lignis quibusdam verſatilibus locus is munitus fuit, quibus retia valida ac nodoſa contexta circa podium adfixa, clathri ferrei, ac foſſa aquis repleta, accedebant. *Sedilia* ſenatorum puluillis ornata fuerunt, cum reliqui ſpectatores nudis inſiderent lapidibus. Aditus ad ſedilia *vomitoria*; viae vero, per quas ad ſedilia ſpectatores adſcendebant, *ſcalaria*, ac ſpatia inter ſcalaria *cunei* dicebantur, de quibus cunctis *Pitiſcus* ad *Sueton.* vit. Auguſti c. 44. — Superior amphitheatri pars porticibus ac loco plano conſtabat, in quo feminae potiſſimum ſpectabant. Infimi gradus *orcheſtra* dicebantur, et ſenatorum ac legatorum proprii erant. *Deſignatores* loco ſedendi vnicuique monſtrabant, et eos, qui loco alieno ſibi vindicabant, aut alias excitabant turbas, ſedibus ſuis expellebant. Deſignatorum, ſiue, vt alias vocantur, *diſſignatorum* prouinciam ſequiori aeuo *tribuni voluptatum* adminiſtrarunt. Huc et pertinent *ſegmenta* gladiatorum, ſiue machinae ligneae artificioſe ita ſtructae, vt attolli et deprimi, accreſcere et decreſcere potuerint. — Varia eiusmodi amphitheatra Romae fuerunt, vt caſtrenſe in regione vrbis quinta, a Tiberio forſan aedificatum; amphitheatrum Claudii iuxta ſepta; amphitheatrum a Veſpaſiano coeptum, ac Tito Imperatore abſolutum; amphitheatrum Statilii Tauri, et quod in campo Martio poſitum fuit, Traiani. Extra Romam itidem theatra fuerunt, quemadmodum de Nemauſenſi, Polano, Veronenſi, Placentino, aliisque conſtat. Multum diſputatur, vtrum antiquius cenſendum ſit? Sunt omnino, qui Veronenſe iamiam ſub Auguſto conditum anteponant Romano, quod tempore Veſpaſiani exſtructum ſit. Sed vehementer erratur. Non enim credibile eſt, tale opus in prouincia Romana ſuſceptum eſſe, cuiusmodi nondum in ipſa ſede reipublicae, puta Romae, viſum fuerat; accedit ſilentium Plinii Senioris, qui ſolertiſſimus fuit in conſignandis celebrioribus artificibus, eorundemque operibus confectis, certe hoc patriae ſuae ornamentum, ſi tale quid ibi factum, non omiſiſſe. *Plinius* quoque *Secundus* L. VI. Ep. 34. commendat Maximi, amici ſui, munus gladiatorium in funere vxoris, ſed nil commemorat de amphitheatro. Scipio *Maffei* 1728. luci publicae dedit: de gli Anfiteatri e ſingolarmente del Veroneſe libri due. Eiusdem hiſtoria theatrorum veterum cura Alexandri *Gordini* Anglice Londini prodiit; quo egregio opere argumentis vndique conquiſitis demonſtrare ſibi ſumſit, rudera Nemauſenſia, Polana, Syracuſana, cet. non antiquis temporibus amphitheatrorum, ſed theatrorum ſolummodo formam habuiſſe; ad poſteritatem tria tantum amphitheatra peruenisse: primum Romanum, a Veſpaſiano conditum, et Coloſſaeum dictum; ſecundum Campanum, ſiue Capuanum; tertium vero Veronenſe, quod fere integrum fortuna poſteris ſeruauit. Amphitheatrorum veterum rudera Tom. III. Muſei

Etruſci

Etruſci Goriani collecta ſunt. Fuſius Romanorum amphitheatra illuſtrant ac teſtimoniis veterum ſcriptorum comprobant *Lipſius. Libr. de Amphitheatro*, Tom. III. Operum p. 999. ſq.) *Ant. Thyſius de Amphitheatro.*) *Boindinus*, cuius Diſcours ſur la Forme et la Conſtruction du Theatre des Anciens recenſetur in Memoires des Trevoux 1719. Januar. p. 28. ſq.

Amphitheatrum cum meta et duplici porticu.)(IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. etc. Æ. Veſpaſiani, cuius meminit *Strada*, f. 48. et *Mdb.* p. 111. Ad dextram nempe amphitheatri *meta*, *ſudans* dicta, quod ibi manarent aquae, ex quibus bibebat populus, qui in amphitheatro ad publica ſpectacula conueniebat. Ad ſiniſtram autem *ſeptizonii* figura; quod aedificium poſtea a Sept. Seuero in tantam altitudinem erectum fuit, vt nullum Romae altius eſſet, et nauigantes ex Africa in Italiam illud e mari ſpectare poſſent. — *Amphitheatrum* illud cum ſeptizonio et meta ſudante.)(IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. COS. VIII. P. P. n. Æ. Veſpaſ. *Mdb.* p. 116. — *Alius*, ſed DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS. eiusd. Æ. *Ibid.* p. 117.

Amphitheatrum Titi ſtatuis ornatum, iuxta quod hinc meta ſudans, inde aedificium columnis praenobile, quod a nonnullis cenſetur *domus aurea Neronis.*)(DIVO AVG. T. DIVI VESP. F. VESPASIAN. (*al.* et praeterea AVG. *al.* S. C.) Titus togatus ſpoliis inſidens, d. ramum oleae gerit. Æ I. Titi, *Angelon.* p. 78.) Num. *Arſchot.* Tb. 29. n. 18.) *Harduin.* p. 739.) *Maffei* Ver. Illuſtr. P. IV. p. 13.) *Mdb.* p. 117.) *Morell.* Theſ. Imp. II. in Tito Tb. 10. n. 14. 15. 16. p. 376.) *Muſell.* Imp. Tb. 42. n. 7. p. 90.) Muſ. *Farneſ.* P. VI. Tb. 17. n. 11.) *Oiſel.* Tb. 101. n. 10.) *Patin.* Theſ. p. 148 et in ſuo *Suetonio* p. 394.) *Vaill.* Praeſt. I. p. 37.) *Pembrok.* III. Tb. 76. — *Alius* cum epigr. TR. P. VIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. eiusdem Titi Æ. quod hoc anno nimirum V. C. 832. Chr. 79. Titus ſpectacula et naumachiam exhibuerit, quae *Dio* luculenter perſequitur et paucis deſcribit *Sueton.* c. 7. Numum vulgarunt *Gorius* ad *Morell.* Imp. in Tito Tb. 6. n. 42. et *Mediobarbus* p. 124. ſed apud *Occonem* p. 105. in numo, cuius typus eſt amphitheatrum, Titi non VIII. ſed VIIII. adnotatur TR*ibunitia Poteſtas*.

Amphitheatrum idem in Æ 1. Domitiani, addita in parte antica epigraphe: CAES. DIVI VESP. F. DOMITIANVS COS. VII. Huius caput. *Morell.* in Domitiano Tb. 14. n. 20.) *Vaill.* Praeſt. I. p. 42. Veſpaſianus quidem media vrbe hoc amphitheatrum inchoauit, et ſtruxit, ſed Titus filius ſummam impoſuit manum, et dedicauit. Eodem vero Tito iniquis fatis intercepto, Domitianus frater eo conſecrato, memoriam huius operis A. V. C. 833. Chr. 80. aeternam facit hoc numiſmate, de cuius munificentia *Sueton.* l. c. et in Domitian. c. 5. vt et *Martial.* L. I. Epigr. 1.

Amphitheatri reliquiis non diſſimilis ſtructura, ſine inſcriptione in Æ Fauſtinae Senioris apud *Mediobarbum* p. 211. qui addit: „Licet oculis ſubiicere non ſit datum numum hunc, tamen ex eiusdem deſcriptione, quam *Noriſius* tranſmiſit, aedificii vaſti ſtructuram referendam eſſe cenſeo ad amphitheatri reſtaurationem factam ab Antonino Pio, teſtante *Capitolino*, numoque hoc Pii votum expreſſum, ſcilicet reſtaurationem hanc in defunctae honorem memoriamque.

Amphitheatrum cum meta ſudante, extra tres figurae, in area duo gladiatores. Æ. Alexandri Seueri. *Mdb.* 321.) *Vaill.* Pr. I. p. 144.) Muſ. *Alban.* II. p. 14.

Amphitheatri moles ſtatuis, columnisque ornata exterius; interius Imperator in medio ſpectatorum ſedet, in area taurus et homo elephanti inſidens pugnantes, ad latus ſiniſtrorſum obeliſcus et ſtatua coloſſea radiato capite dextrorſum porticus, in quo figura; in ambitu: MVNIFICENTIA GORDIANI AVG*uſti*.)(IMP. GORDIANVS PIVS FELIX AVG. Caput Imperatoris laureatum d. haſtam, ſ. ſcutum, in quo Imp. eques d. extenſa, Victoria praeeunte cum corona, et milite ſubſequente. Æ. max. Gordiani Pii, quem *Maffeius* in tractatu de Amphitheatris ex duplici metallo formatum primus in medium protulit, et cum altero Mediceae gazae Tb. 71. n. 2. qui tamen in antica pluribus differt, comparauit, iam olim a *Spanhemio* de Vſ. et Praeſt. Num. I. p. 164. allato. Recenſetur etiam in Muſ. *Alban*. II. Tb. 67. n. 3. p. 14. ſqq. et in *Vaillantii* Praeſt. III. p. 181. Incertum tamen eſt, vtrum de amphitheatri Flauii reſtitutione, ab Gordiano Pio fortaſſe procurata, numus ille teſtimonium exhibeat, an eiusdem tantum in ſollemnibus ludis, et ſpectaculis, muneribusque edendis largitionem commendet, ſiquidem hoc ipſum MVNIFICENTIA*e* verbum ſonat.

Amphitrite, Gr. Ἀμφιτρίτη, ex ἀμφὶ *circum*, et τρίζω, *ſtrido*, Oceani filia, vel e ſirenibus vna Neptuni vxor, cuius ſignum Corinthi in Neptuni templo. Superiore ſcilicet parte femina d. ſubmiſſa gerit inſtrumentum, trifidum, tridentis inſtar, vt maris regina, ſ. verſus faciem admota, inferiore piſcis in duas delphini partes disiunctus. Marinum illud monſtrum in Siculis videtur numis, quo veteres Siculi freti ambages Charybdim et Scyllam deſignabant. Etiam in aliis Graecorum et Romanorum numis antiquis Amphitrites, Nereidum ac Tritonum effigies, ſuperne mulier, infra piſces ſunt frequentes. Eiusmodi figura humana in piſcem deſinens, d. tridentem. n. Itani Cretae. — Vmbilico tenus muliebri forma cruribus duplicem piſcem praefert, infra ventrem quatuor monſtra marina n. Tarſi. — Similis fere typus in ÆR. Valeriae gentis. — An Corinthii Neronis vxorem ſub ſpecie Amphitrites in moneta, quam ſiſtit. *Haym*. Theſ. Br. II. Tb. 29. fg. 2. feriri fecerint, negat *Khellius* ad eundem numum p. 242. adſerens, nihil quam maris dominatum indicare voluiſſe monetarios.

Amphitrites, marini numinis caput forcipibus cancri inſignitum conſpicitur in tribus Bruttiorum numis, de quibus *Gronov*. praefat. ad Tom. VI. Antiquit. Graec. p. 11. et 12.

Amphora, Gr. Ἀμφορεύς, ex ἀμφὶ, *vtrimque* et φέρω, *fero*, ſeu vas dictum, duas anſas habens, in numis Chiorum ſaepius depictum, *Wilde* Sel. Num. Ant. p. 64. Erat fictile, in quo vinum Aruiſium praeſtantiſſimum, quod inſula Chius ferebat, reponebatur. *Horat*. L. 1. od. 9. — *Amphorae dictae duae* in n. Antiochi Epiphanis, quae in conuiuiis et coenis apud Syriae reges maximo in vſu fuerunt. — *Amphorae* inſiſtit noctua in Athenienſium numis, quod Athenis praeſtantiſſima fictilia conficerentur, et Athenienſes primi illorum inuentores fuiſſent. — Victoria inſidet *amphorae*; vel ad ſedentis Victoriae pedes conſpicitur amphora. n. Terinaeorum Bruttiae. — Amphora vinaria magna vuae pampino tecta penes vaſculum minutum aliud anſatum. vid. *Lamiae*. — Oblationes vini in templo factas indicat *amphora* ſtans. Æ max. Ebraeorum, de quo *Froelich*, in Annal. Syriae prolegom. p. 87. qui numum communicauit Tb. 18. n. 1. — *Amphorae* ſeu hydriae pro praemio certaminum in ſollemnioribus feſtis dari conſueuerunt, quae oleo impletae Athenienſium Panathenacis victoribus dabantur, aliisque etiam phiolae lebetesque, prout

prout plenius docet *Spanhem.* In prima ad *Morellium* epiſtola. de Ancyranorum numis, in quibus certamina ΑΣΚΛΗΠΙΑ, ΣΩΤΗΡΕΙΑ, etc. conſignantur.

AMPLI. decurtatum duumuiri nomen, quod profert *Vaillant.* Num. Col. I. p. 17. CN. DOMITII AMPLI.

AMPLIATORI CIVIVM in n. Antonini Pii, *Mdb.* 193. Corrigendis nempe publicis moribus, aeſtimandis ſingulorum fortunis, probandisque omnium ordinum ingeniis. De qua adpellatione *Galland* Dictionaire, cuius ſchedae et Lutetiae Pariſiorum, et in Archeologica collectione Gothana adſeruantur.

ΑΜΠΡΟΣ ΧΙΟΣ, *Ampras Chius* Diota. n. *Chiorum. Theup.* 1259. Rectius idem magiſtratus nomen ΛΑΜΠΡΟΣ in duobus Æ numis legitur in Muſ. *Hunter.* p. 98. n. 48. 49.

ΑΜΡ. *Annus* 141. Flauiopolis; item Pluſiae in Sicilia.

ΑΜΣ litterae *Annum* 241. in numis Tyri indicantes.

ΑΜΥ. . . . q. . . Triremis. Æ 2. Poſtumi. Idem typus triremis alio quidem poſitu in numis ejusdem Poſtumi cum epigraphe: LAETITIA AVG. occurit. Ex litteris vero, quae in numo exeſo a *Banduria* Tom. I. p. 302. producto ſuperſunt, coniicimus, numum hunc ſingularem, et incognitum eſſe.

Amuletum, al. Amoletum, quibusdam dictum videtur ab *ἀμύνω, auxilior*; aliis ab *amula* vaſe: aliis ab *ἅμμα, vinculum,* quo ſuſpenditur, ſiue adligatur; *Voſſius* exiſtimat ab *amoliendo* nomen habere; gloſſis Philoxeni *Amyletum* ſcribitur. cf. Etymol. ſub *Amuletum*; quae etiam eſt *Martinii* opinio in Lex. Philol. p. 31. — *Amuletorum* hiſtoriam, eorumque cenſuram diſquiſiuit M. Auguſt. Nathanael *Hubner.* Halae Magd. 1710. 4. vt de Amuletis medicis peculiariter diſſerit D. Car. Chriſtian. *Krauſe,* Lipſiae 1758. 4. *itemque* de ſiglis magicis agit Io. *Nicolai* in tractatu de ſiglis veterum. Lugd. Batau. 1703. 4. p. 85. ſq. — *Amuletum* quaſi *φυλακτήριος* numus, quem geſtabant et circumferebant ad auertenda quaelibet mala, vt creditur de pluribus numis, quos anguſtiori foramine pertuſos videmus, nempe vt collo vel brachio adpenderentur. Cauendum autem eſt, docet *Iobert.* Notit. rei numariae I. p. 308. ne *Taliſmanni,* ſeu *Amuleta numaria* aut cubi (Carrez) ex litteris Ebraeorum numeralibus compoſiti, quos *Sigilla Planetarum* vocant, et quorum vſus eſt Genethliacorum ſeu Horoſcoporum ſcriptoribus et vaniſſimae augurum genti; ac ne aliae etiam figurae ſplendidiores, quorum ſpecimina habentur in Agrippa, cum antiquis genuinis numis confundantur. Nominum vero et characterum Ebraicorum vſus eſt cum primis, ad faciendum myſterio, ſi quod illud fuit, pretium. Hi omnes, ſi dicendum, quod res eſt, in cenſum numorum non veniunt, iſthuic curioſitati ſolum inſeruientes, quae de mentione ſit in Apoſtolorum actis, in quibus leguntur recens ad chriſtianam fidem conuerſi gentiles iſtas nugas, agnita ſuperſtitione, flammis addixiſſe. Haec ergo amuletorum ſuperſtitioſa ars non ſolum in eccleſia primaeua iam fuit damnata, ſed etiam Imperatorum legibus grauiter ac ſeuere interdicta. Sub *Caracalla* damnatos eſſe, qui remedia quartanis tertianisque collo adnexa geſtarent, memoriae prodit Aelian. *Spartianus* in vita eius p. 314. edit. *Gruter.* Sub *Conſtantino* capite plectabatur, ſi quis anile incantamentum ad leniendum adhiberet dolorem, aut remedia quartanae, vel doloris alterius, collo geſtaret, memorante Amm. *Marcellino* L. XXI. c. 12. 19. et 28. Qualis vero poena pro re nata determinanda ſit vſur-

patoribus amuletorum, plurius euincit Adrian. *Beier.* in diſſ. iuridica de Amuletis, vt de *Taliſmarum* ſtructura ac vſu plenius agit *Baudelot* de Dairval dans ſon Utilité des Voyages T. II. p. 1 ſeqq. vel edit. vet. p. 383. ſeqq.

Amun nominari ab Aegyptiis Ammonem Iouem, *Plutarchus* in Iſide et Oſiride refert, quod nomen ſecundum *Manethonem* Sebennitam obcultationem denotat; *Hecataeus* vero Abderita particulam adpellantis eſſe contendit, Aegyptios eo vti, dum ſe mutuo adpellant, cum enim principem deum eundem cum rerum vniuerſitate eſſe arbitrentur, eius eſſe opinionis, eum vtpote obſcurum et abſconditum ab ſe *Amun* pronuntiantibus orari, vt ſe manifeſtet.

ΑΜVΝΤΑ loco ΑΜΥΝΤΑ, alternantibus V et Y litteris in Muſeo *Pembrok.* II. Tb. 52. n. 3. 4. 5. Similiter in eodem *Pembrokiano* Muſ. II. Tb. 41. n. 4. obſeruatur ΑΜΑΝΤΟΥ pro ΑΜΥΝΤΟΥ, *Amyntae* regis.

AMVq characteribus Etruſcis et retrograda ſcriptura vox ROMA legitur in Æ. quem vulgauit *Swinton.* in Philoſoph. Tranſact. Vol. LXI. P. I. p. 87. Tb. 3. fg. 5.

AMY Seleucidarum *Annus* 441. in n. Damaſcenorum, ex eorum computo 442. erit A. V. C. 883.

Amygdalina Aaronis virga, aut ramus lauri, circum Aſſyrio charactere ירושלים הקדושה *Ieruſalem Sancta.*)(Thuribulum cum epigr. שקל ישראל *Siclus Iſrael*, in ÆR. et Æ 1. 2. diuerſi quidem Metalli et molis, et typario ipſo non nihil variante, omnes vero manifeſte ſunt ac adulterini. Videtur artifex veros illos ſiclos imitari voluiſſe, quales *Froelich.* Annal. Syriae Tb. 18. n. 3. et 7. p. 87. ÆR. 1. protulit; adulterinos vero *ibid.* Tb. 19. n. 5. p. 92. Imago eſt lilio ſimilior, et putatur lilium conuallium, de quo Canticorum cap. 2. v. 1. et *Plinius* L. XXI. ſect. H. in Phaſelide laudatiſſimum prouenire memorat. *Jobert.* Notit. rei numar. et Kenntniſs antiker Münzen. Tb. 9. n. 3.) *Gaſſeme* I. p. 115. ſub voce *Almendras.*

ΑΜΥΜ. decurtatum magiſtratus nomen in Æ 3. Erythrarum in Ionia; ΕΡΥ. ΑΜΥΜ. . . ΕΡΜΟΤΡΕΦΟΥ. *Hunter.* Tb. 27. n. 8. In eodem n. Muſei *Theup.* p. 1268. ΕΡΥ. ΑΜΥΜΟ. . . ΕΡΜΟΤΡΕΦΟΥ, *Erythraeorum ſub Amymo Ermotrepho* in area legitur.)(Caput barbatum et vitis foliis vel corona hederacea ornatum.

Amymone nympha a Neptuno rapta in quadriiugo curru, ex *Propertio* L. II. Eleg. 18. v. 45. ſq. Æ 2. Nyſaeorum. *Morell.* Imp. II. in Domitiano Tb. 22. n. 27. 28. p. 485.

ΑΜΥΝΤΑ magiſtratus nomen in n. Dyrrhachii Illyrici.

ΑΜΥΝΤΑ, *Amyntae* regis Macedonum nomen. Aquila vnguibus et roſtro diſcerpens anguem.)(Caput imberbe pelle leonis tectum. Æ 3. de *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. I. n. 1.) *Pembrok.* II. Tb. 52. n. 3.) *Eckhel.* Cat. I. p. 88.) *Guſſeme* I. p. 132.) *Theup.* p. 1213. — In aliis eiusdem hinc inde typi, quorum quidem numerus rarior, inſcriptio eſt: ΠΥΔΝΑΙΩΝ, *Pydnaeorum* in Macedonia. Æ 3. *Geſner.* Num. Reg. Tb. I. fg. 8.) *Pembrok.* l. c. n. 4.) *Wilde* l. c. n. 2.) *Guſſeme* ib. *Hunter.* p. 242. — vel ſcribitur ΠΥΔΝΑΙΩΝ ad aquilae typum ſerpentem deuorantis. Æ 3. *Wilde* ib. n. 3. — vel euphoniae gratia inſertum eſt τὸ Ν. et ſuper aquila roſtro ſerpentem calcatum petente eſt inſcriptio: ΠΥΝΔΑΝΑΙΩΝ. Æ 3. *Wilde* n. 4. p. 1. ſqq.

— Quadratum, in quo aquila ſtans.)(Caput Herculis imberbe exuuiis leonis amictum. ÆR. *Froelich.*

lich. Notit. Elem. Tb. 4. n. 3. p. 130.) Guſſeme I. p. 132. — *Al.* ſed equus in quadrato ſtans.)(Caput barbatum in rictu leonis. Æ. *Pembrok.* II. Tb. 52. n. 5. — *Al.* Equus Theſſalicus, ſed)(Caput diadematum regis. Æ 1. *Froelich* l. c. n. 2.) *Harduin.* Sel. Oper. p. 572.) *Biward.* ad *Jobert.* II. p. 164.) *Theupol.* p. 1213.

ΑΜΥΝΤΑ et ΑΜΥΝΤΟΥ, *Amyntae*, vtraque nominis illius inflexione, legitur in antiquis Macedonum numis, neque, vti viſum *Harduino* Chronol. V. T. p. 154. pro ſuſpectis ii ſunt habendi, in quibus ΑΜΥΝΤΟΥ. Cum enim variae eſſent inter Macedonas coloniae, hinc vtrumque illud ΑΜΥΝΤΑ et ΑΜΥΝΤΟΥ, pro ratione nempe locorum in Macedonia, vbi cuſi eſſent illi numi, eſt receptum. *Beger* in Theſ. Brand. III. p. 4. legit ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΑ, non vt apud *Golzium*, ΑΜΥΝΤΟΥ in numo, in quo hinc caput Herculis cum leonino tegmine, illinc equus in quadro. Similiter in alio, qui hinc iuuenile caput cum eodem leonis tegmine, illinc aquilam in quadro exhibet; aut alius inſuper, vbi aquila ſerpentem diſcerpit, cum eodem nomine ΑΜΥΝΤΑ. In aliis vero numis, iisque probae omnino notae ac genuinis, legitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ, ſicut apud antiquos auctores etiam Ἀμύντου occurrit. Vnde haud inſolens illa nominis huius inflexio. — Apud *Golzium* Graec. Tab. 29. Dianae caput et a tergo pharetra, in altera parte ceruus cum inſcr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ. — In aliis apud *Spanhem.* I. p. 378. hinc caput Herculis, retro claua; illinc leo gradiens cum ſimili inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ. — Vel hinc Mercurius cum petaſo, retro caducens; illinc caduceus alatus et inſcriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ. — Ad quem autem *Amyntam*, an ad vnum vel duos, an vero ad plures ſpectent ſignati cum illo ΑΜΥΝΤΟΥ vel ΑΜΥΝΤΑ nomine numi, aut ad quos ex iis ſinguli referri debeant, haud facile licet hodie ſtatuere, quod nulla temporis, aut quae ceteroquin eorum aetatem indicet nota ſint iidem inſigniti.

Amyntas haud vnus rex Macedonum. Occurrit apud antiquos auctores varietas et confuſio, quorum alii duos, alii tres, alii quatuor etiam *Amyntas* ante Magnum Alexandrum reges adſcribunt. In ea veterum auctorum diſcrepantia, fide veterum numorum, comprobauit *Spanhem.* I. p. 379. *tres* exſtitiſſe Macedonum reges *Amyntas. Primi Amyntae*, qui Alcetae filius, et ſextus in ea ſerie ab *Herodoto*, ab aliis octauus, vel nonus vel decimus traditur, numos primum occurrere, eosque antiquiſſimos monuit *Harduin.* Chronol. V. T. p. 148. — *Primus* regum Macedoniae, quorum numi exſtant, eſt Amyntas, in cuius numiſmate Æ. nomen ita expreſſum eſt ΒΑ ΜΙΜΤ□Υ Μ. quod legi poteſt Βασιλέως Ἀμύντα Μακεδόνων, *Regis Amintæ Macedonum. Beger.* Theſ. Br. I. p. 65. et III. p. 4.) *Spanhem.* I. p. 18.) Not. Elem. Tb. 2. n. 21. p. 129.) *Schlaeger.* de Numo Alexandri M. Tb. 2. n. 8.) *Wachter.* Archaeolog. Numar. p. 50. E priſcae ſcripturae veſtigiis liquet, ad vetuſtiorem Amyntam eſſe referendum numum. Ἀμύντα enim pro Ἀμύντου, vel Ἀμύντα, vt in aliis regum eo nomine numis legitur, vetuſtatis eſt indicium. In)(eſt cancer marinus ea figuratione, vt in aliis Graecorum numis, in quibus locum maritimum, vel vrbem mari oppoſitam ſignificat. Quam ſignificationem etiam hic habere videtur, etiamſi neſciat *Wachter.* d. l. an locus ille ipſius Amyntae regia, an coloniae alicuius eo deductae ſedes fuerit. Hunc vero Amyntam non Philippi patrem, ſed alium et vetuſtiſſimum fuiſſe, octauum a Carano, qui temporibus Cyri regnum Macedoniae quinquaginta annos tenuit, multa in hoc numo poſterioribus ſaeculis inuſitata arguere videntur, cuiusmodi ſunt, quod nomen regis ſine effigie exprimitur; quod idem nomen

men per o quadratum ſcribitur; et quod nomen populi regio nomini adnectitur. Annon vero iſte numus Amyntae Galatae vindicandus ſit? vid. ſupra p. 516. ſub ΑΜΙΜΤ□Τ. — *Amyntae* primi regis numos vocat *Savot.* c. 17. vetuſtiſſimos; ſed poſt *Savoti* tempora reperti ſunt vetuſtiores. *Baudelot* P. II. p. 621.

Ad *ſecundum Amyntam*, qui Philippi filius a *Thucydide* dicitur, referri poſſunt numi, qui imberbe caput Herculis leoninis ſpoliis, more Macedonum regum, tectum oſtentant cum inſcripto ſolo nomine ΑΜΥΝΤΑ, ſine addito ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo.

Ad *tertium Amyntam*, qui tres filios poſt ſe Macedonum reges reliquit, Alexandrum, Perdiccam et Philippum, Alexandri M. patrem, *Spanhemius* refert tres numos, qui ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ, non cum eius quidem vultu, ſed cum Herculis, Dianae et Mercurii capitibus, ſignantur, et quartum inſuper numum, qui caput eius praefert. Num vero temporis, quo iidem ſint cuſi, adſcriptum eſt iudicium. — Plenius de Amyntarum diſcrimine agit in ſerie regum Macedonum *Froelich* ad Numiſmata Regum veterum p. 52. ſq. *idemque* in Notitia Elem. p. 129. 130. vbi et p. 193. numos ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ inſcriptos et in)(leone, vel ceruo, vel caduceo ſignatos Amyntae Gallo-Graeco adſcribit; Macedonici enim, inquit, Amyntae numi multo alia ſunt ſpecie, et ΑΜΥΝΤΑ inſcribuntur, ſine ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo.

ΑΜΥΝΤΑΣ, *Amyntae* nomen. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΑΣ, *Regis Amyntas.* Leo gradiens.)(Caput Herculis, ſupra humerum claua. Æ 3. *Theup.* 1213. at Froelich Not. Elem. Tb. 17. n. 6. legit: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ, addito eodem leonis typo.

ΑΜΥΝΤΟΥ, *Amyntae.* Equus in quadrato.)(Caput Herculis imberbe in exuuiis leonis. Hunc Æ. exhibent, et Amyntae II. Macedoniae regi tribuunt *Beger.* Th. Br. I. p. 231.) *Geſner.* Num. Reg. Tb. I. n. 13.) *Golz.* Graecia Tb. 29. n. 3.) *Muſell.* Reg. Tb. I. n. 1.) *Spanhem.* I. p. 18. — ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ, *Regis Amyntae.* Leo ſtans; in *al.* Taurus.)(Caput Herculis barbatum, pone claua. Æ. *Froelich.* vid. ΑΜΥΝΤΑΣ.) *Guſſeme* I. p. 132. — *Ead. epigr.* Ceruus ſtans.)(Caput Dianae cum pharetra. Æ 3. *Geſner.* Tb. I. n. 14.) *Golz.* Graecia Tb. 29. n. 4.) *Muſell.* ib. n. 2.) *Spanhem.* I. p. 378.) *Guſſeme* l. c.) *Eckhel.* Cat. I. p. 202. qui vero cum *Froelichio* Not. Elem. Tb. 17. n. 7. p. 198. hoſce numos ad Amyntam Galatiae regem refert, vt et ſequentem: — *Ead. epigr.* Caduceus alatus.)(Caput Mercurii petaſatum cum caduceo. Æ. *Geſner.* ibid. n. 9.) *Muſell.* ibid. n. 3.) *Spanhem.* l. c.) *Guſſeme* ib.

ΑΝ litterae monogrammate iunctae, in numis Anactorii in Acarnania, item Actii et Argorum Acarnaniae, pariter Ancyrae in Phrygia etc. — Obſeruatur etiam ΑΝ formatum id monogramma. cf. Muſ. *Hunter.* Tb. 63. fg. 49. et 50.

ΑΝ vel ΑΝ. vel ΑΝΑ, nota ſub pegaſo legitur a *Neumanno* Pop. et Reg. Num. vet., p. 197. ΑΝΑΚΤΟΡΙΩΝ, *Anactoriorum* Acarnaniae, quorum nomen plene adſcribitur in eleganti moneta apud *Pellerinium* Tb. I. pl. 13. n. 6. — Exiſtunt ſimiles numi, ſed ſine vultu Acheloi fluuii, qui notam ΑΝ vtrimque repetunt. Talem edidit argenteum *Haym.* Th. Brit. I. p. 218. Tb. 20. n. 4. et Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 4. n. 4. in quo idem monogramma ΑΝ intra pegaſi volantis pedes, pariterque in antica parte poſt Palladis caput galeatum; ſed iniuſte *Anaphlyſto* tribuit *Haymius* ignobili oppido haud procul Athenis, ſeductus *Golziana* Tb. 15. n. 1. moneta cum epigraphe ΑΝΑΦΛΥΣ. quae autem *Neumanno* ſuſpecta videtur.

ΑΝ

AN idem ac ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ, *Ancyranorum* in Phrygia. Caput imberbe, pone caducens.)(Caput imberbe, pone forceps. Æ 2. Muſ. *Hunter*. Tb. 5. fg. 3.) *Peller*. Tb. 122. fg. 12. — AN. ΔΙ. ΚΥ. ΣΕ. Ἀγκυρανοὶ Διὸς Κυρίου Σαράπιδος, *Ancyrani Iouis Domini Sarapidis Templum crexerunt*, forte; niſi ΑΝΚΥρανοι colligendum ſit, et τὸ ΔΙ. ſeorſim legendum. *Froelich*. Not. Compendiar. Gr. p. 140.

AN. *Anicius*. D. N. AN. MAXIMVS P. F. AVG. n. Petronii Maximi. *Bandur*. II. p. 578.

AN. Ἄνιος, Ἄνιυ, et *Annius*, *Annii*, nomen gentile. ΑΝ. ΓΑΛΕΡΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ rel. apud *Harduin*. Sel. Oper. p. 772. vid. ΓΑΛΕΡΙΟΣ. — ΕΠΙ ΑΝ. ΡΟΥΦΟΥ, *Sub Annio Rufo*, archonte Sardianorum. — COL. AN. COM. *Colonia Annii Commodi*. — IMP. C. M. AN. FLORIANVS AVG. vid. *Florianus*. — AV. RF. ROMA. Quas ſiglas *Vaillantius* potius cenſet legendas ANnius RVFus, quam AVrelius RVFus, vt arbitrati ſunt *Patinus*, *Havercampius*, *Eckhelius*. In iſto Aureliae gentis denario caput eſt Romae galeatum, pone X. denarii nota)(Iupiter in citis quadrigis, d. fulmen vibrat, ſ. ſceptrum adpoſita perigraphe iam prolata.

AN litterae inter duos luctatores. n. Aſpendi Pamphyliae.

AN. *Annus*. Latinorum AN. cum addito numero, quem vocant Romano, in coloniarum quarundam numis Annum deductae coloniae denotat. Vnde in numis prouinciae *Daciae* AN. I. ad X. vsque occurrit; in numis autem coloniae *Viminacii* cuſis AN. I. vsque ad AN. XVI. leguntur. Dacia enim et Viminacium colonia a Gordiano deducta ob libertatis acceptae memoriam in numis ſic aeram ſignarunt. *Liebe* quidem in Gotha Numar. legit AN. *Nona*, loco *Annus*. Et iam ante in coloniae Viminacii numis *Triſtan*. Comment. II. p. 557. litteras AN. *Anni* initiales ad *Annonae* diſtributionem male retulit, quem *Patin*. Imp. p. 369. ſecutus eſt. — De variis in aere Viminacii notatis annis *Noriſius*, *Vaillantius*, *Froelichius*, aliique egerunt.

a) *Daciae*.

AN. I. *Anno Primo* in prouinciae huius numis arguit, hanc prouinciam immunem, ſiue liberam ab Imperatore Philippo patre quarto imperii ſui anno fuiſſe pronuntiatam. Similiter

AN. II. in eiusdem prouinciae moneta epocham adquiſitae deſignat libertatis, minime vero imperii Philippi, quem *Harduini* errorem *Baldninius* in *Vaillantii* Num. Praeſt. II. p. 315. repetere non debuiſſet; ſed cum Philippus barbaros, Daciae graues, quarto imperii ſui anno repreſſerit, liquet AN. II. ſeu *Annum Secundum* liberatae Daciae, quem numus eloquitur, reſpondere eius Imperatoris anno quinto. Pariter

AN. III. *Annus Tertius* eſt cenſendus libertatis. *Muſell*. Suppl. n. 60.

AN. VI. *Annus Sextus* Daciae reſpondet primo anno Valeriani, vnaque vltimo Galli et Voluſiani, quorum numi annum VI. Daciae itidem exhibent, qui eſt annus V. C. Varronianus 1006. Ea res magni eſt in chronologia momenti, teſte *Froelichio* Adpendicula II. nouis p. 66. 67.

AN. X. *Annus Decimus* ſaltem reperitur cuſus in numis Philippi, quia ſex tantum annos imperauit; vel admodum rari ſunt numi, qui AN. X. ſub Philippis referant, cuiusmodi *Vaillantius* vidit, ſi modo recte vidit. *Neumanno* omni licet adhibita opera nec talem obtinere, nec

nec vllo in muſeo conſpicere licuit.

b) *Viminacii* coloniae ſuperioris Moeſiae.

AN. I. *Anno Primo*, qui initium capit ſub *Gordiano* III. ſeu Pio A. V. C. 993. Æ. Gord. huius. *Erizzo.* 704.) *Froelich.* 122.) *Harduin.* 843.) *Muſell.* Imp. Tb. 196. n. 10.) *Patin.* Imp. p. 294.) Theſ. Reginae *Sueciae* Tb. 33. n. 22.) *Vaill.* Colon. 152.) *Schulz.* MzCab. II. 247.

AN. II. *Anno Secundo.* Æ. Eiusd. Gord. apud *Liebe* Goth. Num. p. 292.) *Muſell.* Tb. 197. n. 1. 2.) *Theup.* 738. — Æ. Philippi Sen. *Muſell.* Tb. 204. n. 5.) *Schulz.* l. c. 247.

AN. III. *Anno Tertio.* Æ. Phil. Sen. *Muſell.* Tb. 206. n. 6.) *Noriſ.* II. 1167.

AN. IIII. *Anno Quarto.* Æ. Gord. Pii. *Muſell.* Tb. 197. n. 3. 4.) *Theup.* 738.) *Vaill.* Col. 152.) *Schulz* 248.

AN. V. *Anno Quinto*, a colonia deducta. Æ. Gordiani, cuius imperii finem indicat. *Muſell.* Tb. 197. n.) *Vaill.* Col. 153. — Æ. Philippi Sen. *Harduin.* 843.) *Muſell.* Tb. 204. n. 7. 8.) *Schulz* 248.) *Theup.* 744.) *Vaill.* Col. 176.

AN. VI. *Anno Sexto.* Æ. Phil. Sen. *Harduin.* 843.) *Muſell.* Tb. 204. n. 9.) *Theup.* 745. — Æ. Otaciliae *Muſell.* in Addend. Tb. 10. n. 4.

AN. VII. *Anno Septimo.* Æ. Phil. Sen. *Vaill.* l. c.

AN. VIII. *Anno Octauo.* Æ. Phil. Sen. *Harduin.* 843.) *Muſell.* Tb. 204. n. 10.) *Theup.* 745.

AN. VIIII. *Anno Nono.* Æ. Phil. Sen. *Muſell.* Tb. 205. n. 1.) *Schulz.* p. 256.) *Theup.* 745.

AN. X. XI. apud *Vaill.* Col.

AN. XII. Æ. Traiani Decii. *Band.* I. p. 14.) *Muſell.* Tb. 211. n. 5.) Theſ. Reg. *Sueciae* Tb. 36. n. 5.) *Theup.* 753.) *Vaill.* Col. 199. — Æ. Heren. Etruſc. *Band.* I. 34.) *Beger.* Th. Brand. II. 733.) *Muſell.* Tb. 212. n. 2.) *Patin.* 319.) *Theup.* 755.) *Vaill.* Col. 204. — Æ. Q. Heren. Etruſc. *Band.* I. 34.) *Muſell.* Tb. 213. n. 4.) *Patin.* 314.) *Theup.* 756.) *Vaill.* Col. 207. — Æ. Hoſtiliani *Band.* I. 52.) *Harduin.* 843.) *Muſell.* Tb. 213. n. 10.) *Patin.* 315.) *Theup.* 757.) *Vaill.* Col. 210. — Æ. Treboniani Galli. *Band.* I. 72.) *Harduin.* 844.) *Muſell.* Tb. 216. n. 2.) *Patin.* 316.) *Schulz.* MzCab. III. p. 10.) *Vaill.* Col. 219.

AN. XIII. *Anno Decimo Tertio* deductae coloniae. Æ. Trebon. Galli. *Harduin.* 844.) *Muſell.* Tb. 216. n. 3.) *Patin.* 316.) *Schulz.* III. 10.) *Theup.* 758.) *Vaill.* Col. 219. — Æ. Voluſiani, vbi notat ipſum A. C. 1006. imperium arripuiſſe, ſiquidem tot anni computantur ab anno 993. quo colonia a Gordiano deducta fuit.

AN. XIV. Æ. Trebon. Galli. *Harduin.* 844.) *Muſell.* Tb. 216. n. 4.) *Schulz.* l. c.) *Theup.* ib.) *Vaill.* d. l.

AN. XV. Æ. Voluſiani, qui 1007. cum patre Treb. Gallo occiſus fuit. *Muſell.* Tb. 217. n. 10. — Æ. Marinianae, editus a *Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. 2. n. 5. p. 67. Nullus, addit editor, vllo in libro Marinianae numus, in colonia aliqua cuſus, productus eſt. Iuuat etiam numus hic hiſtoriam auguſtam, et confirmat antiquariorum opinionem, ſola hactenus ſimilis numorum fabricae coniectura nixam, qua ducti, Marinianam Valeriano Seniori vxorem adſignabant. Cum enim in eodem numo notatus ſit annus

annis Viminacenſis coloniae, decimus quintus, qui fuit V. C. 1007 ad 1008. atque idem ſit Valeriani Senioris ſecundus imperii annus, ſatis euidenter illud conſequitur, Mariinianam hoc, aut ſuperiore anno defunctam eſſe, cum altera numi facies DIVAE MARINIANAE inſcripta ſit.

AN. XVI. Treb. Gall. Æ. Neque *Mediobarbus*, *Vaillantius*, *Bandurius*, neque horum emendator *Froelichius* huius numi meminerunt; cuius tantum fit mentio Numophyl. *Schulziano* P. III. p. 10. niſi ex monetarii errore ille annus decimus ſextus loco XIV. numo ſit impreſſus.

AN. XV. PR. H. O. C. S. *Annorum Decimo Quinto Praetextatus Hoſtem Occidit, Ciuem Seruauit.* Statua equeſtris, quae d. humero tropaeum gerit. AR. Lepidi, de quo *Valer. Maxim.* L. III. c. 1.) *Hauercamp.* ad *Morell.* Famil. in Aemilia p. 9. et 10.) *Vaillant.* Fam. Rom. p. 30.) *Schulz.* Numophyl. I. p. 79.) *Hanthaler.* Exercitat. III. Tb. 3. n. 7.) *Patin.* 7. n. 7.

AN. vel inuerſa N littera AN, itemque ANN. in Sinopenſium numis indicat *Annum.* Duplici autem aera Sinopenſes in numis vſos fuiſſe recte, paucis licet ex numis, colligit *Vaillantius*, qui prioris aerae initium recte et vnico Gordiani Pii numiſmate referendum docuit ad Anni V. C. 684. autumnalem, cum Lucullus eo anno, capta Amiſo Ponti vrbe, Sinopenſibus libertatem tum conceſſiſſe recte credatur, teſte *Appiano* in Mithridaticis. — Altera Sinopenſium aera ad *Vaillantii* mentem coepit in autumno A. V. C. 705. vel 706. Nam in eius opere de coloniis editionis Pariſinae 1695. haec aera deducitur ab A. V. C. 705. in notis ad numum Hadriani. At enim explicatione numi M. Aurelii, itemque Caracallae haec aera inchoatur ab A. V. C. 706, quo Iulius Caeſar Pharnacem in Ponto profligauit. Recte *Binardus* ad *Ioberti* Notitiam rei numariae monuit, A. V. C. Varroniano 707. et non 706. Caeſarem in Pontum veniſſe, id quod etiam praecipui chronologi conſtituere. Quare aera Sinopenſium cum *Harduino* ab autumno anni 705. deduci non poteſt, nec ante autumnum anni 706. eius initium ſtatuere licet, quando Sinopenſes non ante aeſtatem anni 707. coloniam Romanam ab Iulio Caeſare, *Strabone* teſte L. XII. recipere potuere. — Chronicam Sinopenſium numiſmatum ſeriem exhibuit *Froelichius* Adpend. II. nouis p. 52. ſq. eique adiunxit annos V. C. reſpondentes cuilibet anno coloniae, ita vt in autumno anni V. C. ab ipſo adſcripti, exeat annus aerae Sinopenſis in numo ſignatus. Aeram poſteriorem ab autumno Anni V. C. 709. deducit. C. I. F. ANN. XXXI. *Colonia Iulia Felix, Anno* 31. aerae poſterioris, vel V. C. 739. Caput Octauiani nudum.)(EX D. D. Capita iugata Caii et Lucii, non M. Antonii et Cleopatrae, vti in eius 4. Tentam. p. 89. legitur. cf. *Eiusd.* Adpend. Tb. I. n. 1. — NERO CLAVD. CAES. AVG. ANNI CII. *Nero Claudius Caeſar Auguſtus, Anni* 102. aerae poſterioris V. C. 811. Caput Neronis laur.)(OCTAVIAE AVG. C. I. F. S. *Colonia Iulia Felix Sinope.* Caput Octauiae. Adpend. Tb. I. n. 2. et 4. Tent. p. 88. — NERO CLAVD. CAES. AVG. ANN. CIV. *Anno* 104. V. C. 813. Caput Neronis.)(OCTAVIAE AVG. C. I. F. *Pellerin.* — IMP. CAES. HADRIANVS AVG. Huius caput laur.)(C. I. F. S. AN. . . . Caput Serapidis. *Anni* vero nota detrita. *Vaillant.* — L. AELIVS CAES. Caput Aelii nudum.)(C. I. AV. F. SIN. ANNO CLXXXII. *Colonia Iulia Auguſta* (non *Aurelia*, quia ante Aurelios ſub Lucio Aelio habetur AV.) *Felix Sinope, Anno* 182. aerae poſterioris, V. C. 891. Capitellum columnae Corinthiacae, pone caput cum tergemina corona, *Harduin.*

Harduin. — M. AVR. VERO CAES. Caput M. Aurelii nudum.)(C. I. F. S. ANNO CCIIII. *Anno* 204. aerae poſterioris, V. C. 913. Terminus cum caduceo hinc, inde ramo ad baſim. *Vaillant.* — FAVSTINA AVG. Fauſtinae Iunioris caput. C. I. A. CINOPE (*ſic*) ANN. CCVII. 207. aerae poſter. V. C. 916. Mulier gradiens, ſ. ſpicas. *Haym.* — IMP. CAES M. AVR. ANTONINVS. Caput Caracallae laur.)(C. I. AV. SINOP. ANN. CCLII. 252. aerae poſter. V. C. 961. Iupiter Sinopenſis ſuper cippo recumbens, d. aquilam, ſ. haſtam puram. *Vaillant.*) *Theupoli.* — P. SEP. GETA. C. Caput Getae nudum.)(C. I. F. SINOPES. Piſcis. *Theup.* — . . . . . . IANVS. Caput Diadumeniani nudum.)(. . . NOP. AN. CCLXI. 261. aerae poſterioris, V. C. 970. Mercurius ſtans d. caduceum, ſ. crumenam. *Theup.* — IMP. SEV. ALEXAND. Cap. Alexandri laur.)(C. I. F. S. A. CCXCIIII. *Anno* 294. aerae prioris, V. C. 978. Iupiter Sinopenſis ſuper cippo decumbens. *Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. I. n. 6. — IMP. MAXIMINVS AVG. Caput laur.)(C. R. I. ꟻ. ∿. AИ. ƆƆƆV. (*ſic*) *Colonia Romana Iulia Felix Sinope Anno* 305. aerae prioris, V. C. 989. Templum diſtylum, in quo Nemeſis. Æ 2. *Froelich.* l. c. Tb. 1. n. 8. p. 63. et *Eiusd.* 4. Tent. p. 89. — IMP. GORDIANVS AVG. Caput Gordiani Pii laur.)(C. R. I. F. S. AN. CCCVIII. *Anno* 308. aerae prioris, V. C. 992. *Vaillant.* — GORDIANVS. Caput illius laur.)(C. I. F. S. AN. CCCXI. *Anno* 311. aere prioris, V. C. 995. *Mem. de l'Acad. des Inſcript.* T. X. p. 465. — TRANQVILLINA AVG. Huius caput.)(C. I. F. S. *Anno omiſſo.* Templum diſtylum, in quo Nemeſis. Æ 2. *Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. 2. fg. 3. p. 53. et 65. *Eiusd.* 4. Tent. p. 89. — M. IVL. PHILIPPVS CAESAR. Caput Philippi filii nudum. C. I. F. S. AN. CCCXIX. *Colonia Iulia Felix Sinope, Anno Trecenteſimo Nono* aerae prioris, qui eſt V. C. 1003. Philippus enim pater Ao. V. C. 1002. occiſus eſt, eiusque morte Roma nuntiata, Philippus filius a praetorianis illico obtruncabatur. Templum diſtylum, in quo ſtat Nemeſis, d. tenens globum, ſ. flagellum, ad pedes rota. Æ 1. *Froelich.* ibid. fg. 4. p. 53. 54. ſeq. *itemque* 65. et 66. *pariter* 4. Tentam. p. 89. 90.

AN. XI. in imo Æ 2. Anaſtaſii. *Band.* II. 614.

AN Antigoni nomen B. *AN. Regis Antigoni. Theup.* p. 1218.

AN. initiales *Antiochiae* in Syria, litterae, ibi cuſum eſſe numum indicantes. Occurit et ANT. ANTB. ANTΓ. ANTH. ANTP. ANTS rel. — SMAN. *Sacra Moneta Antiochiae* ſignata. vid. *ſuis locis.*

AN. Ἀντωνινιανή, *Antoniniana*, cognomen vrbium, in Imperatoris gratiam. MAPK. AN. KO. EΔEC. v. *Edeſſa* Meſopotamiae. — COL. AN. COMM. *Colonia Antoniniana Commodiana.* n. Commodi. *Theup.* 541. *vel* COL. L. AN. COMM. *Colonia Lucii Antonini Commodi. Eckhel.* Cat. II. p. 261. — AEL. MVNIC. COIL. AN. *Aelium Municipium Coillutanum Antoninianum*, cognomen municipii Coillutani in Numidia in Caracallae honorem.

AN. Ἀντωνῖνος, *Antoninus.* MAP. AYPH. KOMOΔOC AN. *Marcus Aurelius Commodus Antoninus. Haym.* Theſ. Br. II. Tb. 37. n. 1.

AN. Ἀντωνίνυ *Antonini.* ΛOYKIΛΛA CEβαςὴ ANτωνίνυ CEβαςῦ ΘYγάτηρ, *Lucilla Auguſta Antonini Filia*, nempe M. Aurelii et Fauſtinae.

AN. *Antonini* Pii nomen deſignantes litterae initiales in zophoro aediculae ſiue templi in n. Smyrnaeo-

naeorum ſub Caracalla. *Spanh.* I. p. 641. —

AN. Ἀντώνιος, *Antonius* in n. Gordianorum. Α. Κ. Μ. ΑΝ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΑΦΡ. ЄΤϹЄΒ. *Gordianus Africanus. Froelich* 4. Tent. p. 323. vel vt *Eckhel.* Cat. II. p. 275. legit: Α. Κ. Μ. ΑΝ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΜ. ΑΦΡ. etc. vid. ſupra p. 393. — ΑΤ. Μ. ΑΝ. ΓΟΡΔΙΑΝ. ΑΦΡ. ϹЄΒ. *Gordianus Africanus filius. Vaill.* Praeſt. Add. III. p. 324. — Α. Κ. Μ. ΑΝ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΤ. vel ЄΤ. ϹЄΒ. *Gordianus Pius*, vt ſupra p. 394. — ΕΠΙ ϹΤΡ. Τ. ΑΝ. ΑΛΕΞΑΝ. *Sub Praetore Tito Antonio Alexandro*, n. Hipaepenorum.

AN in infima ora apud *Liebe* Goth. Numar. p. 131. et 456 in Arſacis numiſmate tetradrachmo legitur. At incertum eſt, ſintne anni notae, an aliae? In eiusmodi numiſmatibus illo loco epocha alibi non eſt obſeruata, ſed nomen menſis, forte *Audinaei*, ex coniectura *Froelichii* Not. Elem. p. 179. — Similiter AN. inferne in n. Apameae Syriae, Antiochiae Syriae, rel.

AN in area n. Metaponti Lucaniae.

A. N. *Annum Nouum.* v. A. N. F. F. O. P. P.

A. N. *Auli Nepos.* A. ALBIN. A. F. A. N. *Aulus Albinus, Auli Filius, Auli Nepos*, n. Poſtumiae gentis.

ANA. ſub tripode, quem laurus ambit, poſito poſt Palladis caput galeatum in AR. quem *Golz.* in Graecia Tb. 15. *Anaphlyſtiorum* Athenis vicinorum numis adſcripſit, *Burmannus* vero ad *Dorvill.* Sicul. p. 336. Syracuſis attribuit.

A/ litterae ANA nexu iunctae, *Anactorium* denotantes, vt coniicit *Eckhel.* Num. Vet. p. 122. qui Tb. 8. n. 13. produxit AR. in quo idem monogramma ſub pegaſo volante.)(ΑΚΤΙΟΥ, *Actii*, ſcriptum ante caput Palladis gal. Similem fere numum nactus *Pellerinius* eum Actio ab Appollinis templo inclyto recte tribuit, et egregie explicat Rec. T. I. p. 86. vid. ſupra *Actium* p. 55.

ANA. Ἀναζάρβου, *Anazarbi* in Cilicia. ANA. ET. BOC. *Anazarbi, Anno* 272. Aries recumbens, cui inſidet figura virilis. Æ I. Valeriani Sen. *Bandur.* I. p. 122.

ANA ϹЄΘ et in medio numo Ⅿ ſiue M. magnum cum ſtella deſuper, in ima parte ЄΙΒ.)(ЄΝ ΤȢΤΟ ΝΙΚΑ. Imperator ſtans, d. crucem, ſ. globum crucigerum tenet. Æ 3. Ioannis Zimiſcae, quem ſiſtit *Band.* II. p. 738. ex *Ducangio*, qui vero exiſtimabat, hic fortaſſe legendum eſſe ΑΝΑΝΕΩϹΙϹ, *Renouatio* ſcil. *imperii*, cui quidem non adſentitur *Bandurius*, p. 739. vt credat; ei enim videtur numus ex eorum genere eſſe, quos monetarii iterum cuderunt, in quo M. magnum erat depictum, et hinc inde annorum Imperatoris cuiusdam nota; dum alterum typum huic imprimere pararet monetarius, et veterem corrupit, nec exhibuit nouum.

Anacreon Teius, poeta lyricus, cuius memoria in Æ. Teiorum: ΑΝΑΚΡЄΩΝ ΤΗΙΩΝ, *Anacreon Teiorum.* Figura nuda ſtans, d. plectrum pulſat.)(ϹΤΡ. ΒЄΡΗΚΟΥΝΔΟΥ, *Praetore Verecundo.* Mulier ſtans, vtraque manu ad pectus. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 80. fig. 8.) *Gusſeme* I. p. 132. — In *al.* Teiorum eiusdem poetae caput barbatum et nudum repraeſentatur.

Anactorium fuit et portio Acarnaniae non longe ab Actio in ipſo ſinu Ambraico, et vrbs cognominis Ἀνακτόριον, a Corinthiis habitata, vt omnis ille tractus, quapropter *Stephanus*: Ἀνακτόριον Ἀκαρνανίας πόλις, Κορινθίων ἄποικος, *Anactorium Acarnaniae*

naniae Oppidum, Colonia Corinthiorum. — Plinius L. IV. c. 1. Ciuitas Anactoria. — Thucydides, L. I. p. 37. Ἀνακτόριόν ἐστι ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, Anactorium eſt in ipſo ore Ambracii ſinus. — Pellerinius quidem opinatur, in quibusdam ab Eckhelio Num. Vet. Tb. 8. n. 16. 17. 18. productis Æ. numis litteram A eſſe Anactorii initialem, qua tamen Ambracia indicatur; certe enim Anactorii numi numquam elementum A exhibent ſolitarium, ſi excipias Æ. in Muſ. Hunteriano p. 25. n. 6. memoratum, in quo inter pegaſi crura A tantum cernitur; Frequentius vero litterae A N vel ANA, aut ſigla nexae, aut ligatae obſeruantur. vid. ſupra AN et AN. — In Muſeo Hunteriano p. 25. 1. Anactorii Æ. recenſentur, in quibus Palladis caput galeatum ad ſ. pone pileus et mon. [49])(Pegaſus volans ad ſ. inter cuius crura item AN monogramma. — 2. Alius paullo diuerſus. — 3. Caput idem, pone tripus et VA (mon. 50.))(Eadem. — 4. Caput idem, pone Σ in corona laurea et AN.)(Eadem. — 5. Caput idem ad d. pone tripus in corona laurea et AN.)(Eadem. — Praeter hos elegantem numum cum ſolito Palladis et pegaſi typo, ſed epigraphe integra ΑΝΑΚΤΟΡΙΩΝ, Anactoriorum, vulgauit Pellerin. Rec. I. pl. 13. n. 6. p. 88. Cenſet quidem, nullum antehac huius vrbis editum. Sed in Tabula Geſneri 47. numus ex Muſeo de Pfau depictus eſt, hinc cum capite Apollinis, illinc lyra, et ΝΑΚΤΟΡΙΝ, pro quo haud dubio legendum ΑΝΑΚΤΟΡΙΩΝ, praecipue cum Apollinis typus belle cum hac vrbe componatur; fuit enim Anactorius ager Apollini ſacer. — In alio pereleganti Muſei Caeſarei inſidet Apollo nudus tripodi cortina tecto, vt in numis Neapolis Campaniae et Syriae regum; d. arcum, in area ante cornucopiae pone ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ)(ΑΝ.... ΡΙΩΝ Caput Acheloi fluuii. Æ. 2. apud Eckhel. Num. Vet. Tb. 7. n. 16. p. 109. 110. qui mutilatam hanc epigraphen, aliquas tantum totius vocabuli litteras offerentem in Catal. Vindob. I. p. 107. redidit integram ΑΝΑΚΤΟΡΙΩΝ, Anactoriorum.

Anadema, Gr. Ἀνάδημα ab ἀναδέω, *redimio*, ſingulare capitis tegumentum ex *Lucretio*, vel victoris in ludis Olympicis, vel Perſarum regum capitis operculum. v. *Tiara*.

Anadyomene, Gr. Ἀναδυομένη, *Exiliens e mari* ab ἀναδύομαι, *Emergo*, Veneris cognomentum, quae in n. Crapereiae gentis ΑΝΑΔΥΟΜΕΝΗ capite ornato, d. pomum aridis gerit; alias ſiniſtris vtraque manu tegenda legit; vel huius caput, dorſo nudo, et capillis ſupra illud ſparſis.

Anaitis, Gr. Ἀναῖτις, Diana dicta eſt, vti opinatur *Froelich*. 4. Tentam. p. 258. quod nulla certa ac fixa habitatione vteretur, per ſiluas errare ſolita, vti ab *Horatio*: Montium cuſtos, nemorumque virgo, ſalutatur. Nam ναίω, νάω, *habitare* ſignificat, vnde Ἀναῖτις, *habitatione carens*, formari poterat. *Pauſan.* in Laconicis c. 16.) *Alex. ab Alex.* L. V. c. 12. — In Zelitis ponti regione ex *Strabone* L. XII. habetur templum Anaitidos, quod ſex columnis ſuffultum, peregrinaque architectonices methodo conſtructum in Caracallae Æ 2. numo apud *Froelichium* l. c. refertur.

ΑΝΑΚΙΩΝ, *Anacenſium*. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 32. fg. 8. produxit Æ. numum, praeter quaſdam extritas litteras integrum, adferens p. 266. linearem, quam dedit, pictam monetae ipſi eſſe ſimillimam, hac ſcilicet cum epigraphe: Τ Ε . . . ΠΡΟΚΛΟΥ ΣΤΡ ΑΝΑΚΙΩΝ, *Terentio Proclo Praetore Anacenſium*. Mulier virum nudum adſiſtentem coronat.)(ΑΥ. ΚΑΙ. Θ Ε Ο Υ ΥΙΩ (*ſic*) ΝΕΡΒΑ ΤΡΑΙΑΝΩ Κ. Γ Ε Ρ Μ Α. *Imp. Caeſ. Diui Filio Neruae Traiano Aug. Germ.* Traiani caput laur. Qua vero in vrbe cuſus ſit, arbitrio eruditis

ditis reliquit *Haymius.* conf. *Stephan.* vocabulo ΑΝΑΚΗ.

ΑΝΑΚΡΕΩΝ. vid. *Anacreon* poeta Teius.

ΑΝΑΚΤΟΡΙΩΝ, *Anactorium* Acarnaniae. vid. *Anactorium.*

ΑΝΑΝϾΟϹΙϹ, Ἀνανέωσις, *Renouatio*, epigr. numi Æ. Manuelis Comneni apud *Ducangium* p. 152. n. 11. 12. — De inſcriptione numi Æ. Ioannis Zimiſcae v. ΑΝΑ ϹϾΟ ϾΙϹ.

Anaphlyſtus, Gr. Ἀνάφλυστος, vrbs Atticae exigua maritima, Athenis vicina, ſic dicta iuxta *Sponium* ab Anaphlyſtio Troezenis filio; de qua Attica ciuitate ignobili, vel pago *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 938. et Lud. *Nonnius* ad *Golzii* numos Graeciae p. 87. ſq. vbi Tb. 15. ſub titulo ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΩΝ duo exhibentur Æ. numi cum Apollinis laureato, vel Mineruae galeato capite et)(pegaſo alato, quorum ſecundum cum Palladis effigie et litteris ΑΝΑ ſub tripode laurea corona cincto notatum ad Syracuſas referendum non dubitat *Burmann.* ad *Doruillii* Sicul. p. 336. Primi vero numi epigraphe ΑΝΑΦΛΥΣ. pone Apollinis caput hactenus a nemine viſa, ideo valde ſuſpecta videtur. — Inter Athenienſes retulit *Haym.* Th. Br. I. Tb. 20. n. 4. p. 218. numum ex *Golzio* ſecundum itidem cum capite Palladis galeato, poſt quod vero litterae A. et N. coniunctae cernuntur, addita in area corona eadem laurea, aut oleagina tripodem circumdante.)(Pegaſus volans, intra cuius pedes litterae AN nexu iunctae, vt antea, quod AN monogramma ex *Haymii* coniectura *Anaphlyſtum* deſignat, ſed minus recte, vt docet *Neumann.* Pop. et Reg. Num. Vet. p. 198.

ΑΝΑΠΙΑΣ, *Anapias*, ſiue ΟΝΑΠΙΑΣ, ex monetarii errore litteris perſpicuis ſcribitur in numo, quem *Raſche Lex. Num.* *Carrera* profert; *Hauercampius* vero, quod ipſe numus ſe ſpurium prodat, ideo eum iure omiſit. *Anapis* enim et *Amphinomi* erant nomina Catanenſium piorum fratrum, quorum habitus in numis varie exprimitur. *Doruillii* Sicul. I. p. 218. 219. Idem de fluuio *Anapo*. ibid. p. 182.

Anapis, vel *Anapius* iuxta *Selinum*, vel *Anapus* apud *Valer. Maximum* et *Amphinomus* pii Siculorum fratres, monitu Neptuni, ex *Appiano* L. V. et *Dione* L. XLVIII. parentes humeris ſublatos ex Aetnae incendio, catanam vaſtante deportarunt, et periculo exemerunt, de quibus *Strabo* L. VI. agit, et *Cornel. Seuerus* in Aetna ita cecinit:

> Amphinomus fraterque pares ſub munere fortes
> Cum iam vicinis ſtreperent incendia tectis,
> Accipiunt pigrumque patrem, matremque ſenilem.

Inuenies hosce fratres, pietatis typos, in n. Catanenſium, et in denariis Pompeiae gentis, in quibus vir radiatus d. acroſtolium, dextro pede prorae inſiſtit, hinc et inde figura nuda alteram veſte amictam ferens, cum epigr. PRÆF. CLAS. ET OR. MARIT. EX S. C. *Morell.* Fam. p. 337. *Pembrok.* III. Tb. 8. n. 2. — Amphinomus vero ſolus cum patre. n. Herenniae g.

ANASTASIS dicta Seruatoris noſtri aedicula ſepulcro ſuperimpoſita, quam exhibet ſingularis numus, de quo poſt *Triſtanum* ac *Sirmondum* diſſeruit ad *Euſebium Valeſius*, et *Spanhem.* II. p. 654.

Anaſtaſia, Conſtantii Chlori et Theodorae filia, Conſtantini M. ſoror, vxor Baſſiani, ſe quoque inter Caeſares inſerentis, quamuis a pleriſque vix nominetur. — *Anaſtaſia* Tiberii Conſtantini coniux, genuit Chari-

Charitiam, ſeu Charitonem, et Auguſtam, quae poſtea dicta eſt Conſtantina. — *Anaſtaſia*, vulgo *Gregoria* dicta, Nicetae patricii filia Tiberii Conſtantini vel III. vxor, peperit Conſtantem et Theodoſium, qui vero ab eodem Conſtante interfectus eſt. — *Anaſtaſia* Conſtantini IV. coniux, genuit Iuſtinianum Iuniorem et Heraclium, cuius numi RRRR.

ΑΝΑϚΤΑϚΙΟVϚ loco ANASTASIVS ſcribitur apud *Bandur*. II. p. 614. et *Guſſeme* I. p. 134. ad caput Anaſtaſii Imp. corona ex margaritis et gemmis cinctum.)(CONCORDIA. Columna crucigera, vel I magnam in medio numo. Æ. *al.* cum AN. XI. in ima parte, eodem typo hinc inde. Æ. *Band.* l. c.

ANASTASIVS Imp. A. V. C. 1244. poſt Chr. 491. ad 518 *Flauius* ille *Valerius Anaſtaſius*, cognomento *Dicorus* a diuerſitate coloris in pupillis, Dyrrhachii natus, matre Manichaea, ope Ariadnae Zenonis viduae e ſilentiario ſeu ſcriba factus eſt Imperator Ao. Chr. 491. ipſamque ſibi mox iunxit in vxorem. Longinum, Zenonis fratrem, adfectantem regnum proelio vicit et perimit; Vitalianum quoque praefectum prouinciarum ſeptemtrionalium noua excitantem repreſſit. A Bulgaris autem in Thracia, et Getis in Macedonia damnis adfectus, ipſos, cum ferro nequiret, donis auroque repulit. Initio bonus princeps, mox in malum conuerſus eſt, impius praeſertim factus, cum Eutychiana haereſi eſſet infectus. Sollicitus de ſucceſſore dicitur tres iuſſiſſe lectos ſterni, vocatisque tribus nepotibus Pompeio, Probo et Hypatio ad ſecum prandendum, in vno lecto ſub culcitra occultaſſe coronam, quae imperium ab ipſo ei tradendum indicaret, qui in illo cubaſſet; verum duobus ſimul in vno lecto conſidentibus, vacuum remanſiſſe, cui impoſita corona, et ſpe fruſtratum. — Inuentus eſt mortuus in coenaculo Anaſtaſius, crediturque ictu fulminis interemtus anno aetatis 88 vel 90. A. V. C. 1271. Chr. 518. poſt regnum 27. annorum, menſium 3, et dierum 3. — Conſulendi ſunt *Iornandes* de regnorum ac temporum ſucceſſione.) *Paul. Diaconus* de geſtis Romanor. L. VII.) *Caſſiodori* Chronicon.) *Euagrius* Hiſt Eccleſ. L. III. c. 50.) *Zonar.* Annal.) *Pomp. Laetus* in Anaſtaſ.) Io. Ge. *Eccard* de numis quibusdam ſub regimine Theodorici, Oſtrogothorum regis, in honorem Zenonis et *Anaſtaſii* Impp. cuſis. Hannov. 1720. 4.) *Ducangii* Hiſtoria Byzantina.) *Mediobarb.* p. 554. ſqq.) *Bandur*. II. p. 608. ſqq.) *Eckhel.* Cat. Vind. II. p. 531. 532.) *Guſſeme* Diccion. I. p. 133. ſq. — Huius numi AR. ſunt R. frequentiores autem AV et Æ. *Bimard.* ad *Iobert.* II. 412.) *Vaill.* Praeſt. III. 294.) *Patarol.* Oper. I. 144.) Rariſſ. Numiſm. p. 68.) Kenntniſs antik Münzen II. 128. — Ad caput eius diadematum, vel margaritis ornatum legitur: D. N. ANASTASIVS, ſaepius additis litteris AVG. — P. — P. A. — P. R. *Band.* II. 612. — PR. F. AV. *Eckhel.* Cat. II. 531. — P. AVG. — P. F. AV. vel AVG. vel AVG. et AG. — P. P. AV. vel AVG. — PERP. AVG. — PERP. P. F. AVG. — P. A. ꓶAV. *Band.* II. 612. — Pariter... NAↃTASIVS AVG. *Eckhel.* l. c. — Θ ΑΝΑϚΤΑϚΙΟVϚ *Band.* II. 614.) *Guſſeme* I. 134.

a) *Aurei*

in poſtica parte ſiſtunt: 1. Monogramma Chriſti cum duabus ſtellis in corona laurea. Num. *Arſchot.* Tb. 68. n. 20.) *Mdb.*) *Band.* II. 610.) *Eckhel.* II. 532. — 2. Coronam lauream, in cuius medio ſtella. *Ibid.* *Hulſius* p. 175. *Ducang.* Tb. 25. — 3. VICTORIA. Victoria d. crucem geſtans, in ima parte CONOB. *ib.* 4. VICTORIA AVGG. duos quidem

dem illa aetate Auguſtos agnoſcimus, Anaſtaſium ipſum, et Ariadnem eius coniugem; trium vero in ſequentibus AVGGG. inſcriptis fit mentio; vnde id fieri potuerit, alii viderint; cum Theodoricus Italiae rex numquam dicitur Auguſtus. Victoria gradiens, d. fertum, ſ. palmam, infra CONOB. *Band.* II. 611. — 5. VICTORIA AVGG. ⊖. R. A. COMOS. *Band.*) *Mdb.*) — 6. VICTORIA AVGGG. Figura ſt. d. crucem, a tergo ſtella, infra CONOB. *ibid.* — 7. *Ead. epigr.* Victoria ſt. d. tenet crucem longiorem, a ſ. in area ſtella, in imo COMOB. *Band.*) *Theup.* p. 368. — 8. *Ead. epigr.* Victoria eadem ſt. ſed ſ. ſtolam colligit, a d. in area R. I. a ſ. ſtella, infra COMOB. *ib.* — 9. VICTORIA AVGGG. A. Victoria ſt. cum cruce longiore et ſpiſſiore, a ſ. in area ſtella, in ima parte COHOB. *Band.* II. 610. n. 1. — 10. *Alius* cum CONOB. eodem typo. *Beger.* Th. Br. II. 849.) *Biaeus* Tb. 63.) *Ducang.* Tb. 25.) *Mdb.*) *Band.* ib.) *Muſell.* Imp. Tb. 257. n. 3. ſed AVGGGH. vt et *Eckbel.* II. p. 532. qui in *al.* AVGGGZ. — 11. VICTORIA AVGGG. Γ. Idem typus absque ſtella, infra CONOB. *ibid.* — 12. VICTORIA AVGGG. Δ. Victoria ſt. d. crucem oblongam. ſ. ſtolam colligit, a ſ. ſtella, infra CONOB. *Band.*) *Eckbel.* — 13. *Alius*, ſed loco Δ eſt ⊖. et a d. Victoriae ſtella eſt poſita, in imo COMOB. *ib.* — 14. *Alius*, ſed I, et ſtella a ſ. ac infra CONOB. *Mdb.*) *Band.*) *Eckbel.* qui alium vulgauit *N* in quo AVGGGER. in area RI. — 15. VICTORIA AVGVST. RA (*ſic*) Victoria gradiens, coronam gerit, in imo CONOB. *Band.* — 16. VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſt. d. coronam geſtat, ſ. orbem crucigerum. Numi huiusmodi inter rariores recenſendi ſunt ob typum. *Band.* II. 610. n. 2. — 17. *Similis*, ſed a ſ. in area ſtella, in ima parte COMOB. *ib.* n. 4.) *Beger.* Th. Br. II. 849.) *Ducang.*) *Mdb.*) *Muſell.* Tb. 257. n. 5.) *Pembrok.* I. Tb. 32. n. 1.) *Eckbel.* 532. — 18. *Alius*, ſed absque ſtella, infra CONOB. *Ducang.*) *Band.* p. 611. — 19. *Similis*, ſed a ſ. ſtella. *Band.* — 20. *Ead. epigr.* Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmae ramum, inferne COMOB. *ibid.* — 21. *Similis* cum ſtella a d. in area, et CONOB. *ib.* — 22. VICTORIA AVGVTORVM (*Sic.*) Victoria gradiens d. lauream coronam, ſ. palmam, a ſ. in area ☧B. in imo COHOB. *ib.* Nummus minutiſſimus. — 22. VICTORIA AGVSTORVM (*ſic*). *Eckb.* legit ſic, et AGVSTORN. in *alio* p. 532. Idem typus absque monogrammate, infra CONOB.)(D. N. ANASTASIVS P. A. ΓAV. (*ſic*) vel vt apud *Eckbelium*; D. N. ANASTASIVS PR. F. AV.)(VICTORIA AGVSTORVN. (*ſic*) Victoria gradiens. p. 532. Caput Anaſtaſii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento *Band.* II. p. 612. — 24. VICTORIA AVGVSTORVM. Idem typus, ſed in)(D. N. ANASTASIVS P F. AVG. legitur. *ibid.* Numus minutiſſimus. — 25. *Alius* cum Y. a ſ. in area eodem typo vtraque ex parte. *ib.* — 26. VICTORIA AVSTORVM. (*ſic*) Victoria, ſed absque palmae ramo, a ſ. J 1Φ 5. *ib* — 27. VICTORIA AVGVSTORVM. idem Victoriae typus, ſed a ſ. in area *N* cum *S* ſupra et infra C vetuſto flexu, in imo exergo CONOB. *Band.* II. 610. n. 5.) *Ducang.*) *Mdb.* — 28. *Ead. ep.* Stella et CONOB. *Band.* II. 612.) *Mdb.* — 29. *Ead. ep.* Victoria d. lauream, ſ. crucem, infra CONOB. *ibid.* — 30. *Similis*, ſed a ſ. in area ſtella, in imo COMOB. *Band.* *ib.* — 31. VICTORIA AVOGTORVM. (*ſic*) Victoria gradiens, in area RB. in monogr. infra CONOB. *Eckbel.* p. 532.

b) *Argentei.*

1. D. N. BADVELA REX. in corona *Beger.* Th. Br.) *Band.* II. 612.

612. — 2. 3. 4. D. N. BADVILA REX. in corona.)(D. N. ANASTASIVS P. F. AV. *al.* D. N. ANASTASIVS AVG. *al.* D. N. ANASTASIVS P. F. AG. (*ſic*) In omnibus caput Anaſtaſii corona ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento. *Band.* ib. *Eckhel.* Cat. II. 531.) *Theup.* p. 368. legit D. N. BADVILLA REX. — 5. DOMNVS THEIA P. REX. in corona. *Harduin.*) *Band.* ib. De *Theia* rege res eſt incerta. Numus eſt RRR. — 6 INVICTA ROMA. Victoria gradiens d. coronam, ſ. palmae ramum, a. d. in area S. a ſ. C. *Quin.* forma numus. *Band.* ib.) *Eckhel.* l. c. — *Ead. ep.* Monogramma conſtans e litteris R. D. S. O. in media numi area, in imo ſtella. *Quin. ibid.* — 8. *Similis*, ſed ſuper monogr. crux. *Quin. ib.*) *Mdb.* — 9. MINVITA ROMA AG. (*ſic*) epigraphe noua, ſed corrupta; ſcribendum enim erat: INVICTA ROMA AVG. numus RRR. *Band.* ib.) *Beger.* Th. Br.) *Eckhel.* Cat. II. 531. ſed INVITA ROMA. — 10. Monogramma, in quo R. D. S. D in laurea. *Mdb.*) *Band.* — 11. Monogr. conſtans e litteris R--D. S. O. cum cruce ſupra in corona. *Quin.* Recte *Begerus* monuit, ex iis litteris conici nomen *Theodorici*, qui Anaſtaſii aetate Italiam regis nomine tenebat. *Band.*) *Eckhel.* II. 531.) *Iobert.* Tb. II. n. 13. — 12. Corona laurea, in cuius medio ſtella. *Band.* II. p. 610. n. 3. — 13. VICTORIA AVGGG. quamquam Anaſtaſii aeuo *Auguſti* tantum *duo* reperiuntur, ipſe et Ariadna eius coniux. Victoria ſt. d. tenet crucem longiorem, ſ. ſtolam colligit, in ima parte COMO. numus RRR. *Band.* p. 613. --- 14. VOT. VNIVITM. (*ſic*) in corona. *Band.* p. 610. --- 15. VOT. MVLTVM. in corona. Haec epigr. noua, et numus ipſe ſingularis ac RRR. Forte monetarius ſcribere voluit VOT. V. MVLT. X. vt in ſuperiori numo 14. in quo VOT. V. adhuc adparet; cetera perturbata et confuſa ſunt. *Band.* II. 613.

c) *Aerei, et quidem maximi moduli.*

1. M magnum cum crucicula ſupra, in ima parte COM. *Band.* ib. Ab Anaſtaſio ad eos, qui ſubſequuntur Imperatores, pauca, quae nobis ſuperſunt, numiſmata maximi moduli hoc charactere conſignantur M, quod ex ignorantia fabrorum monetariorum profectum cenſet *Vaill.* Praeſt. III. p. 267 Artibus enim prope iacentibus inepti in numis maximi moduli cum epigraphe MONETA AVG. tres monetas ſcalpere, vt moris erat ſub prioribus Imperatoribus, per compendium ſiglam M ſubrogauerint. Alii arbitrantur litteram M eſſe initialem nominis *Mariae.* — Numi huiusmodi, in quibus litterae etiam Є, I. K. maiori forma in media area ſculptae ſunt, cum cruciculis, ſtellis, aliisque litteris tum primum occurrunt. — 2. M magnum cum crucicula ſupra, et infra inter crura A, ad latera ſtella, inferne CON. *Strada* fol. 257.) *Ducang.*) *Band.* p. 610.) *Eckhel.* — 3. *Alius* cum B infra inter crura, eodem typo. *Band.* II. p. 610.) *Ducang.* p. 84 n. 11.) *Eckhel* 532. — 4. *Alius*, ſed inter crura Γ. ad latera ſtella, in imo CON. *Band.*) *Eckhel.* — 5. *Alius* cum Δ infra inter crura, eodem typo. *Ducang.*) *Band.* — 6. *Al.* cum Є infra inter crura, eodem quoque typo, ad latera nempe ſtella, inferne CON. *Band.* II. 610.) *Vaill.* Praeſt. III. p. 267.) *Eck.*) *Iobert.* II. 49. — 7. *Alius*, ſed F. inter crura. *Theup.* 368.

d) Ae-

d) *Aerei ſecundae magnitudinis.*

1. Θ. ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥΣ (*ſic*) Protome Anaſtaſii diademate ex margaritis et gemmis cincta.)(CONCORDIA. Columna crucigera, ſeu I magnum in medio numo. *Band.*) *Gueſſeme.* — 2.)(AN. XI. in imo, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* RRR. Annorum nota tum primum in numis conſignari coepta eſt. — 3. K magnum in medio numo cum cruce a dexteris. *Band.*) *Patin.* 4. Index p. 35. — 4. *Alius*, ſed praeterea Γ. a ſiniſtris. *Band.* — 5. *Similis*, ſed Є a ſiniſtris. *Band.* — 6. M magnum in medio numo cum crucicula ſupra. *Band.*) *Patin.* Imp. Ind. p. 35. — 7. *Alius*, ſed praeterea et infra inter crura A. ad latera ſtella, in ima parte CON. *Beger.*) *Band.* p. 610. — 8. *Similis*, ſed infra inter crura Є *Ducang.*) *Band.* — 9. *Similis*, ſed infra inter crura ſtella, ad latera ſtella, et in ima parte NIC. *Ducang.*) *Band.* — 10. M magnum in medio numo cum cruce ſupra, in imo CON. *Band.* — 11 *Similis*, ſed infra inter crura ſtella, hinc inde ſtella, et in ima parte NIK. *Band.* II 610.

e) *Aerei formae tertiae.*

1. CONCORDI. Columna, ſeu magnum I in medio numo. *Band.* R. — 2. Є magnum in medio numo cum A a ſiniſtris. *ibid.* R. — 3. I CONCORD. columna, ſeu I magnum in medio numo cum I a dextris et N a ſiniſtris. *Band* p. 610. R. Haec epigraphe cum hoc typo tum primum, deinde in Iuſtiniano occurrit. — 4. K magnum in medio numo, a dextris in area N I. cruce oblonga intermedia. *Band.* II. 610.) *Beger.* Th. Br.) *Ducang.*) *Iobert.* II. 49. ſed diuerſa capitis perigraphe. — 5. K magnum in medio numo cum cruce oblonga a dextris, et Γ a ſiniſtris. *Band.*

ANASTASIVS, vel ANASTASIUS, *Anaſtaſius* II. vid. ARTEMIVS.

ΑΝΑΞΑΓΟΡΑΣ, *Anaxagoras* ſcriba Magnetum ad Maeandrum. ΕΠΙ ΓΡ. ΑΝΑΞΑΓΟΡΑ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. n. Mamaeae.

ΑΝΑΞΑΓΟΡΟΥ in exergo AR. in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 1. n. 3. Aquila ſt. alis expanſis in corona laurea, iuxta baculus, cui ſerpens inuolutus, c. inſcr. ΔΗ ΑΒΥΝΩΝ.)(Dianae protome, retro pendentibus arcu et pharetra.

Anaxilaus, Rheginorum Siciliae primum, dein Meſſeniorum quoque in Sicilia tyrannus, de cuius aetate inter veteres auctores diſſenſus. Idem *Diodoro* crudelis, *Iuſtino* autem a iuſtitia et moderatione laudatus. — Signatur ille regulus, vt *Spanhem.* I. 553. coniicit, in Meſſeniorum numo, in quo hinc lepus, ſub quo caput huius Anaxilai; illinc figura inſiſtens mularum bigis, quas Victoria coronat, in memoriam reportatae mulabus in olympiis ab hoc Anaxilao victoriae. Exſtat apud *Parutam* Tb. 20. n. 16. ſimilis Meſſeniorum numus cum mularum bigis, ſed quae a Victoria non coronantur; in alterius vero numi area non Anaxilai aut alterius cuiusquam caput, ſed Apis comparet. Alter eorumdem Meſſeniorum numus, in quo infra leporem tale vtique caput cernitur, in anerſa

 parte

parte non mularum, ſed equorum currum exhibet, et quidem ab vno equo tractum, ſuperuolante Victoria, quae coronam protendit aurigae. *Golz.* Tb. 7. n. 2.) *Bellorius* Numiſm. apibus inſign. Tb. 5. n. 2.) *Beger.* Theſ. Palat. p. 225. *Eiusd.* Theſ. Brand. I. p. 393) *Spanhem.* p. 554. *Hauercamp.* ad *Parutam* p. 150. 151.) *Burmann.* ad *Doruill.* Sicul. p. 294. 295.) Placid. *Reyna* Notit. Hiſt. Vrb. Meſſan. P. I. p. 148. Vol. IX. Theſ. Sicil. eiusdem Anaxilae caput eſſe volunt, quod ſub lepore cernitur in numo *Parutae* Tb. 20. n. 6.) in Muſeo *Pembrok.* II. Tb. 21. n. 6.) apud *Pellerin.* Tom. III. Tb. 111. n. 53.) *Golzium* Tb. 6. n. 10. — Iſte Anaxilaus, qui genus ad Herculem referebat, primus leporem in Siciliam intuliſſe fertur, vnde in Meſſanienſium numis toties lepus conſpicitur.

Anaxilaus cognomen gentis *Claudiae* ſuperbum, a Graecis ſumtum, *Rex Populi* aut potius *Saluator Populi*, latine reddi poteſt. Nam iuxta Scholiaſten Euripidis ἄναξ κυρίως Σωτὴρ, *Anax proprie Saluator* dicitur. — TI. CLA. ANAXILAO IIVIR. COR. *Tiberio Claudio Anaxilao Duumuiro Corinthi* Achaiae.

Anaxyris, plur. *Anaxyrides*, Gr. ἀναξυρίδες ab ἀνασύρειν, ſurſum trahere, vel retrahere veſtes pudenda tegentes; femoralia Medorum, Perſarum, Ponticorum, quae etiam in numis Abgari regis Edeſſae obſeruantur. Laxa eadem, non conſtricta, vt equitum Romanorum. Plenius de hoc veſtitu *Spanb.* I. 538.) *Diod. Sicul.* apud *Alex. ab Alex.* L. V. c 18. et ad hunc *Tiraquell.*

ANAZ. — ANAZA. — ANAZAP. Ἀναζάρβου, *Anazarbi* in Cilicia. vid. *Anazarbus.* — KAICAP. TΠ. ANAZAP. vid. *Caeſarea Sub Anazarbo* in Cilicia.

ANAZAPB. — ANAZAPBEΩN. — ANAZAPBΩ. — ANAZAPBOC. — ANAZAPBOY. vid. *Anazarbus.*

Anazarbus, Gr. Ἀνάζαρβος, vel vt a *Stephano* dicitur Ἀνάζαρβα, qua autem terminatione in aere veteri non reperitur, ſed Ἀνάζαρβος. Haec Ciliciae vrbs ad Pyramum ſita, cuius fluuii ſimulacrum cum cornucopiae exhibet ad denotandam quam inueheret vrbi, abundantiam. vid. *Pyramus.* — Olim dicta eſt Κύϊνδα, *Quinda*, vbi adſeruabatur Alexandri M. pecunia, quam abſtulit Antigonus. Poſt vocata, teſte *Plinio* L. V. c. 22. *Diocaeſarea* ab Auguſto, qui huic plura contulit beneficia, cum in Ciliciam venit Ao. V. C. 734. vnde epocham Auguſtanam, quam in numis, vt plurimum adponebat, numerauit, vt iuſte auguratur *Norisius* Epoch. Syr. Maced. diſſ. IV. c. 1. et *Vaillant.* Num. Graec. p. 250.) *Froelich.* 4. Tentam. p. 34. 327 et 344. ſed in *Eiusd.* Elem. Num. Ant. p. 43. ſiſtit Annum V. C. 735. vel 19. ante Chr. veniente Octauiano Auguſto in Ciliciam, conſentientibus *Mazzoleno* et *Belleyo.* *Harduinus* vero huius oppidi aeram coepiſſe putat circiter Annum V. C. 741 Auguſti principatus 31. poſt Actiacam victoriam 19. — Vrbs ea tandem terrae motu collapſa eſt, ad quam reſtaurandam ſenatorem adpellatum *Anazarbum* Nerua miſit, qui eamdem de ſuo nomine adpellauit, vt teſtatur *Suidas.* *Plinius* vero, longe ante Neruae imperium exſtinctus, iam ſua aetate *Anazarbenos* ciues vocauit, qui nomen ſuum non ab inſtauratore, ſed ab adiacente monte habent, vt *Stephani* verba probant. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 217. ſq. — Auguſti beneficiorum memor *Auguſtalia* inſtituit certamina. vid. CEBACMIA. — Cum *Tarſo* Ciliciae metropoli aliquando de primatu contendebat, cum illam dignitatem adſequi non poſſet illius aemula; videtur tamen a Commodo Imperatore *Antoninianam* emiſſe, vt nos

nos docent eius numi, in quibus illi primum hanc praerogatiuam notarunt, nulla eius in anteceſſorum numis mentione facta. Poſtea *Tarſes* ſub Caracalla *Eleutheriam* conſecuta eſt, vt *Anazarbus metropoleos* dignitatem, et quidem ex *Vaillantii* Num. Gr. p. 308. et *Bandurii* I. p. 41. coniectura ſub Elagabalo altera prouinciae metropolis facta eſt, cum Tarſus contra Elagabalum Macrini partes eſſet ſecuta, in Tarſi odium, debellato et occiſo Macrino. Sed iam ante dicta eſt Anazarbus Ciliciae metropolis in eius numis, neque ſub Elagabalo primum, verum iam paullo ante, vt euincitur ex Caracallae numo: ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΕΤ. ΒΑϹ. *Anazarbi Metropoleos. Anno* 232. inſcripto. Eadem metropoleos dignitas huic Anazarbo in ſequentibus dein eius ſub Cornelia Paula, Elagabali coniuge, Alexandro Seuero, Maximiano, aliisque Imperatorum numis, eſt confirmata. — Sequente tempore ex teſtimonio *Guſſemii* I. p. 135. nuncupata eſt *Iuſtinianopolis*. — Vulgati ſunt huius vrbis numi.

a) *Autonomus:*

ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ. *Anazarbenſium.* Victoria ſt. d. ſertum, ſ. cornucopiae, ante mon. [66] omnia in corona laurea.)(Caput barbatum et laureatum. Æ 1. *Muſ. Hunter.* Tb. 5. fg. 1.

b) *M. Aurelii et L. Veri.*

ϹΕΒΑϹ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΚΑΙ ΟΥΗΡ. ΟΜΟΝΟ. Vterque Imperator togatus ſtans iungit dextras.)(ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΤΩ ΑΝΑΖΑ. ΕΤ. ΒΠΡ. (182) Templum decem columnarum. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Vind. I. p. 185.) *Similis* in *Mem.* des bell. Lettr. Tom. XXXII. p. 707.

c) *L. Veri.*

ΠΥΡΑΜΟϹ ΤΩ ΑΝΑΖΑΡΒΩ. ΕΤ. ΒΠΡ. *Pyramus Anazarbo. Anno* 182. Fluuius Pyramus decumbens, d. arundinem, ſ. cubito vrnae aquas vomenti innixo cornucopiae tenet. Æ 3. *Vaill.* Gr.) *Patin.* Imp. p. 256.) *Guſſeme* I. 135.

d) *Commodi.*

1. ΑΝΑΖΑΡΒΩ ΑΥΤΟΝΟΜΟϹ ΕΤΟΥϹ ΒϹ. *Anazarbo ſui Iuris vtente. Anno* 202. Quae Autonomia a Commodo conceſſa videtur. Caput Iouis barbati. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* ib. — 2. ΑΝΑΖΑΡΒΩ ΑΥΤΟΝ. ΕΤ. ΒϹ, circa numi ambitum; In laurea vero ΙΕΡΟϹ, *Sacrum,* ſcilicet certamen, quia in honorem alicuius dei celebrabatur. Æ 3. *Vaill.*) *Guſſeme.*

e) *Caracallae.*

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΕΤ. ΒΑϹ. infra ΑΜΚ. ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ, in medio Γ. Β. *Anazarbi Metropoleos. Anno* 232. *Commune Concilium. Decreto Curiae. Spanh.* I. p. 596. Explicationem litterarum ΑΜΚ. vid. ſupra.

f) *Iuliae Paulae.*

1. ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. . . Α. Μ. Κ. Γ. Β. Capricornus cum globo.)(Ι. ΚΟΡΝΗ. ΠΑΥΛΑ ϹΕΒ. Caput eius velatum. Æ. RRR. *Triſtan.*) *Patin.* Imp. 337.) *Hardual.* II. Dial. 2. p. 15. ex cuius ſententia benefactoris ſui Auguſti memoriam conſeruauit per typum capricorni ſideris Auguſti. — 2. ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡΟ. Α. Μ. Κ. Γ. Β. Capricorni cum globo in ima parte typus ſimilis. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 135.

g) *Alexandri Seueri.*

1. ΑΝΑΖΑΡΒΟC ΜΗΤΡΟ. ΕΤ. ΗΜϚ. *Anazarbus Metropolis. Anno* 248. Duo templa.)(ΑΥΤ. Κ. Μ. Α. C. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟ. . . Caput Alex. Seu. laur. Æ max. *Theupol.* p. 1021. — 2. ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡ. ΑΜΚ. ΓΜΘ. *Anno* 249. Victoria in bigis Æ 2. *Vaill.*) *Guſſeme.* — 3. ΑΝΑΖ. ΕΝΔΟΞ. ΜΗΤΡ. Γ. Β. Ἀναζάρβου ἐνδόξου Μητροπόλεως. *Anazarbi Inclytae Metropoleos. Decreto Senatus.* Vas vtrimque anſatum. Æ 2. *ibid.* — 4. *Alius*, ſed Hygia tunicata ſtans, d. pateram, in qua ſerpentem paſcit. Æ 2. *ibid.*

h) *Maximini.*

1. ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΔΟΞ. ΜΗΤΡΟΠ. ЄΤ. ЄΝϚ. *Anno* 255. in area ΒΓ. Imperator in equo, d. ſpiculum in barbarum iacentem vibraturus; Victoria per aera volitans coronam ei profert.)(ΑΥ. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜЄΙΝΟC CЄΒ. Caput Maximini laur. *Schlaeger* de Nummo Alexandri M. Tb. 2. fg. 6.) *Noriſ.* Epoch. SyroMaced. p. 361. --- 2. Idem Imp. in quo typus, ſed ΑΝΑΖΑΡΒΟC ΜΗΤΡΟΠ. ΒΓ. ΕΤ. ΔΝϚ. *Anno* 254. Æ 1. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 136.

i) *Maximi.*

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤ. ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ. *Anazarbi Metropoleos Et Inclytae,* circa ambitum; in corona vero quercea: CEBACMIA, *Auguſtaea* certamina. Æ 2. *Vaill.*) *Guſſeme.*

k) *Gordiani Pii.*

1. ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ЄΤ. ΞϚ. *Anno* 260. Mercurius ſtans, d. crumenam, ſ. caduceum, ex humeris pendet ſtrophium.)(ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤωΝΙΟC ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Huius caput corona radiata cinctum. Æ 1. *Froel.* 4. Tentam. p. 326. --- 2. *Similis* in vtraque parte, ſed ΕΤ. ΒΞϚ. *Anno* 262.

l) *Traiani Decii.*

ΑΝΔΡ. Ἀνδρόνικος, *Andronicus*. ΑΛΕΞΙΥΣ ΑΝΔΡ. Alexius II et Andronicus ſtantes, vtrique eorum manum imponit adſtans Chriſtus, pone caput IC. XC.)(Protome deipare in mediis muris Conſtantinopolis. AV. *Kbell*. Suppl. p. 813.

ANDREA verbum Cantabricum, Aremoricumque eſt, noſtro etiam tempore, *Dominamque* exprimit. Legitur in imo numi Æ max. Anthemii, quem vulgarunt Muſ. *Alban*. II Tb. 118 p. 117. et *Vaillant*. Praeſt. III. p. 266 quod bene conuenit ad Heracleam Gothorum regum ſedem.

ΑΝΔΡΙ. vid. *Andros* inſula maris Aegaei, Cycladum vna.

ΑΝΔΡΙΝΟΠ. ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. Mulier turrita ſedens, pone Fortuna ſtans cum temone et cornucopiae.)(ΑΥΤ. Κ. ΠΕϹΚ. ΝΙΓΡΟϹ ΙΟΥϹΤΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Caeſar Peſcennius Niger Iuſtus Auguſtus*. Peſcennii caput laureatum Æ 2. Muſeum *Pembrok*. III. Tb. 54. n. 1. huncce profert numum, et *Guſſeme* I. p. 144. explicationem addit: *Andrinopolitarum Caeſarienſium Metropolitarum*, ſed dubius eſt, an genuinus ſit numus, cum *Andrianopolis* ciuitas alia ac Adrianopolis, quae geographis, hiſtoricis et lexicographis incognita.

ΑΝΔΡΙΩΝ, *Andriorum* vid. *Andros*. Numus apud *Goltzium* in Graecia)

cia) *Spanhemium* T. I. p. 209.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 16.) *Gusseme* I. 146. illinc cum Pallade et noctua, hiuc cum tauro ordinario ante aram accenſam et ad victimam parato, adiecto praetoris nomine ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ, *Polycrates.* Iuxta *Chifletium* L. 76. p. 860. *biſon* ſeu bos ferus in duobus Andriorum numis expreſſus; ſed *Spanhem.* l. c. non taurum indomitum, vt *Chifletius* cenſuit, ſed vaccam cum lactante vitulo obſeruat, numumque ad Apolloniam Illyrici vrbem refert. Dyrrachii enim et Apolloniae ſolita illa ſymbola, vtraque numi parte ſignata; ΑΝΔΡΙΩΝ autem *non loci*, ſed *praetoris* aut *magiſtratus ibi nomen*, ſicut alterum ΘΕΟΦΙΛΟΥ, ſub quibus numus eſt percuſſus et cui genuinus plane cum iisdem ſymbolis ac nominibus inter Apolloniae numos apud *Golzium* Graec. Tb. 2. n. 8. nempe in cuius priori parte legituritidem ΑΝΔΡΙΩΝ, in altera ΘΕΟΦΙΛΟΥ et loci nomen ΑΠΩΛ. ſeu *Apolloniae.* Omiſſae autem nonnunquam in vtriusque, cum Dyrrachii, tum Apolloniae numis ſolitae illae loci ΔΥΡ. aut ΑΠΩΛ. initiales litterae, adſcriptis ſolum, praeter conſueta inſignia, praetorum nominibus ΑΝΔΡΙΩΝ, ΑΡΙΣΤΩΝ, ΑΙΑΣ, ΦΙΛΩΝ, ΘΕΟΦΙΛΟΥ et aliis id genus. Vtrumque ſymbolum, tum vaccae cum lactante vitulo, tum quadratae areolae cum fructibus, ab antiqua patria ſeu Corcyraeis, quorum erant coloniae Dyrrachium et Apollonia, iuxta notum coloniarum morem eſt deſumtum; ſicuti eadem in numis Corcyraeorum apud *Golzium* ſymbola. Plura in addendis *Spanb.* I. p. 721.

ΑΝΔΡΙΣΚΟΥ *Andriſci* magiſtratus nomen Apolloniae Illyricae. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 4 n. 12.

ANDROCLUS, Codri filius, antiquiſſimus Epheſinorum heros, vrbisque Epheſi conditor, quem *Bonarrot.* Num. Carp. p. 124. in RRR. Commodi numo Æ max. ſtabilire nititur, a cuius tamen ſententia diffidet editor Muſei *Albani* ad Tb. 44. n. 2. p. 89. ſq.

ANDROMACHUS Naxiorum princeps, et Tauromenii conditor, exprimitur a Taurometanis in Æ. numo, quem ediderunt *Golz.* Sicilia Tb. 6.) *Dorvill.* Num. Sicul. Tb. 10. n. 7. *Torremuzza* Sicil. Num. Vet. Tb. 89. Caput in eo ſenile barbatum et diademate cinctum. Andromachi enim prudentia occuparunt montem Taurum; inde Tauromenium vel nuncupauit, vel oppidum incolis magis frequentatum et illuſtrius reddidit. — De Andromacho hoc plura dabit *Carrera* Diſq. de Num. Meſſan. et Catan. p. 20. ſq.) *Nonn.* ad *Golz.* Tom. IV. p. 70. 72.) *Bentlei* Diſſ. de Epiſt. Phalar. §. 6. vbi Tauromenium, Naxon dictam, ab illo Andromacho nomen hoc accepiſſe oſtendit, licet alii ſcriptores ante illa tempora per prolepſin ſic vocent.

Andromeda, Gr. Ἀνδρομέδη, Cephei Aethiopum regis et Caſſiopeiae filia, ob matris ſuperbiam, quae ſe Nereidas forma ſuperare gloriabatur, a nymphis ſaxo adligata fuit, et ceto marino monſtro expoſita, poſtea tamen a Perſeo in patriam reuertente, occiſo prius ceto, liberata eidem nupſit. cf. Les plus beaux Monumens de Rome anc. Num. 63.) *Hygin.* Fab. 64.) *Propert.* L. II.) *Plin.* L. V. c. 13. — Poſtremo Mineruae beneficio inter aſtra collocata dicitur. De hac tragoedias ſcripſerunt *Sophocles*, *Euripides*, *Liuius Andronicus*, *Ennius* et *Accius*, quae vero nondum exſtant. *Fabric.* Biblioth. Graec. L. II. c. 17. §. 3. et c. 18. §. 3. *Eiusd.* Bibl. Lat. L. IV. c. 1. §. 4. — Conſpicitur Andromeda manibus ſcopulo adligatis in n. Pruſae ad Olympum Bithyniae. *Guſſeme* I. p. 144.

ΑΝΔΡΩΝ. vid. ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.

ΑΝΔΡΩΝ ΑΤ. . . . vid. *Patrae* Achaiae.

ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟϹ, *Andronicus* nomen praetoris Cyzicenorum. n. Gallieni. —

lieni. — B. ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΥ, Βαλερίυ Ἀνδρονίκου, *Valerii Andronici*, magiſtratus nomen Hermocapelitarum in Lydia.

ΑΝΔΡΟΝΙ. ΛΑΚΙΟΥ. v. *Apamea* Phrygiae.

Andronicus ex ἀνήρ, *vir*, et νικάω, *vinco*, quaſi *victor*, *victorinus*, *victorioſus*. — *Andronicus Comnenus*, Iſaacii filius, Alexii Imperatoris nepos, ob ſaeuitiam omnibus inuiſus, imperio deiectus eſt ao. 985. et per vrbem camelo ſedens circumuectus, manu abſciſſa, oculoque effoſſo, laceratus a plebe periit. Cuius numi *AV*. RR. et Æ. R. nulli vero AR. inueniuntur. — 1. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ЄΝ Χω ΒΑCΙΛ. *Andronicus In Chriſto Imperator*. Deipara ſtans, ad cuius pedes procumbit Imperator.)(Sine epigraphe. Figura vrbis Conſtantinopolitanae cum quinque portis, ad latera eius, quae infra eſt porta, deſcribuntur characteres P. P. niſi prima littera fuerit C. vt per C. P. deſignetur *Conſtantinopolis*. In medio numo viſitur deiparae figura manibus expanſis. *AV*. edit. a *Ducang* Hiſt. Byzant. p. 168.) *Bandur*. II. p. 760.) *Guſſeme* I. 145. — 2. Duae figurae coronatae, inter quas Saluator ſtans manibus ambabus ſuper eorum capita expanſis, ad latus IC. XC. *Ieſus Chriſtus*, in area ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC, *Andronicus*.)(Praecedentis numi, ſed inferne ſunt C Π † N. characteres. *AV*. Muſ. *Pembrok*. I. Tb. 36. n. 9) Eundem fere *AV*. numum vulgauit *Kbell*. Supplem. p. 313. ſed in imo deſunt litterae, et in antica parte legit: ΑΛΕΞΙΥS ΑΝΔΡ. quia ex eius coniectura cum *Alexio Andronicus* repraeſentatur, qui armis ex Paphlagonia contractis, callidoque, quo vitia tegebat, ingenio rem eo perduxit, vt Alexius tutor vinctus ei traditus et excoecatus locum ſibi ad tutelam facere debuerit, ſequenti etiam anno cum Alexio a ſenatu ac populo Imperator acclamatus eſt. At non diu collegam tulit pupillum; nam octobri menſe quintum decimum annum necdum egreſſo, noctu fauces eliſae, abſciſſum caput, corpusque in mare prouolutum fuit. — 3. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟS IC. XC. *Andronicus*. *Ieſus Chriſtus*. Andronicus ſt. labarum d. tenet, aliud quiddam ſiniſtra demiſſa; Saluator adſtans d. benedictionem impertitur, laeua vero euangeliorum librum tenet.)(ΜΡ. ΘV. *Mater Dei*. Virginis Mariae ſtantis typus. Æ 2. *Bandur*. l. c) *Guſſeme* ib. — 4. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC. Imperator ſt. d. labarum vel narthecem, ſ. globum tenet; a ſiniſtris Chriſtus capiti Imperatoris coronam imponens, ad latus hinc inde IC. XC.)(ΜΡ. ΘY. Deiparae ſtantis effigies, vtraque manu Chriſti icunculam in corona ex margaritis tenentis. Æ. incerti moduli. *Band*. ib.) *Guſſeme* ib.

Andronicus II. *Palaeologus* poſt Chr. 1282. ad 1328. — 1. . . . ΑΝΔ. . . Protome d. haſtam cruci praefixam, ſ. globum crucigerum.)(ΚΥΡΙЄ ΒΟΗΘЄΙ, *Domine Adiuua*. Crux intra clipeum. Æ 3. edit. ab *Eckhel*. Catal. Vind. II. Tb. 2. fg. 10. p. 556. qui Andronico huic Palaeologo tribuit propterea, quod fabrica et typo ſimilis eſt ſequentibus, qui certo ad hunc Imperatorem pertinent. — 2. ΑΝΔΡΟΝΙΚ. retrograde ſcriptum, ΜΧΑΗΛ. *Andronicus* et *Michael* IX. filius, qui duo Impp. ſt. intermedium labarum tenent.)(ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΔЄCΠΟΤΗC, *Andronicus Deſpota*. Crux inter clipeum. AR 3. *Eckhel*. ibid. Tb. 2. fg. 11. — 3. 4. *Alii* duo ſimiles. *ibid*. — Ad hos etiam reuocandus videtur *Eckhelio* ſequens: Epigr. dubia. Duo Impp. ſt. crucem intermediam ſuſtinent.)(ΚΥΡΙЄ ΒΟΗΘЄΙ Τω CΒΑΛ. Protome Chriſti intra clipeum, iuxta IC. XC. AR. 3. *ib*. — De Andronico Palaeologo ſeniore nulla in cimeliis moneta.

ΑΝΔΡΩ-

ΑΝΔΡΩΝΙΔΑΣ magiſtratus nomen n. Maleae Laconiae.

ΑΝΔΡΟΝΙΚ. ΛΑΚΙΟΥ vid. *Apamea* Phrygiae.

ΑΝΔΡΟΝΙΚ. retrograde, v. *Andronicus* II.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC. vid. *Andronicus*. — ΙΟΥΛΙΟC ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΕΥΕΡΓΕΤΗC ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Iulius Andronicus Beneficus Laodicenſium* Phrygiae. Æ 3. Neronis. *Harduin.* Oper. Sel. p. 724.

ANDROS vel *Andrus* inſula cum oppido in Cycladibus, nunc etiam *Andro*. *Stephanus*: Ἄνδρος νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, τὸ ἐθνικὸν Ἄνδριος. Vnde in *Andri* numis hactenus notis littera I. ad inſulae vocabulum adiungitur. *Pellerinius* quidem Rec. T. III. p. 28. huic inſulae numum tribuit inſcriptum ΑΝΔΡΩΝ. Non modo haec a recepto gentili aberratio, ſed et numi typus, qui cum certis Andri numis nihil commune habet, perſuadent *Eckbelio*, alterius vrbis eſſe monetam, et τὸ ΑΝΔΡΩΝ magiſtratus certe vocabulum. — 1. ΑΝΔΡΙ. *Thyrſus*, in area botrus.)(Caput Bacchi hedera coronatum. Æ 3. editus in *Eckbel*. Num. Vet. Tb. 10. fg. 14. p. 158.) Muſ. *Hunter*. p. 26. — 2. *Alius* paullo diuerſus. Æ 2. *Hunter*. l. c. Hi numi Bacchi cultum eloquuntur. Secundum enim *Pauſaniam* L. VI. c. 26. et *Plinium* L. II. p. 121. per feſtos eius dies, ex templo huius dei, quod in hac inſula ſtetit, vinum liberaliter ſcaturiuit. — 3. ΑΝΔΡΙ. Diota.)(Caput muliebre. Æ 3. Muſ. *Hunter*. Tb. 5. fg. 4. — An huc referendi ſint numi ΑΝΔΡΙΩΝ inſcripti. vid. ΑΝΔΡΙΩΝ. Attribuit praeterea huic inſulae *Harduin*. Oper. Sel. p. 16. numum Æ 2. inſcriptum ΑΝΔΡΙΩΝ cum Antonini Pii effigie et epigr. ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ.

ΑΝΔΡΩΝ ad *Andrum* Cycladum inſulam retulit *Pellerin*. l. c. ſed τὸ ΑΝΔΡΩΝ magiſtratus nomen videtur. Quod ſi ex ſiglis coniecturam capere licet, *Pellerinianus* hic numus Smyrnam videretur reſcribendus, nam inſertum ei monogramma eius omnino eſt formae, qua expreſſa ſunt illa, quae in Smyrnae numis certis ac variis conſpiciuntur, et a *Pellerinio* ipſo Suppl. II. p. 158. tanquam propria huius vrbis proponuntur.

Anecdotus, Gr. Ἀνέκδοτος, ex α pr. ἐκ, δίδωμι, *do*; *ineditus*. *Anecdota numiſmata* adpellantur paullo liberius illa, quae in maioribus numorum collectionibus non inueniuntur, nempe quoad numos vrbium et regum in *Vaillantio*, *Harduino* et iconiſmis *Geſneri*; quoad numos Auguſtorum in *Mediobarbo*, *Vaillantio* et *Bandurio*. Attamen quae in recente *Vaillantii* de numis praeſtantioribus Romana editione e ſolo Vindobonenſi, olim Cartuſianorum Romae cimelio, ſine adiecta numiſmatis icone referuntur, aut quae Florentiae ac Vindobonae ex eodem cimelio pauca prodiere, ea quoque *anecdotis* accenſere, eorumque iconiſmos propemodum omnes exhibere libuit *Froelicb*. in Cimel. Vindob. adpoſita nota *Anecd*.

ΑΝΕΜΟΡΙΕΩΝ, loco ΑΝΕΜΟΥΡΙΩΝ, *Anemurienſium* in n. Valeriani. vid. *Anemurium* Ciliciae.

ΑΝΕΜΟΥΡ. Ἀνεμουρέων, *Anemurienſium*, legitur apud *Harduin*. Oper. Sel. p. 16. in n. Caracallae. — Integra vox ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ occurrit in numis Domitiae, Caracallae, Alexandri Seueri et Valeriani Senioris.

ANEMURIUM, *Ptolemaeo* et *Straboni* Ἀνεμούριον, ad Ciliciam aſperam refertur, de qua vrbe Scylax. Ἀνεμούριον ἄκρα καὶ πόλις, *Anemurium* promontorium et vrbs. Promontorii huius quoque meminit Pompon. *Mela* L. I. c. 13. „Duo deinde promontoria ſunt; . . . . . quod Ciliciam

Ciliciam a Pamphylia diſtinguit *Anemurium*. Etiam *Plinius* L. V. c. 22, et *Porphyrogenitus* de Them. L. I. Them. 14. meminerunt huius oppidi, quod hodie *Scalemura* dicitur. Vetus illius nomen obſeruatur in numis.

a) *Domitiani*.

ΑΝΟΜΟΤΡΕΩΝ, prout conſpicue ſcriptum eſt apud *Harduin*. Oper. Sel. p. 16. circum caput turritum.)(ΔΟΜΕΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Domitiani laureatum caput. Æ 3.

b) *Domitiae Longinae*.

ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ, *Anemuriensium*. Caput muliebre turritum. Æ 3. *Guſſeme* Dicc. I. p. 146.) *Vaill*. Num. Graec.

c) *Caracallae*.

Ead. *inſcriptio* intra lauream. Æ 2. *ibidem*.) *Harduin*. Oper. Sel. p. 16. ſed tantum ΑΝΕΜΟΥΡ.

d) *Alexandri Seueri*.

1. Μ. ΑΥΡ. Α. . . . . ΑΥΓ. *Marcus Aurelius Alexander Auguſtus*. Huius caput laureatum.)(ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ. Caput muliebre velatum et tutulatum. Æ 3. editus a *Froelich*. 4. Tent. p. 305.) *Eckbel*. Catal. p. 186. — 2.)(ϹΤ. ΑΝΤ. ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ, *Praetore Antonio Anemurienſium*. Diana Alphaea faſciis inuoluta, veloque circumdata cum tutulo, d. ſubmiſſa, ſ. ſecurim, pro pedibus ceruus. Æ 1. *Vaill*. Num. Gr.) *Guſſeme* l. c. — 3. Α. Κ. Μ. ΑΥ. ϹΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ, *Imperat*. *Caeſ*. *Aurel*. *Seuer*. *Alexander*. Caput laur.)(ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ ΕΤ. Δ. *Anno Quarto* imperii. Idem Dianae Alphaeae typus. Æ 1. *Theupol*. p. 1021. 4. —)(ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ ΕΤ. ΙΓ. *Anno Decimo Tertio*. Templum quatuor columnis ſuffultum, in quo Fortuna ſtans d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ 2. *Vaill*.) *Guſſeme*.) *Harduin*. Op. Sel. p. 16. et 823.

e) *Valeriani Senioris*.

1. ΑΥΤ. ΠΟ. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ, *Imperat*. *Publius Licinius Valerianus*. Caput eius laureatum.)(ΕΤ. Ϲ. ΑΝΕΜΟΡΙΕΩΝ, (*ſic*) *Anno Secundo* imperii huius Valeriani, *Anemurienſium*. Eadem Diana faſciis obuoluta et velo tecta, pro pedibus hinc et inde ceruus. Æ 2. *Froelich*. Adpendic. II. nouis p. 113. n. 102.) *Eckbel*. Cat. I. p. 186. ſed ΑΥ. Κ. ΠΟ. etc. — 2. . . . . . ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ. . . . . *Valerianum*. Caput laur.)(ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ ΕΤ. Β. *Anno Secundo*, intra coronam. Æ 2. *Theupol*. p. 1077. — 3. ΑΥ. Κ. Π. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ, *Imperatorem Caeſarem Publium Licinium Valerianum*. Caput eiusdem radiatum ad pectus cum paludamento.)(ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ. ΕΤ. Β. Fortuna ſtans cum temone et cornucopoiae in templo tetraſtylo. Æ 2. *Bandur*. I. p. 131.) *Vaill*. Gr. ſed eum refert inter numos primi moduli.) *Guſſeme*.) *Harduin*. Op. Sel. p. 853, ei tamen videtur Annona in templo. — 4. ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ ΕΤΟ. Γ. *Anno Tertio*. Bacchus cum ſtrophio, ſtans, d. poculum, ſ. thyrſum, ad pedes panthera. Æ 1. *Bandur*. I. 122.) *Vaill*. Gr.) *Guſſeme*. — 5. *Similis*, ſed templum 4. col. in quo Fortuna, vt ſupra. *Guſſeme* I. 146.

Anepigraphus, Gr. ἀνεπίγραφος, *carens inſcriptione*, ex α priuatiuo et ἐπιγραφή, *inſcriptio*. Superſunt numi veteres ſine omni inſcriptione, aut ſine vlla ſaltem littera, qui peruetuſti fere quidem, et perpauci, *Anepigraphi* vocantur, quorum exempla quaedam exhibentur a *Froelichio* Not. Elem. Tb. I. n. 3. 4. 5. et Tb. 2. n. 17. Alii numi ſunt

ſunt ſolis litteris inſignes, abſque alio ſimulacro, proüt *ibidem* Tb. 2. n. 20.

ΑΝΕΘ. — ΑΝΕΘΕΚΕ. — ΑΝΕΘΕΚΕΝ. — ΑΝΕΘΕϹ. — vel ΑΝΕΘΗ. — ΑΝΕΘΗΚΕ — ΑΝΕΘΗΚΕΝ, vocabulum, quod interdum magiſtratus nomini adſcribitur, interdum etiam ſubintelligitur, et ſignificat ἀνέθηκε, *obtulit* ſiue numiſma ipſum, ſiue *poſuit* ſtatuam in aere ſignatam, ſiue aliud quid *dedicauit*. Ita

ΑΝΕΘΗΚΕ, *Poſuit* in Æ max. Commodi. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΜΟΔΟϹ, *Imperator Caeſ. Marc. Aurel. Commodus.* Huius caput laur.)(ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗϹ ϹΤΡ. ΑΝΕΘ. ΑΥΡΗΛΙΟΠΟΛΕΙ. *Apollonides Praetor Poſuit Aureliopoli.* Apollo capite radiato in curru a gryphis tracto. *Bonarrot.* Muſ. Carp. Tb. 7. n. 11.) *Geſner.* Tb. 122. n. 23.) *Muſell.* Imp. Tb. 142. n. 1. *et* max. mod. Tb. 1. n. 2.) *Vaill.* Gr. p. 67.) *Guſſeme* I. p. 351. ſed legit: ΑΠΟΛΛΩΜΕΔΗϹ ϹΤΡΑ. ΑΝΕΘΗ. ΑΥΡΗΛΙΟΠΟΛΕΙ. *Apollomedes* etc. aliumque ſimul addit typum, Dianam nempe in luna bicorni tractam a duobus ſerpentibus.

ΑΝΕΘΕΚΕ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΠΟΛΕΜΩΝ, *Polemo Dedicauit Symrnenſibus. Froelich.* Not. Elem. p. 37. — Alibi circa caput Antinoi: ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ. Et in)(vbi Phoebus in bigis: ΑΝΕΘΕΚΕ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. Tota inſcriptio ita redditur: *Hoſtilius Marcellus Sacerdos Antinoi Obtulit. Corinthiorum* ſubaudi *Mandato*, vel ea oblatio ſuſcepta eſt Corinthiorum mandato, vel numiſma procuſum fuit. *Froelich.* l. c. *Guſſeme* I. 157.

ΑΝΕΘΕΚΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΑϹΙΑΡΧΗϹ ΟΤΡΟΗΝΩΝ, *Alexander Aſiarcha Obtulit. Otröenorum* Phrygiae. Aeneas Anchiſem humeris, d. Iulum. Æ 1. Caracallae, edit. a *Froelich.* 4. Tent. p. 269.

ΑΝΕΘΕϹ. *Poſuerunt.* Sic in Æ. Iuliae Piae: ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ϹΕΒΑϹΤ *Iulia Domna Auguſta.* Huius caput.)(ΜΕΝΗΠΠΟϹ ΚΑΙ ΖΗΝΩΝ ΑΝΕΘΕϹ. ΑΦΡΟΔΙϹΙΕΩΝ, *Meneppus Et Zeno Poſuere. Aphrodiſienſium.* Venus Lucina etc. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 39. n. 3. p. 316.

ΑΝΕΘΗ. ἀνέθηκε, *Dedicauit, Poſuit.* ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ ΕΓΕϹΙΟϹ ΑΝΕΘΗ. *Adramyttorum Egeſius Dedicauit.* Ceres ſedens.)(ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΙΑΚΧΟϹ. *Antinous Iacchus.* Caput Antinoi hedera coronatum. Æ. *Haym.* l. c. Tb. 34. n. 1. p. 278. — ΑΠΟΛΛΩΜΕΔΗϹ ϹΤΡΑ. ΑΝΕΘΗ. ΑΥΡΗΛΙΟΠΟΛΙΤΑΙϹ, *Apollomedes Praetor Poſuit Aureliopolitis* Bacchus d. thyrſum in bigis centaurorum. Æ. max. Commodi. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 351. — ΕΠΙ ϹΤΡΑ. . . . ΑΝΕΘΗ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Sub Praetore . . . Poſuit Pergamenorum. Vaill.* Gr.

ΑΝΕΘΗΚΕ vel ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Poſuit.* ΙΕΡΩΝΥΜΟϹ ΑΝΕΘΗΚΕ ΚΥΜΑΙΟΙϹ, *Hieronymus Poſuit Cumaeis.* — ΠΟΛΕΜΩΝ ϹΤΡΑΤΗΓΩΝ (loco ϲτρατηγὸς) ΑΝΕΘΗΚΕ ϹΜΥΡ. *Polemon Praetor Poſuit Smyrnaeis.* aer. max. Hadriani. *Vaill.* Abb. Campſ. p. 19. In Antinoi numó e maximorum genere ΠΟΛΕΜΩΝ ϹΜΥΡΝΑΙΟΙϹ ΑΝΕΘΗΚΕ *Triſtan.* p. 551. — In alio eiuſdem Antinoi ΤΟΙϹ ΑΧΑΙΟΙϹ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Achaeis Obtulit.* ΑΓΡΙΠΠΙΝΟϹ ΓΡΑΜ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Agrippinus Scriba Poſuit Laodicenſium* ſc. vrbi. Æ max. Sabinae. — Π. ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟϹ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, vel Π. ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟϹ ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Publius Claudius Attalus Pro Victoria* Epulum *Poſuit Laodicenſium* vrbi. — ΘΕΥΔΙΑΝΟϹ ϹΤΡΑΤ. ΑΝΕΘΗΚΕ ϹΜΥΡΝΑΙΟΙϹ, *Theudianus Praetor Smyrnaeis Poſuit.* Æ max. M. Aurelii Muſ. *Albam.* I. Tb. 32. n. 1. p. 63.) *Beger.* Theſ. Br. II. p. 671. Simiiem reperire eſt in Gordiano Pio inter Numiſmata max. moduli regis Gall. Tb.

Tb. 26. et apud *Vaillantium* Num. Select. p. 91. pariterque Num. Graec. p. 57. ſub Aurelio Hoſtiliano Στρατονικέων. — Circa forum ad ludos celebrandos: Λ. ΑΙΛ. ΠΙΓΡΗϹ ΑϹΙΑΡΧΗϹ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Luc. Aelius Pigres Aſiarcha Poſuit;* inferius: ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Laodicenſium Neocororum.* Æ. Caracallae, quem memorat *Holſten.* in Not. ad *Steph.* p. 181. Male eundem repraeſentauit *Erizzo* p. 446. Meliorem vero typum exhibuit Muſ. *Alb.* I. Tb. 56. n. 1. p. 113. — ΘΑΥΜΑΣΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Thaumaſtus Poſuit.* n. Mylaſenſium Cariae. — ΒΡΟΥΖΙΝΩΝ ΛΙΚ. ΡΟΥ·Ι·ΝΟϹ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Bruzinorum Licinius Rufinus Dedicauit.* *Haym.* II. Tb. 38. n. 7.

Ἀνέθηκε in numis et inſcriptionibus paſſim omitti docet *Scaliger.* ad Catalect. p. 242. et *Hauercamp.* ad *Parut.* Num Lilybaetanorum Tb. 94. n. 6. p. 546. et Tb. 173. n. 87. p. 1099. itemque *Burmann.* ad *Dorvill.* Sicul. II. p. 562. — Pariter Ἀνέθηκαν, *Poſuere* omiſſum in n. Cypriorum videtur *Harduino* Oper. Sel. p. 89.

ΑΝΓΑ litteras in Achaeorum Peloponneſi numo *Mayer.* Comment. Petropol. Tom. V. p. 372. vrbes *Argos*, *Nauplium* et *Pharaeos* indicare, eundemque numum a tribus hisce vrbibus eſſe ſignatum probare adnititur, cui vero contradicit *Eckhel.* Num. Vet. p. 115.

A. N. F. F. *Annus Nouus Fauſtus Felix.* Non ſolum in Æ 1. Hadriani legitur: S. P. Q. R. A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI, quas intra coronam lauream litterarum notas ſtatuerunt legendas antiquarii: *Senatus Populus Que Romanus Annum Nouum Fauſtum Felicem Optimo Principi* ſcil. adprecatur, vti coniecit *Harduin.* Oper. Sel. p. 762. et *Iobert.* Notit. rei numar. II. p. 189. ſed et in alio eiusdem Hadriani Æ 1. numo ſcriptum: S. P. Q. R. A. N. F. F. HADRIANO AVG*uſto*, teſtante *Bimardo* ad *Iobert* l. c. — Quas ab *Harduino* et *Ioberto* prolatas coniecturas in examen vocauit, ſimulque Antonini Pii Æ 1. mirum in modum aeſtimandum numum produxit Io. Petr. *Bellorius* in diatribe: Selecti numi duo Antoniniani, quorum primus *anni noui auſpicia*, alter Commodum et Annium Verum Caeſares exhibet. Romae 1676. 8. Siſtit is RRR. et aliquot per ſaecula haud facile ſpectatus numus ab vno latere ipſius Antonini Pii laureatum caput cum titulo: IMP T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS, *Imperator Titus Aelius Caeſar Hadrianus Auguſtus Pius.*)(Intra lauream Antonino dicatam in S. P. Q. R. A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI PIO, *Senatus PopulusQue Romanus Annum Nouum Fauſtum Felicem Opt. Princ. Pio* precatur; in imo S. C. nota. Laudat eundem Pii numum *Angelo nus* p. 192, qui delineatus etiam conſpicitur in Friderici *Feuerlini* oratione de Strenis Romanorum 1687. 4. p. 35. Poſtica vero eiusdem numi depicta apud *Hantbaler.* Exercitat. P. V. Tb. 3. n. 14. Memoratus etiam idem Antonini numus eſt ab *Harduino* Oper. Sel. p. 768.) *Mdb.* p. 192. et 200.) *Guſſeme* I. p. 197. n. 136. ſed omiſſo in antica vocabulo HADR.) *Vaill.* Praeſt. III. p. 127. qui tamen capitis laureati epigraphen exhibet: IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS, poſticae vero inſcriptionem intra *querceam* ſiſtit, omiſſa S. C. nota. — Pariter Hadriani R. numus Æ 1. cui inſcriptum: IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. circum eius c. laur.)(S. P. Q. R. A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI intra lauream, repetitus eſt a *Guſſeme* IV. p. 23. n. 209.) *Vaill.* Praeſt. I. p. 68.) *Mdb.* p. 182. ſed additis in imo S. C. litteris. — Vel intra coronam ex lauro eiusdem Hadriani Æ 1. RRR. legitur: S. P. Q. R. A.

R. A. N. F. F. HADRIANO AVG. P. P. apud *Vaill.* Pr. I. p. 68. — Eundem bene precandi ritum confirmat de Auguſto inſigne marmor Narbonenſe, huius inſcriptionis formulam ad amuſſim explicans: QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT IMPE. CAESARI DIVI F. AVGVSTO. et poſtea ITEM PRAESTENT K. QVOQVE IANVAR. THVS ET VINVM COLONIS ET INCOLIS PRAESTENT VII. QVOQVE IDVS IANVAR. QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM AVSPICATVS EST THVRE VINO SVPPLICENT ET HOSTIAS SINGVL. IMMOLENT. ET. COLONIS INCOLISQVE THVS VINVM EA DIE PRAESTENT. Calendis enim Ianuarii apud Romanos fuit magna contentio, ſaluberrima et optima quaeque mutuo ſibi formulis exquiſitis fauendi. Nihil amplius curabant, quam vt bono illo die bona quoque verba ſonarent, nihilque ſiniſtri ominis diceretur aut fieret. Gecinit quippe de eodem *Ouidius* Faſtor. I. velut ex ore Iani:

> Omina principiis, inquit, ineſſe
> ſolent.
> Templa patent, aureſque deum,
> nec lingua caducas
> Concipit vlla preces, dictaque
> pondus habent.

Initium igitur anni, quod quisque ſibi, et amicis fauſtum voluerat, et efficere ſtuduit, cur non etiam Principi populus vniuerſus felix fauſtumque officio publico, tabulisque numariis acclamaſſet? — Syriae et Phoeniciae vrbes primum numos argenteos, omnes tetradrachmos, cuderunt, addita ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ, *Anni Noui Sacri*, nota, quam ex quorundam ſententia ab anno primo imperii Veſpaſiani auſpicati ſunt, indicato annorum numero, et primo quidem, aera computata non a reparato, imperante Veſpaſiano, Iouis Capitolini templo, vti opinatus eſt *Seguinus*, qui in ſententiam ſuam traxit et *Spanhemium*, ſed ab anno, quo Imperator ſalutatus, a ſenatu electus eſt. Plura protulit *Gorius* ad *Morell.* Imp. II. p. 424. ſq. et *Froel.* 4. Tent. p. 342. ſq. — Numos hos ſub Flauiis tantum Imperatoribus, productos, Veſpaſiano, Tito, ac Domitiano, et ſub Nerua, qui eosdem proxime conſecutus eſt, ſub vnum conſpectum poſuit *Harduin.* in Hiſtoria Auguſta ex numis, Oper. Sel. p. 737 ad chronologiam emendandam ſtabiliendamque — *Baldinius* ad *Vaill.* Num. Praeſt. II. p. 91. ſq. infirmam *Vaillantii* coniecturam ad verbum exſcripſit, velut in huiusmodi numis inſcriptio *annos* Veſpaſiani *ſacros* commemoret ob omen et augurium fauſti, ſanctique eius imperii, quod ille rem Romanam renouaturus atque reſtauraturus eſſet. Inde contorſione de anno Domitiani VIII. p. 110. et de Neruae annis p. 116. vſus eſt. — Henricus *Valeſius* ab imperio Veſpaſiani annum illum nouum ſacrum deducit, cuius annos exiſtimat idcirco ſacros eſſe adpellatos, quod rempublicam in bonum ſtatum reſtituiſſet. *Pedruſius* Tom. IV. Tav. 19. n. 6. p. 315. et *Piovene* Tom. IX. Tav. 1. n. 12. p. 35. multis oſtendere conati ſunt, numos, eiuscemodi anno ſignatos, didrachmum fuiſſe, Iudaeis a Tito imperatum, qui templo Iouis Capitolini inſtaurato penderetur, atque ita legendum quadam interpunctione cenſet: ΕΤΟΥΣ (ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ.) Α. *Anno* (*Noui Templi* moneta.) *Primo* imperii. Verum eruditae huic coniecturae, praeter alia non pauca, et lectionem iſtam extortam potius, quam elicitam, obſtat numus Æ I. Traiani Decii Anazarbenſium apud *Froel.* 4. Tent. p. 342. qui neque ex argento eſt, nec de Iouis ſymbolis quidquam exhibet, neque vllum cum tributo illo, iam dudum haud dubie ſublato, nexum prae ſe fert, aut cum Anazarbenſis vrbis nomine prae ſe ferre con-

congruenter poteſt. — *Noriſius* de Epochis SyroMac. Diſſ. III. c. 6. et *Harduin.* Oper. Sel. p. 737. ad annos imperii hos annos nouos et ſacros, atque adiunctos Α. Β. Δ. Η. Θ. rel. numeros referunt. Annum *nouum* dici, nouo initio, a ſuſcepto imperio redeunte. Sacrum fuiſſe annum imperii initi, eiusque recurſum tum ob Imperatores Auguſtos, ſeu Sacros, (cum τὸ ἱερὸς etiam *Auguſtum* ſignificet,) qui accepta Tribunicia poteſtate ſacroſancti habebantur, manifeſtum eſt; cum ex celebritate ludorum ac votorum conceptorum ſollemnitate colligitur, de quibus ita *Plinius* Iun. ad Traianum Epiſt. 103. Diem imperii debita religione celebrauimus, commendantes diis imperii Tui auctoribus et vota publica, et gaudia. — Publica illa gaudia exhibet Tr. Decii numus a *Froelichio* l. c. prolatus, cum ЄΤ. ΙЄΡΟΥ ΝЄΟΥ, *Anno Nouo Sacro*, additis quinque vrnis et variorum ramorum ſymbolo, quibus primum imperii Decii annum condecorabant Anazarbenſes. — Pleniore in luce rem conſtituit *Belley* Memoires de l' Acad. de B. L. Tom. XIX. p. 447. ſq. qui cum ex aliis maiore numero, tum potiſſimum ex Galbae numo, (quo ipſo *Seguini*, *Haymii*, et *Piovene* conjecturae Veſpaſiani imperio adfixae alio argumento conuelluntur,) inſcripto ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. conficit, praeter diem ſuſcepti imperii, qui imperatorio anno dabat initium, ciuilis cuiusque vrbis anni etiam rationem ita habitam, vt a diuerſis exordiis ſimul duo anni decurrerent, eo tamen obſeruato diſcrimine, vt anni ciuilis, ſi ita loqui licet, primae calendae ſemper titulum *Anni Noui Sacri*, quemadmodum primus aditi ab Imperatoribus imperii annus praeferrent, ita, vt dum Imperator paucis menſibus ante adiuiſſet imperium, conſequens ibi anni exordium iam numero Β. deſignauerint; alii vero, quibus dies huius feſti recurrens ſacrificiis celebrabatur ſolum ΕΤΟΥΣ ΙΕΡΟΥ *Anno Sacro* II. vel III. etc. conſignarentur. v. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ.

ANGLO- DANICORVM et ANGLO-SAXONVM numos quosdam recenſet *Spanh.* de Vſu eſt Praeſt. Num. I. p. 557.

ANGVIS Salutis ſymbolum iam inde ab aeneo illo Moſis ſerpente didicerunt gentiles atque Aeſculapio dicarunt. v. *Aeſculapius* ſupra p. 159. — *Hygia* eius filia. — *Angues* hinc inde Baccho intermedio, Æ max. M. Antonii. *Vaill* Pr. II. p. 12. — Angues ex myſteriis Bacchi, a Bacchantibus geſti. n. Claudiae g. — Angues duo Aſiae minoris inſignia, aduerſi ſpiris ſuis, pharetram et arcum amplectuntur, typus auerſae ciſtophororum, vt et teſtatur Auguſti frequens quinarius cum lemmate: ASIA RECEPTA. — vid. *Serpens.* — *Draco.*

AN. H. *Antiochiae* in *Octaua* officina. SMANH. *Signata Moneta Antiochiae* in *Octaua* officina monetaria.

ΑΝΗΣ ΗΤΡΟΑ. forte magiſtratuum nomina in Smyrnaeorum Æ 3. anmo. Muſ. *Theup.* p. 1299. Vir barbatus ſedens cum baculo.

ANICI. *Anicius* nomen. L. ANICI. L. F. *Lucius Anicius Lucii Filius.* Bigae aurigante Victoria d. habenas, ſ. flagrum. X. GALLVS PROPR. EX S C. Caput Veneris Victricis laureatum Æ. gentis Aniciae. *Goltz.* Faſtor. p. 133.) *Vaill.* Fam. I. Tb 9. n. 1.) *Morell.* Theſ. Fam. p. 498.) *Gusſeme* I. p. 147.) *Erizzo* p. 91. vbi numi explicationem addit.

ANICIA gens Romanorum fuit plebeia, vt denotat Tribunatus plebis. Nomen videtur habuiſſe a vocabulo Ἀνίκητος, h. e. *inuictus*, quod primus eorum feliciter ſemper pugnaſſet. GALLVS ei cognomen

gnomen, at cum in duodeuiginti populi Romani gentibus illud occurrit, non idem ſemper eadem de cauſa omnibus datum eſt. Forſan cum de Gallis retulerit victoriam Anicius, ideo dictus ANICIVS GALLVS.

ANICIVS BALISTA. vid. BALISTA.

- OLYBRIVS. v. OLYBRIVS.

- PETRONIVS MAXIMVS. v. PEPRONIVS MAXIMVS

ANIMA ſub papilionis figura a veteribus efficta. In Æ max. Antonini Pii, qui in Muſ. *Alban.* I. Tb. 25. n. 12. Promotheus ſedens hominem effingit, prope quem Minerua galeata papilionem ſtatuae capiti hominis efformati imponit; papiliones enim veteribus animae imagines ſunt, eorum opinionibus explicandis idoneae, et vſu maxime receptae. *Natal. Com.* Mythol. L. IV. c 6. — *Platonis*, magni immortalitatis animarum adſertoris capiti additae ſunt papilionis alae in duobus gemmis apud Bar. *Stoſchium*, et in altera Marchionis *Criſpi Ferrarienſis*. Graeci quippe animam dixerunt Ψυχὴν, nomina communia, inquit *Heſychius*, et ſpiritui et inſecto volanti, h. e. papilioni; Romani vero qui theologiam e Graecis fontibus acceperunt, animam a voce ἄνεμος *ventus* vel *aura leuis*, quae et ignis, deriuarunt. Minerua Promotheo coniungitur ſapientiae, vt adſerit *Plutarchus*, parenti, prudentiaeque datrici in ſerpente arbori in eadem moneta obuoluto expreſſae. Quae omnia Antonino in numiſmate conueniunt, qui prudentiſſimus principum, et ſapientiſſimus apud omnes habitus.

ANIMA M. Aurelii aſtris inferitur, aquila vehente. Æ 1. M. Aurel. *Angelon.* p. 161.) *Arſchot.* Tb. 47. n. 24.) *Harduin.* p. 787.) *Mdb.* *Raſche Lex. Num.* 228.) *Muſell.* Tb. 123. n. 3.) Theſ. Reg. *Sueciae* Tb. 19. 10.) *Vicus* Tb. 60. n. 147. — *Animam* Fauſtinae Sen. aquila defert in coelum, quam ſuis ſe oculis in coelum adſcendentem conſpexiſſe deiurabant in eam rem conducti. Æ. Fauſt. Senioris. *Angelon.* 146.) *Arſchot.* Tb. 44. n. 19.) *Beger.* Th. Br. II. 669.) *Mdb.* 210.) *Muſell.* Imp. Tb. 110. n. vid. *Aquila.* — *Conſecratio.*

Animam defunctorum ad Elyſiorum beata loca vehi equis putarunt veteres. vid. *Equus.*

Animalia, eorumque hiſtoria et proprietates e numis veterum illuſtratae a *Spanhemio* peculiari diſſertatione, nempe quarta, Tom. I. p. 165. ſqq. — eadem quibusdam diis ſacra *ibid.* 166. — animalium variorum et ſingularium, aut de quibus auctores diſſentiunt, formae e numis adductae. *ib.* 172. — animalium fabuloſorum formae in numis ad quam claſſem idem *Spanb.* diſſertatione quinta refert capricornum, alatam ſphingem, ſtymphalidem, harpyam, ſcyllam, chimaeram, cerberum, hydriam, pegaſum, gryphem, phoenicem, ſyrenam, centaurum, minotaurum, aliaque inſuper portentoſa e diuerſis belluorum ac hominum formis conflata ſubinde ſimulacra, quorum exempla in numis caelata. p. 237. ſq. vid. *Monſtroſa*, eorumque imagines partim in Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 39 exhibentur, quales in numiſmatibus obſeruatae. — Animalia vrbium metropoleon in earum numis ſymbola vel inſignia, ab earum colonis retenta, vt pegaſus, minotaurus, vacca, lepus, noctua. *Spanb.* I. p. 569. ſq.) *Gueſſeme.* I. 147. — Quaedam animalia in vrbium numis indicare earum ſitum, vel ex ſolis cancris, polypis, ſimilibusque ſaepe in numis Siculis maritimarum vrbium ſitum adumbrantibus patet; vt aquilae et lepores vel tractus venationibus aptos,

vel eorum in terris illis abundantiam innuunt. Sic animalia, quae in Agrigentinis numis viſuntur, aquila, pagurus, lepus et cetera, nihil aliud indicant, quam animalium illic abundantiam, et omne genus aucupii ac piſcatus. cf. *Hauercamp.* ad *Parutam* p. 416.) *Burmann.* ad *Doruill.* Sicul. II. p. 491. — Pariter lacertam noctua tenet vnguibus in n. Camarinae, ob paludem vrbi vicinam, et ob ſolum eius vliginoſum. — Cur aries in n. Antiochiae; capricornus in Zeugmatenſibus; leo Berytenſibus; pegaſus Damaſcenis et Samoſatenſibus; ſagittarius Boſtrenis et Singarenis; taurus in numis Cyrrhiſtenis frequens? vid. *ſuis locis.*

Animalia, feraque animantia cur Aegyptii tantopere coluerint, vti de capro ac leone, aliisque conſtat? Probabiles huius cultus origines adfert *Diodor. Sicul.* L. I. Colebant enim Aegyptii animalia, vel quod ſibi perſuaderent, dari μετεμψύχωσιν, et regum atque heroum ſuorum animas in beſtias illas immigraſſe; vel quod deos, ex Olympo fugientes, varias animalium formas ſuſcepiſſe crederent; vel quia primi homines, pugnaturi in inuaſores, beſtiarum icones, aut exuuias haſtis praefixas, ſignum ſe conſociandi ac defendendi, ſuſtulerint; vel quod animalia illa vtiliſſima Aegyptiis eſſent, vt boues, oues, canes et ſingulariter ibides, feles, vultures, quin et crocodili, quod Arabibus Nili tranſitum formidandum redderent; vel quod primi reges et heroes variis belluarum exuuiis, vt leonum, luporum etc. pro galea ac thorace vſi eſſent, atque ita ipſarum velut ſpeciem induiſſent; vel denique, quia principibus ſingulares quidam, feliceſque euentus ope illorum animalium obtigerint, vt Iſidi per canes. Permiſit denique iſta ſapientiſſimus Deus, vt viderent mortales, quam abominandis inuoluerentur ſuperſtitionibus, qui ab vnius veri numinis cultu deuiaſſent.

Animalia diis ſacra in numis Gallieni tam frequenter ſculpta cernuntur, ad iram nempe deorum pro more auertendam. *Band.* I. p. 166.) *Liebe* Goth. Num. p. 344. — Smyrnaei foeda adulatione et grati erga Hadrianum animi cauſa, Antinoum ſub animalibus, maximis numinibus ſacris, ſcilicet ſub aquila, quae Ioui; tauro et grypho, qui Apollini, vel Api; panthera, quae Baccho, ariete, qui Mercurio, equo, qui Dioſcuris et Neptuno in numis ſuis cudi iuſſerunt. *Caſaubon.* in *Spart.* ad Hadrian.) *Occo* Num. p. 166.) Muſ. *Farneſ.* Tom. V.) Muſ. *Alban.* I. Tb. 16.) *Vaill.* Num. Gr. p. 41. — Gentile etiam nomen priſci olim Romani non a diis ſolum, aut heroibus vel regibus aut locis, vnde in vrbem primum profecti retinuerunt, ſed et ab *animalibus*; quaecunque prima huius rei cauſa vel occaſio fuerit, vt a *Varrone* pridem monitum, viderunt iam poſt *Sigonium* praeſtantes antiquarii, ac inditus inde Porciae, Ouinae, Equitiae Suilliae, Aſiniae, Vituli et Reniae, immo Beſtiae, minus ceteroquin decoras adpellationes, quas exhibent etiam, ſi Ouiniam et Equitiam mittas, veteres earundem familiarum numi.

Animalia quaedam in capite, aut in dorſo coronata, in quibusdam numis, vt boues olea vel vitta, ceruus corona hederacea, etc. de quibus *Spanh.* I. 307.

Animalia quatuor ſeu monſtra in numiſmate Alexandri M. quo quatuor ſumma orbis terrarum imperia continentur, de quo in diſſertatione peculiari agit Sigebert. *Hauerkamp.* Lugd. Batau. 1722. 4. Idem par numiſmatum iam ante vulgauerat *Patinus* in Theſ. Numiſm. p. 100. edit. Amſtelod. vbi poſt illorum typos ſubiecerat verba: „Proſpere adueniet, qui horum numorum ſolnet

uet aenigmata. Sedet mulier quaedam habitu reginae; ſceptrum enim habet in laeua, ſummae potentiae ſymbolum; caput eius turribus inſignitum eſt. Hinc inde adſtant et vir et mulier; ille bipennem tenet, prorſus vt in Smyrnaeorum numis; haec, quae turritum etiam habet caput lauream imponit capiti reginae ſedentis; infra cernuntur *quatuor fabuloſa monſtra*, quibus chimaerae vel ſphinges repraeſentantur, virgineas oſtendunt facies, alas, pecudumque pedes. Sub ſolio decumbentes videntur duae figurae, quae cum arundines teneant, ad duos fluuios referri poſſunt". Sic *Patinus* numiſm. typum deſcripſit; vberiorem vero explicationem addit *Hauercamp.* l. c. ad Tab. I. n. 1. 2. p. 4. ſqq. qui non dubitat, quin quatuor vniuerſi orbis ſumma imperia exprimantur per quatuor illa animalia atque ad easdem ſpectantia monarchias monſtra, alis item exornata, apud *Danielem* cap. 7. v. 3. ad 7. et apud *Ezechielem* cap. 1. v. 5. ad 10. Quod vero non iſta varia et diuerſa, quae ibidem animalibus iſtis apud prophetas adſignantur, verum vniformi figura quatuor ſua animalia expreſſerit ſculptor numiſmatis, id non ſine magna ratione factum ab illo cenſet *Hauercamp.* Elegit ſcilicet in cunctis *ſphingis* formam, idque duplici de cauſa. Solebat enim, vt fabulantur veteres, crudele hoc monſtrum infelices coniectores hoſtiliter adgredi, atque vnguibus ſuis dilaniare; non aliter, quam ſpectandum nobis datur inter gemmas *Gorlaeanas* Tom. II. n. 527. Ita ſane cuncta haec imperia, quaecunque viribus ſuis eſſent inferiora, comminuerunt, ſibique violenter ſubiecerunt. Virgineum autem os et pectus, vna cum alis, monſtro huic adficta fuiſſe, cuncta *Thebanae*, (aliter enim et ſine alis *Aegyptia* formatur,) *ſphingis* docent monumenta.

Animalia peregrina, ſiue bellua, vt publicis in ludis et ſpectaculis producerent, aedilium erat, vel praetoris vrbani, et ſubinde Auguſtorum etiam ſtudium. Ita Domitiani temporibus rhinocerotem exhibitum fuiſſe, numi illius minimi moduli *rhinocerote* ſignati teſtantur. *Hippopotamum*, quem Latine fluuiatilem equum dicimus, animal quadrupes et amphibium, cernimus inſculptum Otaciliae Seuerae numo cum epigraphe: SAECVLARES AVG. nempe *Auguſtorum* Philippi, patris et filii *ſeculares* ludi. *Alce* etiam in Philippi Iunioris, et in Philippi patris numo *Hyaena* conſpicitur, Saeculo Milliario exhibitae. *Caprini* porro *generis* peregrina animalia, variata pelle, ac mirum in modum retortis cornibus, *pantheras* ac *tigrides*, *ceruos* item peregrinos, et *mambrinas*, id eſt capras Indicas, varii Auguſtorum, Siciliae, et aliarum regionum numi ſpectandas obiiciunt. *Serpentum* deinde ac *draconum* varias ſpecies Aſiae praeſertim, ac Thraciae numiſmata promunt, quae fere Aeſculapii, et filiae eiusdem Hygiae, aut Glyconis, qui alterum ſe Aeſculapium ferebat, honoribus percuſſa ſunt, quorum cultus in illis regionibus vigebat. vid. *locis ſuis*.

Animalculum, quod in numo Cyrenes ſub planta Cyrenaica, ſilphio ſeu laſerpitio, ad naturalem eius magnitudinem depictum eſt in *Haymii* Th. Brit. II. Tb. 17. et viſitur in *N.* numo *ibid.* fg. 3.) *Beger.* Theſ. Brand. I. p. 518.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 5. n. 7. Addit *Haymius* l. c. p. 150. ad 156. pleniorem huius animalculi deſcriptionem; plura vero de hoc mure hodiernae phyſicae magis accommodata meliore ordine, additis accuratis dimenſionibus atque imaginibus conſentientibus dabunt *Gmelin.* in Comment. Petropolitanis, item *der Schwediſchen Academie Abhandlungen* 1752. p. 129. von der *Aegyptiſchen Bergratte.*

ΑΝΙΝΗΣΙΩΝ, *Aniseſiorum*, populi incerti ſitus. *Guſſeme* I. 148. nominat quidem Italiae fluuium *Anio*, ſiue *Anien*, qui in montibus Thebanorum naſcens, Tiburtinum irrigat agrum, vbi e ſublimi in ſubiectam vallem magno impetu delabens efficit cataractam; deinde per plana fluens, tres nobiles lacus ſecum in Tiberin defert, vulgo *Teuerone.* — Vel *Aniſum* vrbs eſſe videtur Siciliae apud *Ouid.* L. IV. Faſtorum, vbi *Aniſena flumina* aut Aniſum flumen commemorat, quod Aniſo praeterlabitur; niſi flumen Aniſenum dicat pro Aniſo flumine. In numo Æ 3. apud *Muſell.* Num. Pop. Tb. 3. n. 4. depicto cernitur caput Iouis barbatum et laureatum.)(Equus liber ſtans cum palma, addito ΑΝΙΝΗΣΙΩΝ nomine.

ΑΝΙΩΝ circum templum quatuor columnis ſuffultum, in quo Dianae ad inſtar Epheſiae ſignum.)(ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. Π. ЄΛΤ. ΠЄΡΤ. *Imperator Caeſar Publius Heluius Pertinax.* Huius caput barb. et laur. Æ max. edit. a *Vaillantio* Sel. Num. Campenſ. p. 57. Populorum vero, apud quos percuſſus eſt, nomini litterae deeſſe videntur; ſi tantum I. ad *Aenios* Thraciae pertinet. Plurimi occurrunt numi cum epigr. ΑΙΝΙΩΝ, ſed ſemper cum capite cuiusdam numinis. vid. ſupra p. 134. et 243.

ΑΝΙQΑΜΑΧ pro Καμαρίνα, *Camarina*, more Phoenicum dextra ſiniſtram verſus litterarum ductu. n. Camarinenſium Siciliae, edit. a *Paruta* Tb. 123. n. 1. et a *Torremuzza* Sicil. Num. Vet. Tb. 17. n. 3.

ꟻ ΑΝΙ ᗌꓕ retrogrado ordine et vetuſtiſſimis litteris loco ΤΡΙΝΑ, vid. *Hyrium* Apuliae. De puncto, vel τῷ ὁ μικρῷ ſigno, ſupra litteram Τ collocato conſulendus eſt *Hauercamp.* de veteri et varia litterarum apud Graecos ſcriptura et vſu cap. 3. p. 213. quam diſſertationem inſeruit collectioni ſcriptorum, qui de linguae Graecae vera et recta pronuntiatione commentarios reliquerunt. Lugd. Bat. 1736. in 8. editae. — Depictus etiam huius numi typus in *Schlaegeri* diſſ. de Alexandro M. Tb. 4. fg. 4.

ΑΝΚΥΡ. — ΑΝΚΥΡΑ. — ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ vel ΑΝΚVΡΑΝΩΝ. — ΑΝΚΥΡΑΝΟΙϹ. — ΑΝΚΥΡΑϹ. vid. *Ancyra* et Galatiae et Phrygiae Pacatianae, quae et Ἄγκυρα Συνάου, *Ancyra ad Synaum* compellata fuit. Quibusdam in numis Γ et Ν promiſcue obſeruantur, in illis enim ΑΓΚΥ. et ΑΓΚΥΡΑϹ.

ANN. *Annalia.* v. VOT. DEC. ANN. SVSC. *Vota Decem Annalia*, ſeu *Decennalia Suſcepta.*

ANN. *Annia* praenomen Fauſtinae Iunioris. ΑΝΝ. ΦΑΥϹ. ΘΥΓΑΤ., *Annia Fauſtina Filia*, nempe Antonini Pii et Fauſtinae Senioris. *Pellerin.* Mel. T. 2. p. 94.

ANN. *Annius*, nomen gentis. SILIVS ANN. LAMIA, *Silius, Annius, Lamia*, triumuiri monetales. — IMP. C. M. ANN. FLORIANVS AVG. *al.* P. AVG. *al.* P. F. AVG. vid. *Florianus.*

ANN. *Anno.* Ita in Sinopenſium numis, quos exhibet *Froelich.* Adpendic. II. nouis p. 52. et 4. Tentam p. 89. ANN. XXXI. *Anno* 31. aerae poſterioris, V. C. 739. — *al.* ANN. CIV. *Anno* 104 eiusdem aere, V. C. 813 *al.* ANN. CCVII. *Anno* 207. V. C. 916. — *al.* ANN. CCLII. *Anno* 252. eiusdem aere poſterioris, vel V. C. 961. —

ANN. DCCCLXXIIII. NAT. VRB. P. CIR. CON. *Anno Octingenteſimo Septuageſimo Quarto, Natali Vrbis, Populo*, vel *Primum Circenſes Conſtituti.* Mulier humi conſidens, d. rotam, ſ. tres obeliſcos complexa.)(IMP. CAES. HADRIANVS AVG. COS. III. Annus V. C. Varronianus 874. reſpon-

ſpondet Anno poſt Chriſtum 821, quo inſignis hic Æ. Hadriani ſignatus eſt, quem ſiſtit Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 17. n. 8. et quem recenſent *Mdb.* p. 174. „Vnicus is, inquit, numus annum profert V. C. ceteri TR. P. et Conſulatus notis annum deſignant, vnde rarus, et quantiuis pretii exiſtimandus, cum ex eo *annum* diſcamus, quo *circus conditus* fuit ab Hadriano; nolim vero hic circum maximum intelligas, quem L. Tarquinius Priſcus condidit in valle Marcia, ſed de aliquo alio peculiari circo ab Hadriano condito, de quo tamen nullam veſtigium apud auctores.“) *Vaill.* Pr. II. p. 138. ſed numum RRR. interpretatus eſt in memoriam ludorum circenſium ab Hadriano *conceſſorum* pop. Romano, illasque notas *Ao.* 874. *Natalis Vrbis Populo Circenſes Conceſſit*, cum nulla ſit circi ab Hadriano conditi mentio apud hiſtoriae ſcriptores. Mulier per rotam, curſus bigarum et quadrigarum certamen; per metas illud in circo peractum denotat. At Baro *Bimard.* in Commentario ſuper *Ioberti* Scientiam numorum veterum Tom. II. p. 185. adfirmat non bene lectam a *Vaillantio* hanc epigraphen, veramque lectionem eſſe: ANN. DCCCLXXIIII. NAT. VRB. P. CIR. CON. S. C. quam interpretatur: *Anno* 874. *Natali Vrbis Primum Circenſes Conſtituti Senatus Conſulto*; Hadrianum videlicet inſtituiſſe publica ſenatus auctoritate diem Palilium, ſiue Parilium natalem vrbis ludis circenſibus celebrari.) Aliam protulit *Harduinus* Oper. Sel. p. 758. interpretationem, nimirum: *Anno* 874. *Natali Vrbis Plebei Circenſes Conſtituti.*) Pro P. CIR. CON. legit *Pagi*: R. CIR. CON. ac interpretatur: *Romae Circenſes Conceſſi.*) *Zaccaria* Iſtit. Num. p. 256. *Natali Vrbis, Populo*, vel *Primum Circenſes Conſtituti.* — Eiusdem numi anticam ſiſtit Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 85. n. 1. IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. et poſticae inſcriptioni in imo addit S. C. notas. — *Mdb.* p. 174. anticae partis perigraphen dat: IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. ſed *Harduin.* p. 758. legit POT. COS. III. — *Vaill.* Pr. I. p. 63. eundem Æ. 1. qui et apud *Angelon.* p. 149. inter rariſſimos Hadriani numos computat.

ANN. *Anno* infra M magnum. Æ 2. Heraclii. *Ducang.* p. 114.) *Bandur.* II. p. 686.

ANN. *Annona.* ANN. AVG. *Annona Auguſti.* — ANN. AVG. SAECVLI FELICISSIMI. Annona ſtans, d. ſpicas, ſ. cornucopiae. n. Caracallae ob eius annonae procurationem. *Harduin.* Sel. Oper. p. 801.) *Vaill.* Pr. I. p. 121. ſed ANN. AVGG. etc. Æ 2. RR. — ANN. AVG. TR. P. VI. (*al.* VII.) IMP. III. (*al.* IIII.) COS. III. P. P. S. C., Annona, vel fig. muliebris ſt. d. ſpicas ſupra modium, ſ. c. c. Æ 1. 2. Commodi. *Mdb.* p. 246.) *Muſell.* Imp. Tb. 136. n. 1.) *Theup.* 540. — ANN. AVG. P. M. TR. P. VIIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S. C. Mulier ſtans, d. icunculam, ſ. cornucop. pro pedibus modius, inde nauis. Æ 1. Commodi. *Mdb.* — ANN. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. Mulier ſtans, d. icunculam, ſ. c. c. ad pedes hinc modius cum ſpicis, inde nauis cum duobus remigibus. Æ. Commodi. *Theup.* p. 202.) *Kbell.* Suppl. p. 95. Etſi grauiorem, qua vrbs preſſa fuit, famem hiſtorici in annum V. C. 941. ſubmoueant, ſimilem tamen calamitatem etiam anno 937. eueniſſe, nauis in numo ſignata docet, indicio ſcilicet annonae aliunde aduectae.

ANNALES. v. SECVNDI DECEM ANNALES. n. Antonini Pii.

ANNEA. *Eckhel.* Num. Vet. p. 183. in geminis Nicaeae Bithyniae Æ 3. numis legendum contendit AN NEA ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒ. *Vaillantius* autem et *Harduinus* ANNEA, vna voce, quia NEA Fauſtinae nomen conſtanter ſubſequitur, numquam praeit, et Fauſtinae Iunioris praenomen erat *Annia* vt perſpicue ANNIA habet numus apud *Geſnerum* Imp. Rom. Tb. 160. n. 50. — Nihil obeſt ANNEA pro ANNIA poni. Litterarum huius generis permutationes quot numi offerunt? VENVS GENETRIX quem fallit?

ANNI. *Annius* nomen gentis Romanae. C. ANNI. T. F. TN. PRO. COS. EX S. C. Caput Iunonis monetae cum monili et inauri.)(Q. TARQVITI. P. F. Bigae, in area Q. h. e. *Quaeſtor.* Ꝛ. *Vrſinus a Patino* auctus p. 16.) *Vaill.* Fam. I. Tb. 9. n. 2.) *Morell.* Fam. Annia P. 15. n. VI. Lit. A. B. C. itemque Fam. Tarquitia p. 410.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 17. n. 16.) *Schulz.* Numoph. I. p. 81. — *Ead. inſcr.* ſed ante caput Moneuae eſt bilanx, retro caduceus.)(L. FABI. L. F. HISP. Q. Victoria alata in quadrigis, d. palmae ramum, ſ. habenas. Ꝛ. *ibid.*) *Guſſeme* I. p. 148. ſed C. ANNIVS etc.

ANNI. *Annius* v. FLORIANVS.

ANNI CII. in n. Neronis a Sinopenſibus, quorum aerae poſterioris *annus* 102. eſt V. C. 811. edit. a *Froelichio* Adpend. II. nouis Tb. I. n. 2. p. 52. et in *Eiusd.* 4. Tent. p. 88.

Anni quatuor tempeſtates plurimis in numis quatuor pueruli deſignant. Primus brachiis manibusque geſtulans *Veris* tempus refert; alter falcem meſſoriam manibus tenens *Aeſtatem* denotat; tertius *Autumnum* repraeſentans ſiniſtra caniſtrum frugibus plenum et dextra leporem fert, quia, vti ea tempeſtate fructus colliguntur, ita non minus venationibus opportuna eſt. Quartus vero *Hiemem* deſignans praeterquam quod veſtibus, et calceis contra frigus munitus ſit, dextra pedicam, ſiniſtra auem captam tenet, quia hiemis tempore aucupiis vacare commodum, vti docent *Virgil.* Georg. L. I. et *Horat.* Epod. II. de hieme. — Inſcriptiones ſunt variae:

a) FELICIA TEMPORA.

Quaternae anni partes totidem pueris exſultantibus repraeſentatae. Primus eorum *Veris* genius calathum florum in capite geſtat; alter *Aeſtatis* nuntius falcem longam gramineam ſuſtinet; tertius index *Autumni* cyathum geſtat falernum; quartus ſub veſtibus cum *Hieme* frigens, quaſi venator, baculo feram traiectam ſuper humerum deportat. n. Hadriani, quem pingit *Wolstreck.* in El. rei Numar. Tb. 1. n. 3.) *Hanthaler* Exercitat. P. IV. Tb. 3. n. 15. p. 96. — Quatuor illi pueruli quatuor anni tempora deſignantes, vt quaeque totius anni pars felix ſub eiusdem Imperatoris regimine videretur, cum omnes cuiusque partis ſymbolum fertilitatis et abundantiae geſtarent. Æ 1. RR. Commodi. *Vaill.* Praeſt. I. p. 96.) *Guſſeme* II. p. 235. n. 32.) *Al.* omiſſa epigraphe. *Mdb.* p. 241.

- - Ꝛ. RR. Caracallae. *Vaill.* Pr. II. p. 243.) *Guſſeme* II. p. 78. n. 27.

- - Ꝛ. RR. Getae. *Vaill.* Pr. II. p. 258.) *Guſſeme* III. p. 360. n. 14.

- - Æ 3. RR. Probi. *Bandur.* I. p. 464.) *Vaill.* Pr. I. p. 234.) *Guſſeme* V. p. 511. n. 19.) *Theup.* p. 298. — Felicia autem tempora ſub Probi imperio fuiſſe ſatis oſtendit *Vopiſcus* in eius vita; nec non ipſe Probus in Epiſtola ad ſenatum ſcripta. *Bandur.* l. c.

- - AV.

- - AV. RR. Conſtantini M. *Oiſel.* Theſ Num. Ant. Tb. 58. n. 1. p. 344.) *Band.* II. p. 244.) *Ducangius* Tb. 4.) *Mdb.* 467.) *Guſſeme* II. p. 302. n. 30. — *it.* AR. *Mdb.* ib. — *it.* Æ. *Band.* II. 296. — Siue indicentur hoc numo fertilitates quorundam annorum, ſiue felix imperii ſtatus ſub Conſtantino, cum ob victorias ab hoſtibus reportatas, tum praeſertim ob chriſtianam religionem publice receptam.

b) FELICITAS TEMPORVM.

Quatuor pueruli etc. AR. Caracallae *Mdb.* 291.) *Guſſeme* II. p. 79. n. 32.

c) TEMPORVM FELICITAS.

Quatuor anni partes quatuor puerulis expreſſae. Æ. Commodi. *Triſtan.* I. f. 730.) *Mdb.* 255.) *Guſſeme* I. p. 149. et II. p. 247. n. 152.

d) SAECVLI FELICITAS.

Quatuor laſciuientes illi pueruli ad exprimendam ſub prouidis principibus abundantiam per omnes anni tempeſtates non defuturam. Ita *Ver* floribus ridens, *Aeſtas* falce et ſegetibus laeta, *Autumnus* venationibus et fructibus hilaris, Hiems veſte et cucullo munita, aucupio et venatu gaudens in hoc vt in aliis veterum numis exhibetur. At *Felicitatem Saeculi* Treboniani in eius numo e duobus metallis ſl. et rub. compoſito, quem e maximorum genere adferunt Muſ. *Alb.* II. Tb. 80. n. 2.) *Vaill.* Pr. III. p. 197.) *Bandur.* I. p. 63. et 77.) *Guſſeme* III. p. 333. n. 43.) ad coelum efferre non poterant, niſi impudentiſſimi adſentatores. Peſtilentia enim grauis orbem totum Romanum pererrauit, et Gothorum incurſiones, Romani populi prouincias deuaſtantes, publicis calamitatibus ſummam impoſuerunt.

- - Quatuor pueri quatuor anni tempora ſignificantes, quorum tres nudi, et alter veſte et cucullo tectus, felicitatem non interruptam nec defuturam denotant in Æ max. e duobus pariter matallis ſl. et rubro Probi RRR. qui deſideratur apud *Mediob.* et *Bandurium*, quem vero exhibet Muſ. *Alb.* II. Tb. 92. n. 3. p. 66.) *Vaill.* Pr. III. p. 219.) *Guſſeme* V. p. 517. n. 63.) Probum etiam Romanorum de ſe iudicia non fefelliſſe auctor eſt *Vopiſcus* in eius vita, eumque tradit, rempublicam in eundem ſtatum reſtituiſſe, qui ab Auguſto fuerat ordinatus.

- - et idem puerorum typus anni tempora deſignantium. Æ max. RRR. Cari, quem recenſent *Band.* I. p. 502.) *Vaill.* Pr. III. p. 220.) *Guſſeme* II. p. 106. n. 19.

e) FECVNDITAS.

Iulia Seueri ſub habitu telluris ſedens humi, d. racemum, et ſimul caniſtro frugum et florum pleno innititur, d. globum aſtriferum contingit, per quem quatuor puellae paruae incedunt, totidem anni tempeſtates ex *Patini* coniectura deſignantes. AR. Domnae. *Eckh.* Cat. II. p. 285. *it.* addita S. C. nota Æ 2. eiuſdem Iuliae Seueri. *Patin.* Imp. p. 287.) *Hentbaler.* Exercitat. P. II. Tb. 6. fg. 17. p. 197.) *Mdb.* 282.) *Guſſeme* IV. p. 172. n. 13.) *Theup.* p. 570.) *Eckhel.* l. c.

f) COS. IIII. S. C.

naeor. — ΕΠΙ Μ. ΜΑΡΚΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, *Sub M. Rufo Proconſ.* Rhodiis adſignatur ab *Harduino*; Nicomedienſibus vero a *Vaillantio*, ſed legit ΕΠΙ Μ. ΜΑΡΙΟΥ, *Sub M. Mario.*

ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, *Proconſul*, ſeu rector Prouinciae proconſularis. *Proconſul* is erat, qui geſto conſulatu in prouinciam adminiſtrandam cum poteſtate conſulari mittebatur. Cum autem Auguſtus prouinciarum diuiſionem feciſſet, quaedam fuerunt conſulares dictae et in numis Aſiae minoris Achaiae et Cypri inſulae tantum occurrunt proconſules, ſub quibus honoris cauſa quaedam vrbes eorum nomina in numis ſuis ſcripſerunt vsque ad Antoninum Pium. Nomina eorum collegit *Vaillantius* Num. Graec. p. 309. ſq. vbi legitur: Α. ΜΙΝΔΙΟΣ ΒΑΛΒΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, *Aulus Mindius Balbus Proconſul.* — ΓΕΛΛΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, *Gellius Rufus Proc.* — Λ. ΜΙΝΔΙΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, *Lucius Mindius Proc.* — ΟΥΑΛΕΡΙΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, *Valerius Proc.* etc. et quidem adpoſita denominatione Ancyrarum Phrygiae, Cypri inſulae, Epheſiorum Ioniae, Nicaeenſium, Nicomedienſium, Patrarum, Pergamenorum, Sardium, Smyrnarum et Synnadenſium.

ANTI. *Antiochia.* COL. CAE. ANTI. infra S. R. *Colonia Caeſarea Antiochia* Piſidiae. *Senatus Romanus.* Colonus boues agit, pone duo ſigna militaria. Æ 1. Tiberii. *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 57. n. 3. — CL. ANTI R. S. *Colonia Antiochia. Romanus Senatus.* Lupa lactans duos paruulos. Æ 1. Gallieni. *Froelich. ib.* p. 69 n. 31. — SM. ANTI. *Signata Moneta Antiochiae.*

 ANTIπάτρου, *Antipatri*, Caſſandri filii Macedoniae, ex coniectura *Liebii* Goth. Num. p. 104. Sed eas litteras monogrammate nexas non eſſe Antipatri, ſed potius *Antigoni* Gonatae ſuſpicatur *Wachter.* Archaeol. Num. p. 59. et hunc imitatione Philippi numos ſuos tropaeo ſignaſſe, ob inſignem de Gallo-Graecis victoriam, de qua *Iuſtin.* L. XXVI. c. 2. agit. Si quis tamen, addit *Wachter.* l. c. malit monogramma numi ad *Antigonenſes* referre et totam numi inſcriptionem ita legere Βασιλέως Ἀντιγόνου Ἀντιγονέων, dubium non eſt, quin illi vrbis ſuae conditori de hac victoria gratulari potuerint.

ANTI. Ἀντιστράτηγος, Ἀντιστρατήγου, *Propraetor*, vel legatus Imperatoris vicem in prouinciis Caeſaris. Ita in Hadriani numo: ΕΠΙ ΕΙΤΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΠΡΕΣβευτοῦ ΚΑΙ ΑΝΤΙστρατήγου ΤΟΥ ΣΕΒαστοῦ, *Sub Itio Rufo Legato Et Propraetore Auguſti* apud Bizyenos Thraciae, cui parebat prouincia, Auguſtis non ſenatui ſubiecta ac propria. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. 400. — ΕΠΙ ΑΝΤΩ. ΝΙΣΩΝΟΣ ΠΡ. ΣΕΒ. ΑΝΤΙ. ΚΙ.. (ſic) ΠΟΝΤΟΥ, *Sub Antonio Niſone Legato Auguſti Propraetore Bithyniae. Et Ponti.* Æ. Fauſtinae Senior. *Haym.* Theſ. Brit. II. Tb. 34. fg. 10. p. 284.

ANTI. vel  I. *Antium* ſiue *Antiatum*, apud *Golzium* Sicil. et Magna Graecia Tb. 17. n. 9. 10. p. 224.

Antia gens fuit plebeia ex hiſtoriae ſcriptoribus, ſiquidem memorabilis apud eos lex ſumtuaria ceu cibaria, de qua *Macrobius.* Vt autem *Anteſtia* gens a verbo *anteſto*, quod aliis anteſtaret ſeu anteiret, qui primus vocatus eſt *Antiſtius*; ſic a voce *ante* videtur dictus eſſe *Antius*; ſicuti *Antium* vetus in Latio vrbs ita adpellata eſt, quod ante alias vrbes in ipſo littore ſita fuerit ad Romanorum otium. Vel *Antia* gens, quae *Antio* profecta, vbi deorum Penatium, quos attulerat Aeneas, cultus inualuit — Cognomen eius gentis fuit RESTIO ita dictus, quod auctor eius *reſtes* et funes torſerit aut venum dederit, et a verbo *reſto* dictas, quod quae-

 cunque

cunque ligata ſunt, ſtare faciunt. Vnde C. ANTIVS C. F. RESTIO. — Caput Antii Reſtionis nostra aetate ſua in denario ſignata eſt, quod nemini Romano tunc liceret effigiem, dum viueret, in moneta exhibere, ſed ab eius filio videtur expreſſa. — DEI PENATES ad indicandum ex Lauinio vrbe gentis ſuae originem. — Huius Antiae gentis ſequentes obſeruantur numi: 1. RESTIO. Caput virile nudum.)(C. ANTIVS C. F. *Caius Antius*, *Caii Filius*. Hercules nudus gradiens, d. elata clauam, ſ. tropaeum, dependentibus ſupra brachium exuuiis leoninis. Æ. Fam. Antia.) *Morell.* Fam. Antia n. I. p. 17.) *Eckhel.* Cat. II. p. 10.) *Guſſeme* I. p. 155.) *Theup.* p. 4. — 2. DEI PENATES. Capita iugata et diademata Penatium.)(vt n. 1. Æ. *ibid.* — 3. C. ANTIVS. Caput bouis vittatum.)(RESTIO. Ara cum foco. Æ. *Morell.* ib. n. III.) *Guſſeme* p. 156. n. 3. — 4 C. ANTIVS C. F. Hercules victor, d. clauam, ſ. tropaeum.)(D. LAELIVS BELB. vel potius BALB. *Decimus Laelius Balbus.* Capita deorum Penatium iugata et diademata. *Morell. Num.* Conſular. Tb. I. n. 14. g. Antiae p. 499.

ANTIAT. *Antiatina.* vid. FORTVNAE ANTIAT*inae.* Colebatur apud Antiates ſumma cum religione pro tutelari vrbis numine Fortuna. Huic deae templum intra vrbem aedificatum erat vti ornatiſſimum, ita et famoſiſſimum et oraculorum fide celeberrimum. cf. Io. *Addiſonii* Remarks of ſeveral parts of Italy p. 291. vbi duae Fortunae Antii cultae eſſe dicuntur. — Vel Antiates Romam ipſam ſiue figuram eius pro Fortuna vrbis ſuae coluerunt. Duae enim galeatae Fortunae ſunt conſpicuae in Æ. Ruſtiae g. qui aere inciſus in *Philoſoph. Tranſact.* Vol. LXII. Tb. 2. fg. 2. p. 61.) *Vaill.* Fam. p. 238.) *Hauercamp* ad *Morell.* Fam. p. 313. et 324. — Vnicum praeterea familiae Coſinianae denarium inſcriptione Etruſca notatum vulgauit et illuſtrauit Io. *Swinton.* in *Philoſoph. Tranſact.* l. c. p. 60. ad 68. qui plane conuenit cum Latinis, ſi exceperis, quod characteres Etruſci melius ſeruati ſint.

ANTICA ſiue pars *auerſa* numi figuram principalem continet. Vocis anticae originem docet *Feſtus* et *Varro* de L. L. VI. 2. — Figura numi principalis in *conſularibus*, iisque antiquiſſimis numis genius Romae galeatus aut alia dei cuiusdam imago eſt, cuius in tutela gens illa fuit, cui numus a triumuiris monetalibus honoris memoriaeque cauſa dicabatur. Obſeruandum autem eſt, quod labente Romanorum republica, paludamento pariter ac toga illuſtrium virorum vel vultus, vel thoracatae effigies primum in numis coeptae ſint exhiberi. — In numis *Imperatorum* figuram conſtituunt principalem eorum vultus aut effigies thoracatae, nunc vna, nunc in eadem numi fronte plures ſiue Auguſtorum, ſiue Auguſtarum, ſiue Caeſarum, ſiue principum iuuentutis vtriusque ſexus, atque horum quidem capita nunc nuda, nunc tecta ſiue amicta adparent. — In numis *coloniarum*, *municipiorum*, *vrbium*, republica adhuc libera cuſis principalem fere figuram conſtituit Romae genius galeatus vel laureatus, interdum et genius tutelaris eius vrbis, aut coloniae, quae numum cudi curauit, niſi, quod raro factum, vel inſcriptio circulo incluſa, omne anticae ſpatium expleat, vel alia inſolita figura. — Qui ſub Imperatoribus cuſi ſunt *coloniarum* numi effigiem Imperatoris in antica ferunt, cum ſolita nominum ac titulorum inſcriptione, exceptis paucis, qui loco eius deum aliquem aut deam praeferunt.

Anticyrae vrbis in Phocide inſigne Neptunus cum tridente, altero pede inſiſtens delphino, qualis in Tarentinorum numis loci conditor Taras vulgo depingitur.

ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, *Antigoni*. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝ. *Regis Antigoni*. vid. *Antigonus*.

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ et ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ, *Antigonenſium* Epiri vid. *Antigonia*. — *Alia* Achaiae in Achaeorum aereo numo ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Antigonenſium Achaeorum*. *Haym*. Th. Br. II. Tb. 12. n. 4. p. 116. — Ἀντιγονέων denominatio an etiam monogrammate ſit expreſſa cf. *Wachter*. Archaeolog. Num. p. 59.

Antigonia. Non vnum tantum huius nominis oppidum; ſed varia et diuerſa fuiſſe, auctores fidem faciunt. Nam et in Epiro inter Chaones, in Macedonia, Arcadia, Bithynia et Syria a *Stephano* p. 163. recenſentur *Antigoniae*. Nicaeam Bithyniae celebrem vrbem ab Antigono Philippi filio Antigoniam nuncupatam refert *Strabo*, apud quem leuiter etiam hoc nomen deprauatum inuenitur Ἀντιγόνεια, pro Ἀντιγόνεια. — In numis ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ *Antigonenſium* Epiri, in Chaonia regione inſcriptis cernitur obeliſcus, vel meta potius intra corollam ex hederae foliis, botrisque vuae, quod procul dubio in Bacchi honorem factum fuit.)(Caput muliebre turritum, ita enim veteres depingebant vrbes. Æ. *Golz*. Graecia Tb. 3. fg. 7. p. 7. — *Eadem epigr*. circum caput illud turritum.)(Caput Mineruae cum galea et cono inſigni, et pegaſo volucri equo. Æ. *Golz*. ib. fg. 8. — *Ead. epigr*. intra coronam hederaceam. n. Caligulae quem ſiſtit *Morell*. Theſ. Imp. in Calig. Tb. 8. fg. 11. p. 702. — Numum horum Antigenenſium alium Traiani cum inſcriptione ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Antigonenſium Neocororum*, communicat *Golzius* in Theſauro p. 207.

Antigonia olim atque poſtea iterum *Mantinea* dicta. *Pauſan*. in Arcad. L. VIII c. 8. Soluta, quam cum Spartanis habebat ſocietate, vt ſuas terras tuerentur, Achaeis dediderunt, quare iure ſe dicere poterant *Antigonenſes Achaei*, quae denominatio occurrit in Æ. numo, quem *Haymius* Th. Br. II. Tb. 12. n. 4. vulgauit, in quo ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ. Mulier ſedens.)(Iupiter nudus ſtans, d. victoriolam, ſ. haſtam. — De qua Antigonia Arcad. *Cell*. Not. Orb. Ant. I. p. 1001.

Antigonia inter Mygdoniae vrbes non poſtrema erat, quam *Ptolemaeus*, *Antigoniſam* vocat. *Stephano* Ἀντιγόνεια dicitur corrupte, cum citra diphthongum Ἀντιγόνια ſcribi debeat. Ab Antigono Gonata conditam refert. Non procul a Caſſandrea videtur ſita fuiſſe, vt ex *Liuio* colligimus. Vrbs erat maritima et valida. De Romanorum circa illam clade *Nonnius* Comment. in *Golz*. Graec. Oper. III. p. 191.) *Cellar*. Not. Orb. Ant. I. p. 841. — In numis legitur ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ in clipeo Macedonico.)(Caput diademate cinctum. An illud Antigoni Gonatae ſit dubitare quis poſſet, cum effigies illius, quae apud *Golz*. Tb. 38. expreſſa, non omnino cum hac conueniat; haec enim malas lanugine ornatas habet, alia non. Æ. *Golz*. Graecia Tb. 24. f. 3. — ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ. Equus gradiens, omnia intra quadratum.)(Caput Apollinis laureatum. AR. *Golz*. ibid. fg. 4.

Antigonia in Syria ad Orontem fluuium prope Antiochiam ab Antigono condita, et Antigonia a nomine ſuo nuncupata, ſed breui poſt tempore, qua condita fuerat, euerſa fuit atque deleta. *Cellar*. Not. Orb. Ant. II. p. 351.) *Froel*. Annal. Syr. p. 10. et 14.

ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ, ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, *Antigonus*, *Antigoni* nomen vel regis Macedoniae vel Aſiae minoris, vel Iudaeae, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, *Regis Antigoni* numis inſcripti; ſiue magiſtratus nomen, vti in Rhodiorum numo: ΕΠΙ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΡΟΔΙΩΝ, *Sub Antigono*. *Theup*. 1291. — Le-

— Legitur et ΑΝΤΙΓΟΝΟϹ magiſtratus in n. Dyrrhachii Illyrici.

Antigonus Tutor, ΦΟΥΣΚΟΥ cognomine adpellatus, vnus e poſtremis Macedoniae regibus, cuius numos *Golzius* quidem non adduxit, qui tamen iuxta *Spanhem.* I. p. 385.) *Beger.* Th. Br. I. p. 247.) *Wachter.* Archaeol Num. p. 70. 71. exſtant, in quibus hinc caput illius regis cum cornibus hircinis, clipeo Macedonum cum ſtellis incluſum, retro Herculis claua; illinc Pallas ſtans armata et fulmen vibrans, c. inſcr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. Alii adſcribunt idem numiſma Antigono Gonatae, qui magni Alexandri miles, ac poſt eius obitum plurimis in Aſia Dynaſtiis potitus, primus inter Alexandri ſucceſſores regis titulum adſumſit.

Antigonus ille *Gonatas* dictus, rex Aſiae, Demetrii Poliorcetae filius, pulſis aemulis, ſibi et poſteris Macedoniam adſerit. Cuius numi ſunt: 1. Caput cornutum, retro quid clauae; totum cinctum ſcutis Macedonicis, circulari ornamento incluſis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, *Regis Antigoni*. Pallas gradiens pendentibus ex vtraque manu alis, ſ. clipeum praetendit, d. telum, in area hinc galea criſtata, inde HP. AV. et AR 1. *Froel.* Annal Syr. Tb. 2. fg. 2. p. 11. *et* Elem. Num. Tb. 7. fg. 6.) *Theup.* p. 1218.) *Beger.* Th. Br. I. p. 247.) *Wachter.* Archaeol. Num. p. 71.) *Guſſeme* I. 156.) *Eckhel.* Cat. I. p. 93. ſed in area TI.) *Theup.* ibid. — Idem numiſma a quibusdam Antigono, patri Poliorcetae, adſcribitur. — 2. Caput promiſſis barba et capillis, cornutum, et corona cinctum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. Apollo nudus inſidet dimidiae naui, d. arcum gerens, ſ. naui imponens, inferius monogramma et alia nota. AR. 1. *Froelich.* Annal Syriae Tb. 2. fg. 1. p. 11. *et* eius Not. Elem. Tb. 12. fg. 4. p. 164. inter Aſiae minoris reges, vbi caput hic ſignatum Neptuno tribuit ob barbam, et coronam, quae arundinea eſſe ei videtur.) *Dutens* Explication de quelques Médailles pl. 4. n. 2. p. 105. ſq. qui tamen adſerit non Neptuni, ſed Panis corymbiferi caput in numo repraeſentari, additque *Winkelmanni* de eodem numo iudicium: Médaille auſſi mal repréſentée, que mal expliquée.) *Cimel. Vind.* I. p. 35.) *Eckhel.* Cat. I. 136. inter Aſiae minoris reges.) *Reinhard.* Geſchichte des Kõnigreichs Cypern P. I. Tb. 3. fg. I. p. 49.) *Spanh.* I. p. 384.) *Theup.* p. 1197.) *Guſſeme* I. p. 156. — 3. ΒΑϹΙΛЄΩϹ ΑΝΤΙΓΟΝ. Intra coronam lauream.)(Epigraphe litteris Phoeniciis, vel Samaritanis ſiue Parthicis. In area cornucopiae cum faſcia et botro. Æ 3. *Froel.* Annal. Syriae Tb. 2. fg. 3. qui vero in Not. Elem. Num. Ant. Tb. 20. fg. 5. p. 221. Antigono regi e ſtirpe Maccabaea ab eodem *Froelichio* rectius attribuitur; quocum conſentit *Eckhel.* Cat. I. p. 248. — 4. Caput Palladis galeatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. Victoria expanſis alis ſtans, d. elata coronam, ſ. tridentem, vel crucem vexilli. AV. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 4. p. 11. *et* Not. Elem. Tb. 12. fg. 3. p. 164. inter Aſiae minoris reges. — 5. Caput imberbe galeatum.)(Β. Α. et litterae ΑΝΤΙ monogrammate iunctae. Vir gradiens, arma imponit tropaeo. Æ. 3. *Wachter.* Archaeol. p. 59.) *Theup.* 1218. — *Golzii* numiſmata Antigoni Gonatae cum titulo ΓΟΝΑΤΟΥ conficta ſuſpicatus eſt *Froelichius* Not. Elem. p. 142. Eſt in iſtis *Golzianis* a) Caput regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, et in imo exergo ΓΟΝΑΤΟΥ, *Regis Antigoni Gonatae*. Iupiter ſeminudus ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam, in area tropaeum erectum et monogramma. AR. *Golz.* Graecia Oper. III. Tb. 38. fg. 5. — b) Caput diadematum dependentibus faſciis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΓΟΝΑΤΟΥ. Idem Iouis ſedentis typus, ſed deeſt tropaeum, adpoſito

alio

alio monogrammate. AR. *Golz.* ibid. fg. 6.

Antigonus II. ΔΩΣΩΝ, *Daturus* conſtrictio adpellatus, rex Macedoniae, cuius Æ 3. numum recenſet *Eckhel.* Cat. I. p. 94. Fulmen eſt in eo intra clipeos Macedonicos.)(B. A. Βασιλέως Ἀντιγόνου, *Regis Antigoni.* Galea criſtata, in area E.) *Froel.* Not. Elem. p. 142. ſed ΒΑΣΙ. in alio Α. ΒΑΣ.

Antigonus rex in Aſia minore, ad quem refert *Eckhel.* l. c. p. 136. et *Froel.* Not. Elem. Tb. 12. fg. 3. p. 164. numum AR. in quo caput Palladis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. Victoria ſtans cum corona et tridente. — Caput Neptuni vel Panis.)(*Ead. inſcr.* Apollo naui inſidens. *Froel.* ib. fg. 4.

Antigonus Ariſtobuli filius, rex *Iudaeae.* Ad hunc e ſtirpe Maccabaea Antigonum reſcribit *Froelichius* Not. El. p. 221. aereum numulum, quem Tb. 20. fg. 5. pariterque in Annal. Syriae Tb. 2. fg. 4. p. 11. Antigono Aſiae regi tribuerat, et qui ita habet: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝ. Intra coronam lauream.)(Cornucopiae. Inſcriptio charactere ignoto, forte Parthico. Ad eundem Iudaeae regem Æ 3. huncce numum retulit *Eckhel.* Cat. I. p. 248. — *Antigonus* vltimus Iudaeorum ex Aſmoneorum ſtirpe, vinctus cernitur in numis C. Soſii, M. Antonii legati, cuius regis hiſtoriam fuſe deſcribit *Ioſephus* L. XIV. Antiq. c. 16. et L. I. de Bell. Iud. c. 18. Nudus videlicet, manibus poſt tergum ligatis ad tropaeum reſpiciens in Æ 3. quem protulit *Morell.* Fam. Soſiae p. 396. et in AR. apud *Vaillant.* Pr. II. p. 14.

ΑΝΤΙΚ. *Antikaria, Antequera,* ciuitas Baeticae Hiſpaniae inſignis, pertinens ad Granadae regnum. Cuius numum *Florez,* et ex eo *Guſſeme* I. p. 157. offert, in quo caput iuuenile nudum, iuxta clauā.)(MV. ΑΝΤΙΚ. Leo.

ΑΝΤΙΚΟϹ, *Anticus* nomen magiſtratus. ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΛΙ. ΑΝΤΙΚΟΥ ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ, *Praeſide Gargilio Antico.* n. *Pautaliotarum* Thraciae. *Vaill.* Gr. — ΥΠ. ΓΑΡΓΙΛΙΟΥ ΑΝΤΙΚΟΥ, *Sub Gargilio Antico* legato Caeſaris Philippopolitarum. n. M. Aurelii. *Vaill.* ib.

ANTILOS HERACLEOS in Æ. max. Anthemii numo, quem profert Muſ. *Alban.* II. Tb. 118. p. 118. et repetit *Guſſeme* I. p. 153. — Ciuitas ad Rhodani ripas poſita eodem nomine exſtat, in qua ſuam ſtatuit ſedem Athaulphus Gothorum rex; hinc Palatium Gothorum adpellata, indeque *Saint Gilles* dicta. vid. *Anthemius.*

Antinoea vel *Antinoia corona* ab *Athenaeo* L. XV. deſcripta, e floribus loti plexa, et ab Antinoo deinceps denominata, in capite obſeruatur in Æ 3. apud *Triſtan.* I. p. 507. et *Patin.* Impp. p. 158 et 166.

ΑΝΤΗΝΕΙΝΟϹ (ſic cum Η.) ΑΥΤ. Μ. Α. ΑΝΤΗΝΕΙΝΟϹ, Elagabalus. cf. *Khell.* Suppl. p. 137.

ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ. — ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩϹ. — ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟϹ. — ΑΝΤΙΝΟΩ ΠΑΝΙ. — ΑΝΤΙΝΟΩΙ ΗΡΩΙ vid. *Antinous.*

ANTINOVS puer Bythynio, vrbe Bithyniae ortus, eximiae fuit pulcritudinis, ab Hadriano cuius non erat filius, ſed ſeruus et catamitus, in deliciis habitus, quem in Aegypto mortuum in ipſo adoleſcentiae flore, muliebriter fleuit Imperator, et ſolatii loco in heroum ſeu deorum numerum a Graecis referri iuſſit; plurimi ſtatuas, aras et templa illi conſecrauere. Bithynia commune templum Antinoo conſecrauit, vt et Philadelphenſes Lydiae; Bithynium vrbs, eius patria, eum adpellauit deum, et ita coluit. Quod

et

et luculenter euincunt tot Antinoi huius numi, in quibus ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ, vel ΘΕΟΣ cum addita eius effigie inſcribitur. Marcellus quidam eius ſacerdos renuntiatur. — r. Sub plurimis iuuenum deorum, Apollinis nempe, Bacchi, Mercurii et Luni imaginibus exhibetur in numis formoſus ille puer, et ſub animalibus etiam iis numinibus dicatis, ſub tauro ſcilicet, qui Apollini ſacer; ſub ariete, qui Mercurio; ſub Panthera, qui Baccho, prodit. Sic Calchedonii Antinoum vt Apollinem venerati ſunt; Smyrnaei vt Mercurium; Tiani vt Bacchum; Ancyrani vt Lunum; Nicomed. praeterea vt Harpocratem. Smyrnaei, inter alios Graeciae populos hunc herôem ſub Apollinis, Mercurii et Bacchi ſimul ſymbolis venerati ſunt, ac plurimos ei dedicarunt cum tauro, ariete et panthera in parte auerſa ſignatos numos, procurante Polemone. Alii figuram ipſius Antinoi equeſtrem cum caduceo, aut eundem pegaſo vel grypho vectum exhibent. Percuſſi autem ſunt iidem numi ab Achaeis Graeciae, Aegyptiis, Ancyranis, Bithynis, Bithynienſibus in Bithynia, Byzantiis, Calchedoniis, Corinthiis, Cyzicenis, Hadrianotheritis, Hierapolitanis, Iulienſibus, Nicomedienſibus, Nicopolitanis, Philadelphenſibus, Sardianis, Smyrnaeis, Tarſenſibus, Tianis; cuius generis nonnullos aeri inciſos ediderunt vel tantum dein illuſtrarunt Octau. *Strada*, *Erizzo*, *du Choul*, *Triſtanus*, *Seguinus*, *Vaillantius*, *Patinus*, *Spanhemius*, *Mediobarbus*, *Nicaſius*, *Mazzolenus*, *Bonarotius*, *Harduinus*, etc. Conſulendi quoque ſunt Imman. *Weber.* in Antiquitat. Antinoi. Gieſſ. 1707. 4. — Girolam. *Belloto* diſſ. ſopra una medaglia di Antinoo. — Ei. diſſ. ſopra un medaglione di Antinoo, in Atti eruditi della Societa Abrizziana P. I. p. 67 ad 78 et 79 ad 84. — Io. Henr. *Eggeling.* de orbe ſtagneo Antinoi in epiſtola ad Lucceuſium Abbatem. Bremae 1691. 4. — *Io. Reiskii*, ſub perſonato *Iani Rudgerſii* nomine, Epiſtola ad Io. Henr. *Eggelingium* de orbe ſtagneo aut numo potius adulterino, ſeu reprobo Antinoi. Francof. 1699. 4. — *Schlaeger.* Commentatio de numo Hadriani plumbeo, et quidem p. 19. 35. ſq.

a) *Achaei* Graeciae.

Ex eorum ſunt numero, qui Hadriano in effingendo Antinoo turpiter adulabantur. — 1. ΟCΤΙΛΙΟC ΜΑΡΚΕΛΛΟC Ο ΙΕΡΕΤC ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ, *Hoſtilius Marcellus Sacerdos Antinoi.* Caput Antinoi nudum.)(ΑΝΕΘΗΚΕ ΤΟΙC ΑΧΑΙΟΙC, *Poſuit Achaeis.* Mercurius nudus ſt. d. pegaſum frenat, ſ. caduceum oblongum. Æ. max. *Pedraſ.* Muſ. *Farneſ.* Tom V. Tb. 8. fig. 5.) Ant. *Auguſtin.*) *Erizzo.*) *Choul.*) *Menetr.*) *Mdb.*) *Theup.* p. 779. 883.) *Guſſeme* I. p. 13. n. 5. et 157. n. 9. vid. Lexicon noſtrum P. I. p. 43. — 2. *Similis*, ſed ΑΝΕΘΗΚΕΝ, et Mercurius ſtans nudus, d. ſtrophium, ante eum Priapus in cippo. Æ max. *Vaill.* Num. Gr. p. 44.) Muſ. *Alban.* I. p. 32. — 3. *Alius*, ſed templum pulcerrimum. Æ. max. *Nicaſ.* de Num. Pant. p. 41.) *Mdb.* 187.) *Guſſeme* I. 157. n. 8.) *Theup.* 779. 883. — 4. *Alius*, ſed Antinous eques cum haſta. Æ 2. *Vaill.* Gr. — 5. ΜΑΡΚΕΛΛΟC Ο ΙΕΡΕΤC ΤΟΥ ΑΝΤΙνου. Caput Antinoi cum toto pectore.)(*Sine epigr.* Vir nudus cum haſta ſtans ante aram vel cippum. Æ max. Muſ. *Alban.* I. Tb. 16. n. 3. p. 32. — 6. *Alius* haud abſimilis, in quo aries, ſed ΟΚΤΙΛΙΟC perperam legit *Patin.* Theſ. Num. p. 165.) *Guſſeme* I. p. 157. n. 10. habet: ΟCΤΙΛΙΟC ΜΑΡΚΕΛΛΟC. — 7. ΟΚΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟC ΟΡΕΤC ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΣ ita editus ab *Eggelingio* in Epiſtola de orbe ſtagneo Antinoi. Cum autem monetarius ſigma modo hac forma Σ, modo autem figura lunae falcatae

tae c pinxerit, praeterea OΠΕΤC ſcripſerit pro O ΙΕΡΕΤC, ac denique, pro ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ, vſurpauerit ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΣ; adeo vitioſa haec ſcriptura viſa eſt *Reiskio*, vt ſub nomine perſonato *Iani Rutgerſii* nummum ſpuriis adnumerandum eſſe decerneret. Fuſius de hoc Antinoi numo plumbeo Muſei *Molaniani* agit *Schlaeger*. in Comment. de Numo Hadriani plumbeo p. 20. 21. 34. 35. Ipſe vero Lucenſium Abbas in Epiſt. ad *Zach. Goezium* ſcribit: „De Antinoo meo ſtagneo recte iudicas. Quae contra egregii huius numi authentiam molitus eſt, ſub perſona *Rutgerſii*, beatus *Reiskius*, vir cetera non indoctus, quaſi re bene geſta, cum prolixa epiſtola ad me miſit ipſe. Orta hinc inter nos concertatio epiſtolica ſuper quaeſtione: an Romanorum temporibus numi genuini exſtiterint ex ſtanno, vel plumbo cuſi? id quod ego ſcriptionibus aliquoties iteratis, tot argumentis euici, vt victas mihi manus daret denique.

b) *Adramyteni* Myſiae.

ΑΝΤΙΝΟΟC ΙΑΚΧΟC, *Antinous Iacchus*. Caput Antinoi hedera coronatum.)(ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ ΕΥΓΕCΙΟC ΑΝΕΘΗ. *Adramyttenorum Egeſius dedicauit*. Ceres ſedens. *Haym*. Theſ. Brit. II. Tb. 34. fg. 1. p. 278. 279. vid. ſupra ΑΔΡΑΜΥΤΤΕΥΜ p. 77. — De nomine Bacchi *Iacchus* plenius *Eckhel*. Num. Vet. p. 232. 233.

c) *Aegypti*.

Hadrianus Antinoum ſuum, dum per Nilum nauigat, perdidit. *Spartian*. in vit. Hadr. c. 14. — Ex *Harduini* ſententia nullus quem adfirmare poſſis in Aegypto cuſum, niſi forte vnum aut alterum Alexandriae ſignatum; quorum aliquos iam *ſupra* p. 367. recenſuimus. — 1. ΑΝΤΙΝΟΟC. Caput eius iuuenile.)(Figura equeſtris, d. caduceum. *Gueſſeme* I. p. 157. n. 3. — 2. ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟC. Caput Antinoi nudum.)(Ipſe in equo d. caduceum, ſ. habenas, in area L. . Æ 2. *Pembrok*. III. Tb. 51. fg. 9. — 3. L. Η. *Anno Octauo* nempe Hadriani. Caput Antinoi pectore tenus.)(Caput Hadriani laur. vt *ſupra* l. c.) Muſ. *Piſan*. I. Tb. 13. n. 2. p. 35. — 4. L. Θ. *Anno Nono*. Antinous eques, vt *ſupra* 367. ſed emendanda eſt typothetae menda, qui offert *equus*. — 5. ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟC. Huius caput nudum.)(ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒ. Caput Hadr. nudum. Æ 2. *Triſtan*. I. p. 546.) *Harduin*. Oper. Sel. p. 763.) *Mdb*. 187.) *Gueſſeme* I. p. 157. n. 2. ſed Antinoi caput flore loti inſigne, et Hadriani laureati capitis epigraphen dat: ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒ. pariterque *Vaill*. Gr. — 6. *Similis*, ſed L. ΙΗ. *An*. 18. Hadriani. Æ 1. *Harduin*. ib. — 7. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Capite nudo, vultu iuuenili, cum flore in vertice, inſtar Iſidis.)(L. ΙΘ. *Anno* 19. Æ 1 et 2. *Patin*. Th. *Maurocen*. p. 121.) *Schulz*. MzCab. II. Tb. 2. fg. 13. p. 102.) *Harduin*. ib.) *Mdb*. 187.) *Theup*. 779. 884. 1134.) *Gueſſeme* I. 157. n. 4. — 8. ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟC. Caput flore ornatum.)(L. ΚΑ. *Anno* 20. Hadriani. Antinous eques cum caduceo, vt alter Mercurius. Æ. max. Muſ. *Piſan*. I. Tb. 13. n. 2. p. 36. it. Æ 1 et 2. *Theup*. 1134.) *Harduin*. 763.) *Mdb*. 187. — 9. *Similis*, ſed L. Μ. Mercurius cum caduceo equo inſidens. *Mdb*. 188.

d) *Alabandenſes* Cariae, forte.

ΑΝΤΙΝΟΟC. Caput nudum.)(Eques lento gradu, ſ. elata, litterae ΑΛ. ſub equo. Æ. *Haym*. Th. Brit. II. Tb. 33. fg. 10. p. 277. 897.) *Supra* p. 263. 264.

e) *An-*

e) *Ancyrani* Galatiae

ex coniectura *Vaillantii* et *Guſſemii*; At *Harduinus* Ancyrae in Phrygia tribuit Antinoi Æ 1. numum iam *ſupra* p. 614. exhibitum, qui et in collectione *Mediobarbi* p. 187. ſed corrupte ΙΟΥΛ. ΣΑΛΩΝΙ ΑΝΚΥΡΑΝΟΙΣ, vt apud *Triſtanum* p. 546.

f) *Arcadia.*

ΒΕΤΟΥΡΙΟΣ, *Veturius.* Caput Antonini nudum.)(ΤΟΙΣ ΑΡΚΑΣΙ, *Arcadiis.* Equus gradiens. Æ 3. *Theup.* p. 779. 883. 884.

g) *Bithynia* prouincia.

ΑΝΤΙΝΟΟΥ Η ΠΑΤΡΙΣ, *Antinoi Patria.* Antinoi caput nudum.)(ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ, *Commune Bithyniae.* Templum octo fultum columnis. Æ max. *Harduin.* Oper. Sel. p. 762.) *Guſſeme* I. 399. n. 6.) *Spanhem.* II. 330. — *it.* Æ. 3. *Vaill.* Gr.

h) *Bithynienſes* Bithyniae.

1. ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ Η ΠΑΤΡΙΣ, *Antinoum Deum Patria* ſua colit. Antinoi inſignis forma iuuenis effigies, modo ad d. modo ad ſin.)(ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ, *Bithyniorum Hadrianalium* vel *Hadrianorum.* Figura habitu paſtorali, d. pedum, antea arundo ſeu ramus, cum boue paſcente, ſupra aſtrum. Æ max. Muſ. *Alban.* I. Tb. 15. fg. 1. 2. p. 29.) Muſ. *Piſan.* I. Tb. 14. n. 1. p. 37.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Tom. V. Tb. 8. fg. 2. p. 134. ſqq.) Theſ. *Maurocen.* p. 57.) *Spanh.* II. 330.) *Vaill.* Num. Gr. p. 40.) *Guſſeme* I. p. 399. n. 1. — 2. *Alius*, ſed talaria ad paſtoris pedes ſunt adpoſita. *Bonarrot.* Num. Carp. p. 27.) *Mdb.* p. 187.) *Occo* Num. p. 166.) *Patin.* Theſ. Num. 106.) *Triſt.* I. p. 547. — 3. *Alius*, ſed in manu eſt patera. Num. max. mod. Reg. *Gall.* Tb. 5) *Spanh.* II. p. 333. — *Bos* in Antinoi honorem mactatus, *Harduino* p. 93. adſerente, in numo repraeſentatur. Phileſium vero Mercurii filium, vel potius Antinoum ipſum ſub nouo Phileſii nomine et imagine exſcalptum in numo agnoſcit *Triſtan.* l. c. — Antinoum ſub Mercurii forma dicit Muſei *Albani* editor; ille enim deus habitu olim paſtoritio indutus Apollinis boues pauit, vt narrat *Antoninus Liberalis*; ideoque Bithyniis in eo officio colebatur, vt optima boum paſcua, quae in agris vrbi proximis laetiſſima erant, et irrigua fontibus, et aquis per arundinem expreſſis, tueretur, et conſeruaret. — *Aſtrum* etiam adiunctum, cum ſidus quoddam ſe videre diceret Hadrianus, quaſi ſcilicet ex Antinoi anima ſidus illud exortum eſſet, vt ſomniarunt procaces adulatores. *Dio Xiphil.* Hiſtor. L. LXIX. p. 793. — 4. *Eadem* hinc inde inſcriptio, ſed figura paſtoralis cum porco. *Mdb.* 187. — 5. *Similis*, ſed paſtoralis figura cum tauro et apro. *Mdb.* ib. — 6. *Ead. epigr.* circum Antinoi caput.)(*Ead. perigraphe*, ſed caput Proſerpinae ſpicis et racemis coronatum. Æ max. Muſ. *Alban.* I. p. 31. 32. — 7. ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ Η ΠΑΤΡΙΣ. Caput nudum.)(ΖΕΥΣ ΑΥΤΟΚ. ΠΑΤΗΡ, *Iupiter Imper. Pater.* Aquila fulmini inſiſtens. *Guſſeme* I. p. 157. n. 6.) *Mdb.* 182.

i) *Calchedonii* Bithyniae.

ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ, Antinoi Protome.)(ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΟΙΣ, *Calchedoniis*, Gryphus ſedens, pone figura nuda ſt. d. elata quid, in imo ΙΠΠΙΩΝ. Æ max. *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. I. Tb. 3. fg. 3.) *Guſſeme* II. p. 46. n. 8. Antinous quidem ſuper grypho volante, ſed nulla in imo inſcriptio. — Antinous factus eſt ΘΕΟΣ, *Deus*, ob formam vt Helena, et Ganymedes;

Etiam

Etiam dictus eſt ΗΡΩΣ *Heros*, de cuius vocis vera ſignificatione *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 295. et iam ante *Spanh.* II. p. 330.

k) *Ciani.*

1. ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟΣ. (*ſic*) Caput Antinoi.)(ΚΙΑΝΟΙ. Figura nuda ſtans, d. haſtam. *Mdb.* p. 187.) *Guſſeme* II. 171. n. 5. ſed ΚΙΑΝΟΙ . . ΑΝΘ. . — 2. ΚΙΑΝΟΙ. Figura nuda vtraque manu ſpiculum transuerſum gerens. *Mdb.* ib.) *Goltzius* p. 146. legit ΤΙΑΝΟΙ.

k) *Corinthii.*

ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ. Caput Antinoi nudum.)(ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ. Sol nudus in bigis, d. flagrum. *Æ* max. edit. in *Cim. Vind.* II. p. 6.) *Mdb.* 187. *Froel.* Not. Elem. p. 37. qui vero ΑΝΕΘΕΚΕ etc. totamque inſcriptionem reddit ita: *Hoſtilius Marcellus Sacerdos Antinoi Obtulit.*

m) *Cumaei* Aeolidis.

ΗΡΟΣ (*ſic*) ΑΝΤΙΝΟΟΣ. Caput Antinoi.)(ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕ ΚΥΜΑΙΟΙΣ, *Hieronymus* Praetor *Dedicauit Cumaeis.* Pallas armata ſtans, haſtamque vibrans. *Æ* max. Muſ. *Piſan.* I. Tb. 18. n. 1. p. 35.) *Supra* p. 634.) *Guſſeme* II. p. 409. n. 3. eandem poſticae epigraphen protulit, ſed Antonino adſcripſit.

n) *Cyziceni* Myſiae.

Caput Antinoi.)(ΑΓΧ. ΚΑ. ΣΤΝ. ΚΥΖΙΚ. Antinous d. elata, equo adſtante. *Guſſeme.* Ib. p. 426. n. 17.

o) *Hadrianotheritae* Bithyniae.

1. ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ. Huius caput nudum.)(ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ. Bos cum media luna. *Æ* 2. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* IV. p. 32. n. 3.) *Supra* p. 83. — 2. ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ ΑΓΑΘΟΣ, *Antinous Heros Bonus.* Bos effigie creſcentis lunae notatus; de quo nummo *Spanh.* II. p. 336.) *Mdb.* 187.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 764.) *Supra* p. 190. — 3. Sed)(ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΘΗΤΑ, *Hadriani Seruus.* Caput Apri. *Æ* max. *Theup.* 779. 884.

p) *Hierapolitae* Phrygiae.

ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ. Caput Antinoi medio corpore nudum.)(ΙΕΡΑΠΟΛΙΣ. Lunae creſcentis effigies cum ſolis ſidere. *Æ* 2. *Harduin.* Oper. p. 764.) *Vaill.* Num. Gr.) *Guſſeme* IV. p. 80. n. 14.

q) *Nicomedienſes* Bithyniae.

ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ. Huius caput nudum.)(Epigraphe multum vitiata: *Cimelium Vindobenſe* P. II. p. 6. ſecundum indicium *Vaillantii* legit: Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ. *Metropolis Nicomedia.* Aries et aſtrum. *Æ* max. *Eckhel.* Cat.) *Guſſeme* V. p. 246. n. 26.) *Bonarrot.* Num. Carp. Tb. 2. fg. 1. p. 25. ſq. ſed ſcriptum ΝΕΙΚΟΜΕΔΕΙΑ. — 2. *Alius*, ſed Taurus ſtans. *Æ* max. *Patin.* Imp. p. 209.) Num. Max. Mod. Reg. *Gall.* Tb. 5.) *Guſſeme* ib. — 3. *Alius*, ſed Harpocrates digitum ori admouet. *Golz.* 139.) *Mdb.* 187.) *Guſſeme.* — 4. *Alius*, ſed caput muliebre turritum. ibid.

r) *Nicopolis* Epiri.

1. ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ. Protome Antinoi.)(ΝΕΙΚΟΠΟ... Luna bicornis cum aſtro. Hunc enim Ha-

Hadriani amaſium per turpem Graecorum adulationem lunae fuiſſe inſertum, diſcimus ex *Tatiani* oratione contra Graecos, quos his verbis ſalſe ridet: „Quomodo mortuas Antinous adoleſcens ſpecioſus in luna ſedem obtinuit? quis illum eo deduxit. Æ 8. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 7. fg. 8. p. 102. — 2. Caput Antinoi.)(ΝΕΙΚΟΠΟΛΙC ΙΕΡΑ, *Nicopolis Sacra.* Protome Victoriae. Æ. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* V. p. 255. n. 9. — 3. . . . . Caput Antinoi cum pectore nudo.)(ΝΙΚΟΠΟLIS. Porta vrbis cum tribus fornicibus. Æ 4. *Theup.* 884.

s) *Philadelphenſes* Lydiae.

1. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Caput Antinoi nudum.)(ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Mulier ſt. d. temonem, ſ. cornucopiae. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. p. 267. — 2. ΕΠΙ ΑΙΛ. ΚΑΠΙΤΩΝΟC ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Sub Aelio Capitone Archonte Primo Secundum Philadelphenſium Neocororum.* Antinous in templo quatuor columnarum. Æ 1. *Vaill.* Graec. — 3. . . . ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Venus nuda ſt. pubi dextram admouet, in templo quatuor columnis fulto. Æ 2. *Vaill.* ib.) *Guſſeme* V. p. 415. n. 18.

t) *Rheſaina* Meſopotamiae.

ΑΝΤΙΝΟΟC. Caput Antinoi.)(Ipſe in equo, manum extendens; aedificium ex parte cernitur, cuius in limine illa equeſtris figura conſiſtit; ſub equo duabus lineis legitur: ΡΕΣ
ΤΑΔ quas litteras interpretatus eſt *Liebe* Goth. Num. p. 312. ΡΕΣαίνης Τῆς Αδριανῆς, *Rheſainae Hadrianae.* Æ.) *Mdb.* p. 187. eundem refert: ΡΕCΣΑΤ. Figura equeſtris prope aedificium quoddam, quam duo milites ſubſequuntur. Pariter *Guſſeme* I. p. 157. n. 7.) *Patin.* Imp. p. 208. legit: ΡΕΣΤ. ΑΔ. Eques. Æ.

v) *Sardiani* Lydiae.

1. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Caput huius nudum.)(CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Iupiter ſtans, d. fulmen, ſ. puellum Bacchum. Æ 3. *Eckhel.* Cat.) *Patin.* Imp. p. 208. et *Guſſeme* VI. p. 107. n. 23. qui tamen Saturnum in numo repraeſentari cenſent, puerum ſiniſtra geſtans. — 2.)(CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Apollo ſtans, d. lyram. *Guſſ.* ib. n. 24.

x) *Smyrnaei* Ioniae.

1. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Caput Antinoi nudum.)(ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ CΜΥΡΝΑΙΟΙC, *Polemon Poſuit Smyrnaeis.* Bos ſtans. Æ max. Muſ. *Alban.* II. Tb. 15. fg. 3. p. 29.) Muſ. *Piſan.* Tb. 14. n. 3. p. 38.) *Patin.* Imp. p. 209. et Theſ. Num. p. 107.) *Harduin.* Num. Ant. Illuſtr. p. 464.) *Occo.* Num. p. 166.) *Mdb.* 187.) *Vaill.* Num. Gr. p. 41. et Sel. Num. *Camp.* p. 19.) *Magnan.* Miſcell. P. I. Tb. 2. fg.) *Eckhel.* Cat.) *Guſſeme* VI. p. 229. n. 74. — Bouem in auerſa numi parte duplici modo interpretantur; coniiciunt enim ſtatuam eſſe a Polemone praeclariſſimo ſophiſta in honorem illius catamiti Imp. Hadriani poſitam; aſſeruant alii bouem in pueri Antinoi honorem ſollemnioribus ſacris vel ludis mactatum repraeſentari. Muſei *Albani* editor Apin Aegyptiorum deum, vti vulgo ſignari ſolet, in eo numo quaerit; namque in Aegypto, vbi periit, Antinous diuinos plurimum honores accepit, ſuadente Hadriano. — 2. *Similis*, ſed ſcriptum ΑΝΕΗΚΕΝ. — 3. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Caput eiusdem nudum.)(ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ CΜΥΡΝΑΙΟΙC. Aries, ante caduceus. Æ max. Muſ. *Alban.* I. Tb. 16. fg. 1. p. 31.) Muſ. *Farneſ.* Tom. V. Tb. 8. fg. 3. p. 136. ſq.)

ſq.) Apud *Vaillantium* Num. Gr. p. 41.) *Angelonum* in Hadriano.) *Mdb.* 187. et *Guſſ.* I. 157. n. 6. caduceus deeſt, qui arieti iunctus notat, vt *Pauſan.* in Corinth. docet, praecipuum Mercurii ſymbolum, ſub quo deliteſcere credebatur, maximeque gaudere nouum ab Hadriano factum numen. — 4. *Similis*, ſed panthera femella d. pede thyrſum. Æ max. edit. in Cimel. *Vind.* II. p. 6.) *Guſſeme* VI. l. c. — 5. *Similis*, ſed prora nauis. Æ max. Muſ. *Farneſ.* Tom. V. Tb. 8. fg. 4. p. 139. ſq.) Muſ. *Piſan.* Tb. 14. n. 2. p. 38.) *Mdb.* 187.) *Guſſeme* ib. Illuſtrat numum hunc *Philoſtratus* L. I. de vit. Soph. n. XXV. de Polem. §. 1. „Conceſſiſſe, inquit, Smyrnaeos Polemoni eiusque poſteris, vt ſacram triremem conſcenderent. — 6. *Similis*, ſed Alexander ſub platano recumbens, capite ſupra clipeum, ante duae Nemeſes ſtantes. Æ max. *Spanhem.* I. 567.) *Guſſeme* VI. p. 229. n. 74.

y) *Tarſus* Ciliciae.

1. ΗΡΩC ΑΝΤΙΝΟΟC. Caput Antinoi nudum.)(ΑΔΡΙΑΝΗϹ ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΝΕΩΚΟΡΟΥ, *Hadrianae Tarſi Metropoleos Neocorae.* Ciſta myſtica Bacchi inter tres thyrſos, infra quam ſcriptum: ΝΕΩ ΙΑΚΧΩ, *Nouo Baccho.* Æ 1. *Eckh.* Num. Vet. Tb. 13. fg. 16. p. 232. 233. vbi plenius de hoc Antinoi numo et Bacchi denominatione. — 2. *Ead. epigr.* ſed pro ciſta eſt tripus cum ramo humi iacente, infra ΝΕΩ ΠΥΘΙΩ, *Nouo Pythio.* Æ 1. *Bonarott.* Num. Carp. Tb. 2. fg. 3. p. 36. ſq. illuſtrauit, quaecunque ad inania Apollinis ac Bacchi encoenia pertinent, quorum nomine deorum Tarſenſes Antinoum venerati ſunt haud dubio propter formae excellentiam, quam natura illi largita eſt, eum deorum pulcerrimis aequiparando.) *Eckhel.* Cat. — 3. *Similis*, ſed deſunt ſub tripode vocabula: ΝΕΩ ΠΥΘΙΩ. *Guſſeme* VI, p. 287. n. 8.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 164. vbi praeterea vox ΝΕΩΚΟΡΟΥ omiſſa eſt. — 4. *Similis*, ſed figura fluuii decumbens, d. ramuſculos, ſ. innixa vrnae aquas vomenti; in imo ΚΥΔΝΟC. Æ. *Nicaſius* de Num. Panth. p. 9.) *Bonarott.* Num Carp. Tb. 2. fg. 2. p. 30. ſq.) *Mdb.* 187.) *Guſſeme* ib. n. 9.

z) *Tiani* in Bithyniae et Paphlagoniae confinio.

1. ΑΝΤΙΝΟΩΙ ΗΡΩΙ Eiusdem caput nudum.)(ΤΙΑΝΟΙ. Antinous ſpecie Bacchi ſeminudus pantherae inequitans, ſuper humero ſiniſtro thyrſum. Æ max. *Spanh.* II. p. 333.) *Vaill.* Sel. Num. Camp. p. 21.) Cimel *Vind* II. p. 6.) *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. I. Tb. 3. fg. 2. ſed baculo vitis ramuſculus circumuolutus.) *Vaill.* Gr.) *Mdb.* 187.) *Guſſ.* VI. p. 377. n. 3.) *Eckhel.* Cat. — 2. *Similis*, ſed Antoninus ſemitectus ſedens ſuper baſi, ſ. bacillum. Æ max. Cimel *Vind.* II. p. 6) *Mdb.* 187) *Guſſeme* ib. — 3. *Similis*, ſed Neptunus in naui vectus a duobus equis marinis, d. tridentem, ſ. habenas; in nauis puppi ſtat parua figura. Æ max. edit. in Cim. *Vind.* II. p. 6. — 4. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Caput Antinoi nudum.)(ΤΙΑΝΟΙ. Bacchus nudus ſt. d. cantharum, ſ. thyrſum, pro pedibus panthera. Æ 3. *Vaill.* Num. Gr.

Praeter hos cum vrbis cuiusdam nomine ſignatos Antinoi numos, obſeruantur et alii, e quibus vero non liquet, qua in vrbe ſint percuſſi. Nullus in toto quidem Oriente Antinoi numus eſt. — 1. ΗΡΩC ΑΝΤΙΝΟΟC. Caput pectore tenus.)(Panthera cum thyrſo. Æ max. Muſ. *Piſan.* Tb. 12. n. 2. p. 34. — 2. *Similis*, ſed aries. Æ max. *ibid.* n. 3. — 3. *Alius* ſed Apollinis habitu cum lyra gryphe vectus. *Spanh.* I. 272. — 4. *Ead. perigr.* idemque caput.)(Antinous equo inſidens, d. ca-

d. caduceum. *Oiſel.* Num. Sel. Tb. 78. fg. 11. 12. p. 415. — 5. ANTINOΩ ΠΑΝΙ. Protome Antinoi nuda, capite hedera coronatum, ſ. pedum.)(Epigraphe vitiata. Taurus ſtans. Æ max. edit. in Cim, *Vind.* II. p. 6. — 6. *Ead. adu.*)(VICTORIA AVG. Victoria ſtans d. coronam, ſ. palmam. Æ 1. Contorn. *Vaill.*) *Guſſ.* I. p. 157. n. 1. cui vero videtur fictus. — Pluribus de Antinoo eiusque numis Guil. *du Choul* de vet. Romanor. relig. p. 192. edit. Amſt.) Octau. *de Strada* in vit. Impp. et Caeſ. Roman. p. 62.) Muſ. *Alban.* l. c.) Muſ. *Farneſ.* l. c.) *Rubenii* Num. *Arſchot.* Tb. 40.) *Angelon.* p. 130.) *Bonarott.* Num. Carp.) *Oiſel.* Num. Sel. 415.) *Hauercamp.* Num. R. Sueciae. Tb 153.) *Spanh.* I. p. 301. ſq. et II. 333.) *Seguin.* Sel. Num. Ant. p. 143. ſq.) *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 19. 20 et alii.

ANTIO. *Antiochia.* ANTIO. COL. *Antiochia Colonia* Piſidiae. — COL. CAES. ANTIO. *Colonia Caeſarea Antiochia* Piſidiae.

ANTIO. Ἀντιοχέων, *Antiochenſium.* ANTIO. ΜΗΤΡΟ. vel ANTIO. Τ. ΜΗΤ. Ἀντιοχέων τῆς Μητροπόλεως. vid. *Antiochia Syriae.* — ANTIO. ΤΩΝ ΠΡ. ΙΠ. ΤΗΣ. ΙΕΡ. Κ. ΑΣΥΛΟΥ, Ἀντιοχέων τῶν Πρὸς Ἵππον τῆς ἱερᾶς Καὶ Ἀσύλου. *Antiochenſium, qui ſunt Ad Hippum, Sacrae Et Inuiolatae.* Mulier ſeu Semiramis capite turrito ſt. d capiſtro equum, ſ. c. c. Æ 2. M. Aurel. it. L. Veri. — ANTIOX. ΠΡ. ΙΠ. ΙΕΡ. ΑΣΥΛΟΣ. ΘΚΣ, *Antiochia Ad Hippum Sacra Inuiolata An.* 229. Typus anteced. Æ 2. M. Aurel. it. L. Veri. — *Ead. epigr.* addita ΑΥΤ. ſeu *Autonomiae* voce cum *anno* ΣΜΗ. 248. Idem mulieris typus. Æ 2. Commodi. *Vaill.* Gr. N. p. 255. vid. *Antiochia ad Hippum.* — ANTIOX. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑΣΥΛ. Π. ΣΑΡΟΝ, in area ΡΟΒ. *Antiochia Sacra Et Inuiolabilis Ad Sarum Anno* 172. Iupiter ſt. d. pateram, ſ. haſtam, pro pedibus ara. Æ 2. M. Aurel. V. *Antiochia ad Sarum.*

ANTIOX. Ἀντιόχου, *Antiochi.* ANTIOX. ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Antiochi Dionyſi,* regis Syriae.

ANTIOC. vel ANTIOCH. *Antiochia.* COL. ANTIOCH. *al.* COL. CAES. ANTIOC. *al.* ANTIOCH. *Colonia Caeſarea Antiochia* Piſidiae. — GEN. ANTIOCH. *al.* GEN. COL. ANTIOCH. *Genio Coloniae Antiochenſis.* — ANTIOCH. MENSIS, *Antiochia Menſis,* pro quo legit *Harduinus* vno verbo ANTIOCHENSIS; ſed eſt ex *Vaillantii* obſeruatione nomen vrbis Antiochiae et dei Lunae denominatio, qui et *Menſis* vocatur.

Antiochea et *Antiochia* legitur, quia Graecorum ΕΙ nunc i nunc e pronuntiatur. *Vrſinus* ex antiquis codicibus epiſtolarum Ciceronis *Antiocheae* tuetur; etiam ex numorum epigraphe id liquet: COLONIAE ANTIOCHEAE. — GENIO ANTIOCHEAE. — COL. ANTIOCHEN. vel COL. CAES. ANTIOCHEN. *Colonia Caeſarea Antiochenſis.* — COL. ANTIOCHENS. *Colonia Antiochenſis.*

ANTIOXEIA, *Antiochia* Cariae. ANTIOXEIA ΕΠΙΜΕΛΗ. ΚΛ. ΑΓΛΑΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ, *Antiochia Curante Claudio Aglao Frontone.* Fig. virilis ſedens d. ſimpulum, ſ. ſellae innixa, Æ 2. Domitiani. *Vaill.* Gr. p. 22. et 326.

ANTIOXEIΣ ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ, *Antiochenſes Pontificiam coronam.* vid. *Antiochia Syriae.*

ANTIOCHENI. COL. CAES. Fortuna ſt. Æ 2. M. Aurel. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 80. n. 7. — GENIO ANTIOCHENI. Mulier turrita rupibus inſidens, ad cuius pedes fluuius natans. Æ 2. Antiochiae Syriae. *Maſell.* Num. Pop. Tb. 3. n. 7. 8.

7. 8. — *Harduin.* vocabulum ANTIOCHENI ſic explicat: *Primae Narbonenſis Tutatori Imperii Odio CHriſtianorum Etiam Nobis Irato.* Iure meritoque *Iobertus* et alii de hac dubitant reſolutione.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, *Antiochenorum*, vel *Antiochenſium*. Hac ſolitaria epigraphe numi *Syriae* rectoris nomine vsque ad Caracallam caelabantur frequentiſſime: — At Diadumeniani numus apud *Mediobarbum* eadem epigraphe ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, adpoſitis tribus Furiis, et Philippi Iunioris numus cum eodem typo apud *Harduinum* ſpectant ad *Antiochiam*, in *Caria* ſitam, minime autem inter Antiochiae in Syria numos ſunt accenſendi. — Ad Antiochiam itidem Cariae referendus eſt Antonini Pii numus, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ inſcriptus, in quo Iupiter ſedens in templo tetraſtylo.

— ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. vid. *Antiochia In Ptolemaide.*

— ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Antiochenſium Et Laodicenſium Concordia.* Duae mulieres dextras iungunt, ſ. haſtas. *Antiochia* et *Laodicea* huius nominis plures perhibentur, ſed illae duae in Caria ſunt, a Seleuco Nicatore conditae, *Antiochia* ad Maeandrum ſita a patre Antiocho, *Laodicea* ad Lycum et Caprum fluuios a matre Laodice denominatae; ideo in numo Æ I. Commodi ſub ſpecie ſororum cum turribus ſupra caput exaratae ſunt, dextras in ſocietatis gratiam ſibi porrigunt, quaſi iure iurando inter eas facto.

— ΜΑΙΑΝΔΡΟC, *al.* ΜΕΑΝΔΡΟC, *Antiochenorum Maeander*, notiſſimus ille Cariae fluuius in quibusdam huius Antiochiae numis adſcriptus legitur, eleganti etiam ponte conſtratus exprimitur.

— ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. Ἀντιοχέων Μητροπόλεως Κολωνίας, *Antiochenſium Metropolis Coloniae* in Syria, et non *Antiochenorum Metrocolonorum*, vt coniecit *Patinus* in Theſ. *Mauroceno* p. 140. Syriae enim Antiochia in plurimis numis notatur: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Μ. ΚΟΛ. — ΜΗ. ΚΟ. — ΜΗ. ΚΟΛ. — ΜΗΤ. ΚΟ. — ΜΗΤΡ. ΚΟ. — ΜΗΤΡΟ ΚΟΛ. — ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. — ΜΗΤΡΟΠ. *al.* ΜΗΤΡΟΠΟΛ. *al.* ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ etc. vid. *Antiochia Syriae.*

— ΠΡΟC ΕΥΦΡΑΤΗΝ. vid. *Antiochia Ad Euphratem.*

— ΠΡΟC ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, *Ad Callirhoen.* vid. *Edeſſa* Meſopotamiae.

— Τ. ΜΗ. vel ΤΗC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, *Metropolis* vrbis in Syria Antiochiae, quae prae ſe fert *Metropolis* titulum, quo ab aliis eiusdem nominis vrbibus diſcernitur.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ, *Antiochenſium, Qui ſunt In Ptolemaide.* vid. *Ptolemais* Phoenices.

— ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΥΡΟΥ, *Qui ſunt Sub Tauro.* v. *Antiochia ad Euphratem.*

— ΤΩΝ ΠΡΟC ΔΑΦΝΗ. *al.* ΔΑΦΝΗΝ, *Qui ſunt Ad Daphnem.* v. *Antiochia Ad Daphnem.*

— ΤΩΝ ΠΡΟC ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, *Qui ſunt Ad Callirhoen,* vid. *Edeſſa.*

— ΤΩΝ ΠΡΟC ΤΩΙ CΑΡΩΙ. vid. *Antiochia Ad Sarum.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝΙ. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. (*ſic*) n. Alexandri Seueri ab Antiochenis Syriae.

ANTIOCHI. *Antiochia.* CL ANTIOCHI. *Colonia Antiochia. Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. 2. fig. 6. — COLON. ANTIOCHI. apud *Bandur.* I. p. 19. — ANTIOCHI. COLONI. *Antiochia Colonia. ibid.* p. 28. — COL. CAES. ANTIO-

 CHI.

CHI. *Colonia Caeſarea Antiochia.* Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 81. n. 5. vid. *Antiochia* Piſidiae.

Antiochia vrbs multiplex; ſupra quadraginta commemorant veteres. E ſedecim vrbibus, quae Antiochiae nomen a Seleuco Nicatore in Memoriam patris eius Antiochi, teſte *Appiano* in Syriac. p. 124. acceperunt, duae tantum ex iis *coloniae* fuerunt, *Piſidica*, et *Syriaca*. Antiochia Syriae maxima et metropolis perhibetur, partim in cliuo montis Silpii, partim in planitie poſita, quod monticulis declaratur in numis.

Antiochia ad Callirhoen de *Edeſſa* Meſopotamiae dicta. *Spanhem.* I. 585. 586. 607. — Ex vrbibus nomine Antiochiae haec a *Stephano* inter Antiochas octaua ſupra lacum Callirhoen, ſic ab illo vocata, quod fons Callirhoe in lacum bituminis feracem effluat. Vrbs, et fons, et lacus in Palaeſtina apud Iordanem fluuium ſita ſunt. *Plinius* L. V. de hac vrbe: „Arabia (latius ſumta) habet *Edeſſam*, quae quondam *Antiochia* dicebatur; *Callirhoen* a fonte nominatum. v. *Edeſſa.* — Numos ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟϹ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ vel ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ inſcriptos percuſſit Antiocho IV. Epiphani, Syriae regi. *Froelich.* Annal. Syr. reg. p. 93. n. 10.) *Harduin.*) *Theupol.* p. 1228.

Antiochia Cariae vrbs mediocris ad flumen Maeandrum ſita, et quidem ab ea parte, qua is Phrygiam adluit, ponte iunctus eſt fluuius. *Strabo* de illa: „Antiochenorum vrbs illorum, qui ſuper Maeandrum ſunt, nunc in Caria cenſa. Hodie nuncupatur *Tachiali.* — Animaduertendum hic in geographiae ſubſidium contra *Pellerinium*, qui in Rec. II, p. 120. Antiochiam hanc ſerius *Alabandam* dictam vult, quamuis alio loco ſcilicet Mel I. p. 137. ſententiae huic diffidat. Haec Antiochia ad Maeandrum teſtibus numis Imperatorum, et geographis Alabandae nomen numquam tulit, aedificata ab Antiocho Seleuci filio, ſecundum quietem ab adſtantibus tribus mulieribus monito, vt refert *Stephanus*, et quidem eo ipſo loco, quo antiqua Pithopolis ſtetit; aut ſecundum *Plinium* L. V. §. 29. vbi fuere Seminethos, et Cranaos oppida. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 88. 89.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 17.) *Bandur.* I. p. 8. not. 2.

a) *Autonomi numi.*

1. Caput imberbe laureatum ad ſ.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Pegaſus decurrens ad ſ. inter crura tripus, in ima parte. . . . ΣΤΕΤΣ. Æ max. pond. 257 $\frac{1}{2}$. *Pellerin.* Melang. T. I. Tb. 4. fg. 2. et p. 137. ſq.) Muſ. *Hunter.* p. 26. — 2. Caput idem, ſed ad d.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΕΡΕΣΘΕΤΣ. Pegaſus volans ad d. inter crura tauri facies. Æ 2. Muſ. *Hunter.* Tb. 5. fg. 7. — 3. ΙΕΡΑ ΒΟΤΛΗ. Caput iuuenile.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Iupiter ſt. d. aquilam, ſ. haſtam. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. p. 177.) *Froelich.* Notit. Elem. p. 74. falſo legit ΑΝΧΙΑΛΕΩΝ. — 4. ΙΕΡΑ ΠΟΤΛΗ. Caput muliebre velatum.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Figura ſt. d. pateram, ſ. haſtam. Æ 2. *Peller.* Tb. fg. 9.) *Hunter.* p. 26. — 5. ΒΟΤΛΗ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Caput muliebre velatum.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Aeſculapius ſtans cum baculo, cui ſerpens obuoluitur. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 12. fg. 8. p. 207. — 6. Inſcriptio detrita. Caput muliebre.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Mulier tutulata ſt. in templo quatuor columnarum, d. temonem, ſ. cornuc. Æ 2. Muſ. *Hunter.* Tb. 5. fg. 8. — 7. ΔΗΜΟΣ. Caput barbatum.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Fluuius decumbens. Æ. *Patin.* Imp. p. 8.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 19. ſed ad Antiochiam refert, quae Epidaphnes cognominata, Oronte amne diuiditur et nunc incolis *Antekié* dicitur.

2. *Imperatoribus* Auguſto, Claudio, Domitiano, Antonino, M. Aurelio

Aurelio, Commodo, Diadumeniano, Gordiano Pio, Philippo Seniori, Otaciliae, Philippo Iuniori, Decio, Etruſcillae, Valer. Seniori, Gallieno percuſſit ſequentes:

a) *Auguſto.*

1. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Caput laur. Auguſti.)(ΑΤΤΑΛΟΥ ΣΥΝΑΡΧΙΑ, *Attali Synarchia*, vel *Conſortium Imperii.* Caput Liuiae. Æ 3. *Vaill.* Gr.) *Harduin.* Oper. p. 17.) *Guſſeme* I. p. 158. n. 1.) *Morell.* Specim. p. 207. vbi numos Antiochenos, qui ſynarchiae mentionem faciunt, Cariae attribuit. — 2. ϹЄΒΑϹΤΟϹ. *Auguſtus.* Caput eius nudum.)(ΠΑΙΩΝΙΟΥ ϹΥΝΑΡΧΙΑ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Paeonio* collega vel duumuiro *Synarchia Antiochenſium.* Pallas armata gradiens. Æ. Haym. Th. Brit. II. Tb. 25. fg. 8. p. 215.

b) *Claudio.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Claudii laureatum.)(ΜΥΩΝΟΣ ΣΥΝΑΡΧΙΑ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, *Myonis Synarchia* ſeu *Collegium Antiochenſium.* Victoria gradiens ambabus palmam. Æ 3. *Triſtan.* Comm. Hiſt. I. p. 187.) ſed ratus tres diuerſas vrbes inſcriptionem exhibere.) *Patinus* eundem p. 101. exhibuit non meliorem.) *Harduin.* p. 72. *Arochenſibus* attribuit.) *Morell.* in Specim. p. 208. Antiochiae dedit.) Pariter *Vaill.* Adpend. Graec. Tb. 2. fg. 2.) *Guſſ.* n. 2.

c) *Domitiano.*

1. ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ. ΕΠΙΜΕΛΗ. ΚΛ. ΑΓΛΑΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ, *Antiochia Curante Claudio Aglao Frontone.* Figura virilis ſedens, d. ſimpulum, ſ. ſellae innititur. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* n. 3.) *Harduin.* Oper. p. 18. — 2. ΕΠΙ. ΓΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΛΑΥΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, *Sub Scriba M. Aurelio Glauco Antiochenſ.* Apollo d. plectrum, ſ. innixa columnae arcum. Æ 2. *ibid.*

d) *Antonino Pio.*

. . . . ΤΙ. ΑΙ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Caput eius laur.)(ΖΕΥϹ ΚΑΠΕΤ. . . . C ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Iupiter Capitolinus* etc. Iupiter ſedens in templo tetraſtylo, d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ max. edit. a *Froelichio* 4. Tent. p. 187.) *Eckhel.* Cat. I. p. 177.

e) *M. Aurelio.*

ΖΕΥϹ ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΥϹ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Iupiter Capitolinus* ibi cultus, ſeminudus ſedens d. haſtam, ſ. victoriolam; ex aduerſo Fortuna ſtans cum attributis. Æ max. *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* n. 5. *Harduin.* Oper. p. 18.

f) *Commodo.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Antiochenſ. Et Laodicenſ. Concordia.* Duae mulieres dextras iungunt, ſ. haſtas. Æ 1. *ibid.*

g) *Peſcennio Nigro.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mulier cum ſpicis, face et angue. *Spanhem.* p. 590.) *Harduin.* Oper. p. 18. qui vero numum recte cenſet adulterinum et recentem.

h) *Diadumeniano.*

Μ. Ο. ΑΝΤ. ΔΙΑΔΥΜΕ. Caput eius nudum.)(ΑΝΤΙΟΧ. Tres Furiae ſtantes. *Guſſeme* n. 7.) *Mdb.* minus recte Antiochiae in Syria attribuit.

 i) *Ger-*

i) *Gordiano Pio.*

ANTIOXEΩN MAIANΔPOC, *Antiochenſium Maeander.* Ipſe fluuius d. arundinem. Æ 1. *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* n. 8.) *Harduin.* p. 17.

k) *Philippo Seniori.*

ATT. K. M. IOT. ΦIΛIΠΠOC. Huius caput laur.)(ANTIOXEΩN. Iupiter Capitolinus ſt. cum pallio in templo quatuor columnis ſuffulto, d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ max. *ibid.*) *Harduin.* Oper. p. 18.) *Theupol.* p. 1061.

l) *Otaciliae.*

ANTIOXEΩN. Tres Furiae tunicatae ſtant, quaelibet vtraque manu inſtrumentum, vel attributum. Æ 1. Otaciliae. *Vaill.*) *Guſſeme* p. 159. n. 10.) *Harduin.* Oper. p. 18.

m) *Philippo Iuniori.*

M. IOΦ. ΦIΛIΠΠOC KAICAP. Caput illius nudum.)(Tres Furiae cum attributis, pro earum pedibus cerberi. Æ 2. *Patin.* Imp. p. 388.) *Vaill.* Gr.) *Guſſ.* n. 11.) *Harduin.* ib.) *Theupol.* 1069.

n) *Traiano Decio.*

ATT. K. TPAIANOC ΔЄKIOC. Huius caput laur.)(ANTIOXЄΩN MЄANΔPOC, *Antiochenſium Meander.* Pons ſex vel ſeptem arcuum, cui ſuperſtructum aedificium, impoſitaeque ſtatuae fluuii decumbentis, d. arundinem, ſ. cornucopiae tenentis; et viri ſtantis, quem Victoria coronat. Æ max. grana 245. appendens. Edit. in *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 47. fg. 1. p. 369.) *Band.* I. p. 8.) *Spanh.* p. 888.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 17.) Gr. ſed ei videtur loco Vi[...] mulier puerum geſtans, pari[...] apud *Guſſeme* n. 12.

o) *Herenniae Etruſcillae*

EPENNIA ETPOTCKIΛΛA CEB. caput.)(ANTIOXEΩN. F[...] decumbens humi, d. arundin[...] cubito vrnae impoſito. Æ 2. I. p. 34.) *Guſſ.* n. 13.) *Hard[...]* 18.) *Vaill.* Gr.

p) *Valeriano Seniori.*

AT. KAI. Π. ΛIKINNIOC OTAΛEPIANOC. Caput illiu[...] paludamento.)(ANTIOXEΩN[...] quinque fornicibus conſtan[...] fluuii decumbentis effigie, d. [...]dinem, ſ. cornucopiae; eque[...]tem conſcendit d. elata; ab [...] pontis parte erigitur arcus [...]phalis. Æ max. *Baudur.* I. p. [...] *Guſſ.* n. 14.

q) *Gallieno.*

ANTIOXEΩN MAIANΔPOC, [...]*chenorum Maeander.* Pons [...] quem figura fluuii decumben[...] ingreſſum pontis arcus videt[...] cerrimus. Æ max. *Band.* I. [...] *Guſſeme* n. 15.) *Vaill.* Gr.

Antiochia ad Daphnem le[...] Graecis eius numis Antioc[...] Epiphani, Syriae regi, perc[...] ANTIOXEΩN ΠPOΣ ΔAΦNI[...] ΔAΦNHN, *Antiochenſium, q[...] Ad Daphnem,* inſcriptis, hi[...]ter ſtans, illinc caput Apoll[...] Antiochi radiatum. *Froelich.* Syr. p. 51.) *Harduin.* Op. *Theup.* 1228. — An vero ab omni iure ac poteſtate praeſidis ſignati in eius numis dit *Spanhem.* I. 684. ſq. — I

Qui ſequuntur Antiochi I. Soteris numi, omnes cum inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ tantum exhibentur in Froelichii Annal. Syr. Tb. 4.) apud *Vaill.* reg. Seleucid.) *Geſnerum* I. Tb. 1) *Guſſeme* II. p. 172.) *Haym.* Theſ. Brit I. p. 34. ſqq et II. p. 21. 22.) *Muſell.* Reg. Tb. 5.) *Eckbel.* Catal. Vind. I. p. 210. 211. et apud alios. 1. Caput regis diadematum, et quidem Antiochi I. non II. vt alias creditum, id quod demonſtrant alii huius regis numi.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Regis Antiochi.* Apollo nudus cortinae inſidet, d. ſagittam, ſ. arcum, in area duo monogrammata. AV. RRR. ob metallum. *Froelich.* Annal. Tb. 4 fg. 1. p. 23.) *Vaill.* Seleuc. p. 52. et *Haym.* Th. Br. I. Tb. 3. fg. 2. p. 41. Antiocho II. attribuunt. De Seleucidis Syriae regibus, teſtante *Iuſtino*, credebatur olim, illos Apollinem generis ſui auctorem habuiſſe. Seleuco I. in hac ſerie regi, et imperii fundatori, mater ad bellum eunti, annulum ferreum dedit, quem antea concubitus praemium ab Apolline acceperat, cuiusque in gemma inſculpta erat ancora, genitale Seleucidarum inſigne. *Spanb.* I. p. 404 ſq.) *Beger.* Th. Br. I. p. 165. et alibi. — Altum apud *Vaillantium* ſilentium de illo ſedilis genere, cui Appollo inſidet, quod non in hoc ſolum, ſed in pluribus Syriacis numis occurrit, quod Latini *cortinam* dixere, qua tripus in ſacrificiis huius numinis tegebatur, cuique ſacerdos Pythia inſidebat; cuius cortinae meminit *Agoſtini* Italus interpres p. 156. et poſt *Schott* in noua explicatione apotheoſeos Homeri. — 2. 3. *Similia* numiſmata cum monogr. interdum, vt apud *Vaill.* duo. Aliud in Æ 3. apud *Froelich.* Annal. l. c. fg. 2. cuius iconiſmus eſt numiſmatis *Fawbeneriani.* Dubitat tamen *Froelichius*, ſitne tribuendus Antiocho I. an. III. *Eckhel.* Cat. I. p. 210.) *Geſner.* I. Tb. 1. fg. 16.) *Haym.* I. Tb. 2. fg. 4. p. 35.) *Muſell.* Reg. Tb. 5. fg. 7.) *Theup.* 1225.) *Vaill.* Seleuc. p. 24.) *Guſſeme* II. p. 172. n. 3. — 4. *Alius*, fere ſimilis, ſed in area penes Apollinem ancora, et [A]. AR 1. *Beger.* Th. Br. I. p. 165.) *Hantbal.* Exercitat. IV. Tb. 4. fg. 15.) *Eckb.* — 5. Caput muliebre ſimili vultu, nullo deae indicio. Exhibetur, vt cenſet *Froelich.* Ann. Syr. Tb. 4. ad n. 3 *Apame*, mater Antiochi, vxor prima Seleuci Nicatoris. Nam ſimile caput in Seleuci I. numo n. 17. dedit.)(*Eadem inſcriptio.* Elephas ſtans. Æ 3. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 2. fg. 8. p. 37.) *Froelich.*) *Eckbel.*) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 60. fg. 6.) *Guſſeme* n. 1. — 6. Caput mulieris alia ſpecie, et ornatu. *Laodicen*, auiam Antiochi, matrem Seleuci, hic referre cenſet *Haymius* I. p. 37.)(*Ead.* inſcr. Apollo ſedens, vt n. 1. Æ 3. *Froelich.* Annal. fg. 4.) *Haym.* I. Tb. 2. fg. 10. ſed in ima poſticae parte Σ po-ſita. — 7. Caput mulieris velatum diuerſa ſpecie a praecedentibus; *Stratonices*, vxoris Antiochi, caput hoc eſſe probabiliſſimum putat *Froelich.* Annal. p. 23.)(*Ead.* inſcr. Caput elephantis, quod ad victoriam de *Gallis* referendum eidem *Froelichio* videtur; pone pars nauis, et aſtrum. Æ 3. *Froelich.* fg. 5.) *Eckbel.* Cat. n. 14. — 8. *Simile* numiſma priori, ſed ad caput elephantis tripus tantum. Æ 3. *Haym.* I. Tb. 2. fg. 9. p. 38.) *Eckbel.* n. 3. — 9. 10. 11. *Alii* fere ſimiles vna cum tripode, ſed in area auerſae partis praeterea Σ. *al.* Κ. *al.* Δ. Æ 3. *Froelich.* n. 7.) *Liebe* Goth. Num. p. 109.) *Haym.* I. p. 39.) *Guſſeme* n. 5.) *Beger.* Th. Brand. III. p. 27. ſed infra caput elephantis Σ, quod male pro ſigla numerum 200. ſignificante accipit, a cuius vero ſententia diſſentit *Haym.* I. p. 39. 40. — 12. *Alius*, ora dentata. Æ 3. *Pembrok.* II. Tb. 60. fg. 7.) *Eckbel.* Cat. n. 13.) *Froelich.* Annal.

 fg. 6.

fg. 6. ſed ad caput mulieris A.) *Haym.*) Iudicio *Pellerinii* Rois p. 71. numi cum *ora dentata* non coepere ſignari ante Antiochum Magnum. Id ſi obtinet, hic numus tempora poſteriora requirit. Res ambigua. — 13. Caput Antiochi diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Caput elephantis, pone tripus. Æ 3. *Froelich.* Annal. n. 8. — 14. Caput Apollinis laureatum ob praetenſam Seleuci originem.)(*Ead.* inſcr. Apollo nudus cortinae inſidens, d. ſagittam, ſ. lyram ſolo impoſitam detinet. Æ 3 *Haym.* Th. Br. I. Tb. 2. fg. 5.) *Froelich.* Annal. fg. 9. — 15. Caput Apollinis ſimile priori.)(*Ead.* inſcr. Tripus. Monogrammatis veſtigia. Æ 3. *Froel.* Ann. fg. 10. — 16. *Similis*, ſub tripode ancora iacens, et hinc inde monogramma. Æ 3. *Froelich.* Ann. fg. 11.) *Eckh.* Cat. n. 6. — 17. *Alius*, ſed in area ΩΡ. Æ 3. *Eckhel.* n. 7. — 18. *Alius*, ſine ancora, in area Ζ. Æ 3. *Eckhel.* n. 8. — 19. *Alius*, in area ad tripodem hinc pharetra, inde arcus et monogr. ME. Æ 3. *Froel.* Ann. n. 12.) *Vaill.* Seleucid. p. 64.) *Haym.* Th. Brit. I. p. 22. 23. — 20. *Alius*, ſed elephas cum inſidente rectore, a tergo tripus. Æ 3. *Eckhel.* n. 9. — 21. Caput idem Apollinis laur. vel vt aliis videtur regis Antiochi.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Apollo nudus ſtans, d. ſagittam, ſ. innixus arcui, in area duo monogrammata. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 15) *Geſner.* Tb. 1. fg. 11.) *Guſſeme* n. 2.) *Maſell.* Rg. Tb. 5. fg. 6. — 22. *Alius* fere ſimilis, in area ΔΙ. Æ 4. *Eckh.* n. 16.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 2. fg. 4. ſed caput regis eſt diadematum, et in)(deſunt monogrammata, vel detrita. — 23. Caput ſimile.)(. . . . . ΣΙ . . . . ΝΤΙΧ. . . (*ſic*) Typus idem. Æ 4. fabricae nonnihil barbarae. *Eckhel.* Cat. I. p. 211. n. 17. — 24. Caput galeatum Palladis, pone ſignum impreſſum Σ.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Victoria genu flectens coram ancora ſcuto impreſſa, d. lauream attollit, ſub ſcuto M. Æ 3. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 2. fg. 6.) *Froelich.* Annal. Tb. 4. fg. 15. Victoria ſcilicet de Gallis relata, ob quam ancora, ſeu ſtirps Seleucidarum ampliori in honore collocata. — 24. Clipeus rotundus Macedonicus, in cuius medio ancora, aliis ſcutis circumdatus.)(*Ead.* inſcr. Elephas ſtans et monogramma. Æ 2. vel 3. *Haym.* Th. Br. I. Tb 2. fg. 7.) *Spanhem*) *Froelich.* Ann. fg. 18. — 25. Simile ſcutum Macedonicum cum ancora)(*Ead.* inſcr. Elephas, in vertice clava, in imo ΛΕ. Æ 3. *Theup.* p. 1226. — 26. Caput, quia attritum dubium, an Antiochi, an Apollinis.)(*Ead.* inſcr. Elephas cum ſeſſore, a tergo tripus. Æ 3. *Froelich.* Ann. fg. 17. Victoria illa de Gallis elephantum potiſſimo ſubſidio obtenta, inde elephas in tot numis ſculptus. — 27. Caput Iouis imberbe ornatum, ſiue ſit alterius idoli.)(*Ead.* inſcr. Fulmen pone claua cum ancora incuſa. Æ 3. *Froelich.* Ann. Tb. 4. fg. 18. — 28. *Similis*, ſed caput Iouis barbatum.)(Fulmen ſine claua, et ſignum incuſum quaſi ramus. Æ 3. *Froel.*) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 3. fg. 1. p. 21. ſed ei nota incuſa delphinus, Seleuciae vrbis maritimae ſignum videtur. — 29. Caput Iouis laureatum.)(*Ead.* inſcr. Fulmen alatum. AR. 3. *Froel.* Ann. n. 20. *Seleuciae* in Pieria Syriae ſignati hi 27. 28. 29. numi, vbi fulmen pro deo habitum, ob augurium Seleuci I. — 30. Caput imberbe virile rictu leonino tectum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Iupiter ſeminudus ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam, ad pedes leo. AR 3. *Froelich.* Ann. n. 11. Simillimi numi ſub Alexandro M., Philippo Aridaeo, Seleuco I. Antiocho II. procuſi ſunt. — 31. *Simile* numiſma, ſed AR 1. et ſine leone, at ſub ſella Iouis duo monogrammata depicta in *Froel.* Annal. Tb. 4. fg. 22. Imago numi eſt, vti ſub Seleuco I. ibid. Tb. 2. fgg. 10. 11. — 32. Caput Antiochi galeatum.)(*Ead.* inſcr. Duo clipei. Æ 3. *Froel.* Ann. p. 25. n. 23.

n. 28. — 33. *Similis*, ſed tropaeum. *Froel.* ib. n. 24. Hoc numorum par catalogus Muſei *Theupolitani* Antiocho II. tribuit; ſed cum *Vaillantium* et *Haymium* ſecutus videatur, in vultu Antiochi cum iis aberrauerit, vt coniicit *Froel.* l. c. — 34. Caput iuuenile galeatum, an Alexandri M., an Palladis, aut forſam ipſius Antiochi I. ſit, haeſitat *Haymius.*)(*Ead.* inſcr. Pilei Diſcurorum, claua ſubiecta, in imo monog Æ 3. Haym. Th. Br. I. Tb. 3. fg 2. p. 22. — 35. Caſtor et Pollux equites, typus inſolens in moneta regum Syriae, neque vllus in *Vaill.* commentario Dioſcurorum equis inſidentium ſigna exhibet. In quibusdam tamen Tryphonis numiſmatibus, in vno Antiochi X. cognomine Pii, diuorum fratrum pileos ſignatos reperimus, quae a *Vaillantio* Seleucid. p. 296 et 394. Tripolitanae fabricae exiſtimantur, qua in vrbe, templo eorum numini ſtructo, ſumma religione colebantur. — 36. Neque alia quaerenda eſt patria numo Æ. in cuius)(ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ legitur, et Pallas ſtans, d. telum vibrans, ſ. ſcuto protecta, repraeſentatur, qui Palladis typus ſtirpem Macedonicam reſpicit, cuius deae ſignum etiam in numis Seleuci, huius Antiochi patris, videmus. *Haym.* I. Tb. 3. fg. 3. — 37. Caput Antiochi diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Elephas ſtans, in area monogr. ΜΙ litteris ΜΙ conſtans. AR 3. edit. in *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15. fg. 6. et illuſtratus p. 278. — *Mileti* procuſum eſſe numum plane perſuadet monogramma, quod alii quoque huius vrbis autonomi praeferunt, vt ΤΩ ΜΙΛ. in alio Æ. numo indicat, quem *Pellerin.* Méd. des Rois p. 66. edidit, eumque *Antiocho* II. tribuendum cenſet, qui magnam a *Mileſiis* gratiam iniit, quod eos a Timarchi tyrannide liberauit. Elephas vero in auerſa facie ſignatus ad Antiochum I. reſpicit. Hic rex moto in Gallograecos bello ſuis diffiſus viribus, cum ſuperiores numero et animis videret hoſtes, in ſpem tamen a Theodata Rhodio erectus ſexdecim elephantorum ope inſignem retulit victoriam, quo facto elephantum tantum in tropaeis proponi iuſſit. Illud fuſe perſequitur *Lucianus.* Ab Aſiae minoris populis *Seruator* inde dictus, quos ea victoria ſummo metu imminentis ſibi a Gallis iugi exemit. Haec *Mileſiis* cauſa fuerit dedicandae Antiocho monetae, et elephantum victoriae arbitrum in facti memoriam ſignandi. Effigies regis in numo propoſita creare nonnullis dubium fortaſſe poſſit, an huius Antiochi lineamenta prodat. Sed praeterquam quod numus in Ionia, non in Syria ſignatus eſt, conſtat, quam ſaepe fallant criteria ex lineamentis hauſta. In inſula quoque Chio ſignatus eſt numus cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, ſed quo *Barthelemyus* Antiochum III. indicari opinatur, *Caylus* Rec. d' Ant. T. II. p. 144.

Antiochus II. Deus,

ab Antiocho I. ex Stratonice genitus, Θεὸς, *Deus* a Mileſiis, cum eos a tyrannide liberaſſet, compellatus eſt. Patre Antiocho I. extincto, ſucceſſit in Syriae regno Olymp. 129. An Seleucid. 51. A. Chr. 262. — Duas ſimul vxores habuit, *Laodicen* vnam, *Berenicem* alteram. Ex Laodice eiusdem ſorore, geniti *Seleucus* II. eius ſucceſſor Ao. Seleucid. 66. A. Chr. 247. et *Antiochus Hierax*, ſeu *accipiter*, cuius numi forte ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ inſcripti ſunt. Laodices veneficio rex periit anno 15. a quo regnare coeperat. Eo mortuo Parthi Seleucidarum, quorum res inclinatas videbant, iugum excuſſerunt. — Cum ΘΕΟΥ, *Dei*, adpellatione non prodit in numis, ſed ſimplici ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, *Regis Antiochi*, epigraphe vſus eſt in moneta ſua, diſtinctione cognominis initio principatus haud neceſſaria, cum pater et filius a populis abunde

ASHMOLEAN OXFORD

abunde dignoſcerentur. - Numi huius regis ex omni magnitudine, et metallo reperiuntur, plerique obuii. — *Vaillant.* Seleucid. p. 52. ſq.) *Froelich.* Annal. Syr. P. III. c. 3. et P. IV. c. 1. 2. ſq. pariter in Notit. Elem. Num. p. 168.) *Haym.* Th. Brit. II. p. 40. 41.) *Guſſeme* Diccion. II. p. 172.) *Eckhel.* Cat. I. 211.) *Schulz.* Numoph. I. p. 29. — 1. Caput Antiochii II. diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Apollo ſedens cum attributis, vt in patris ſucceſſorumque regum numis, ad originis Seleucidarum memoriam, vel forſan ab Antiochenſibus in honorem Apollinis, apud eos peculiari cultu in Daphnes ſuburbio habiti, percuſſus. AV 1. RRR ob materiem auri puriſſimi et magnitudinem. *Froelich.* Annal. Tb. 2. n. 2. p. 27.) *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 3. fg. 2. p. 41. — 2. *Similem* AR 1. cum duobus monogr. protulit *Vaillant.* p. 52.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 60. n. 8.) *Theup.* 1226. — 3. *Similis,* ſed Æ. *Haym.* l. c. fg. 1. — 4. *Similis,* ſed pone tripus, infra clipeus. *Guſſeme* II. p. 172. n. 2. — 5. *Similis,* ſed in area ancora, et monogramma [A]. Æ 1 vel 2. *Froelich.* Annal. p. 27. 6. — 6. Caput diadematum iuuenile, cum ala ad aurem, quod *Vaillantius* Antiocho I. tribuit; at Victoriae caput eſſe, aut Mercurii, aut Antiochi Hieracis coniicit *Froelichius* Annal. Syr. p. 27. ad Tb. fg. 10.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Apollo idem nudus cortinae, in cuius ſummitate labrum foraminis nonnumquam comparet, inſidet, d. ſagittam, ſ. arcum, infra equus paſcens, in area apud *Froel.* l. c. preterea aſtrum, vel quaſi pentagonum, et monogramma. AR 1. 7. Caput regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Hercules pelle leonina ſemitectus, quae etiam ad ſaxum, cui is inſidet, extenditur, d. clauam ad ſolum detinet, ſ. demiſſa, infra duae notae R et Σ ſiue Σ inuerſum. AR 1. elegantiſſimus, ſingularis, et integerrimus verum vultum Antiochi II. docet, edit. in *Froel.* Annal. Tb. 4. fg. 1. pariterque in Notit. Elemen. Tb. 13. fg. 5.) *it.* commemoratus in *Eckhel.* Cat. I. p. 211. Herculis typus in nullo hactenus regis Syriae numo viſus eſt, qui videtur ad ſublatum tyrannum Mileti Timarchum adludere, ob quod factum ΘΕΟΣ dictus eſt idem rex Antiochus a Mileſiis. — 8. Idem regis caput diadematum cum inſcriptione in)(ſolita. Apollo nudus ſtans d. ſagittam, ſ. arcum. Æ 3. *Froelich.* l. c. fg. 4. — 9. Caput laureatum Apollinis vel Antiochi.)(Similis priori, adpoſitis monogrammatibus, quae depinxit *Froelich.* ib. fg. 5. — 10. Caput Palladis galeatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Duo pilei Dioſcurorum, infra quos claua iacens et monogramma. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 8.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 3. fg. 2. p. 22. Antiocho I. attribuit. — 11. Dioſcuri in equis decurrentes, d. haſtam vterque gerit. Dioſcurorum pilei, et maxime figurae equeſtres ad duos Antiochi filios Seleucum, et Antiochum reſpicere, et Tripoli in Phoenicia cuſi eſſe videntur.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Pallas galeata ſt. d. ſagittam, ſ. ſcutum. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 8.) *Haym.* l. c. fg. 3. ſed Antiocho I. adſcriptus. — 12. Caput imberbe pelle leonina tectum.)(*Ead.* inſcr. Iupiter, vt in numis etiam Antiochi I. ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam, ad pedes leo cubans, in area monogramma. Numiſma AR 3. perrarum, nec vultus a lineamentis Antiochi II. abludit, ſed pro aetate iuuenili. *Froel.* ibid. fg. 9. — 13. Caput Antiochi galeatum.)(*Ead.* inſcr. Duo clipei. Æ 3. *Theup.* 1226. — 14. *Alius,* ſed tropaeum. Æ 3. *Theup.* ib. — 15. Caput Apollinis laureatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Tripus, ad cuius pedes ancora. Æ. quem *Spanh.* primum vulgauit, eiusdemque typum T. I. p. 406. exhibuit.) *Schulz.* Numoph. I. p. 29. 30. Tripodem machinam quandam, hiatui terrae, ex quo fatidicus ſpiritus prodibat, ſuperpoſitam fuiſſe, cui

cui inſidens Pythia deum captabat, et vaticinia petentibus dabat, ex *Diodoro* docet *Beger.* Th. Br. I. p. 165. — 16. *Similis*, ſed addita ΜΙΛ. *Mileſiorum* adpellatione. Æ. *Pellerin.* Méd. des Rois p. 66.) *Guſſeme* II. p. 172. n. 1. — 17. Mentio fit Tom. I. Numiſm. Muſ. *Florentini* numiſmatis huius Antiochi; quod inſcriptum ſit tantum: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ, *Regis Antiochi Dei.* it. *Golz.* in Theſauro:

Antiochus III. *Magnus*,

Seleuci II. Callinici et Laodices filius natu minor, Seleuco III. Cerauno fratri adhuc impubis, et puer annorum quindecim in regno Syriae ſucceſſit Olymp. 139. aerae Seleucid. 89. A. Chr. 224. ſoliumque Syriacum 36. annis obtinuit. Magna initio geſſit belli facinora, et magna ſub finem a Romanis paſſus eſt. Cognomen *Magnus* an in numis obſeruetur? *Vaillantius* p. 150. dubitat; *Froelichius* vero non tantum inſcriptiones frequentes ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, ſed et ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ vulgauit, qui etiam annos Seleucidarum 112. et 117, anteriores non obſeruauit in eiusdem regis numis, qui raritate praeſtant, et non obuii ſunt. *Froelich.* Annal. Syr. P. II. c. 6. *et* P. IV. c. 1. 2. 5. pariter Notit. Elem. p. 168.) *Vaill.* Seleucid. p. 149. ſq.) *Haym.* Th. Brit. II. p. 44.) *Eckbel.* Cat. I. p. 211. 212.) *Guſſeme* II. p. 172. ſq.) *Theup.* 1227.

Antiochi III. vxor *Laodicea* erat Mithridatis IV. regis Ponti filia, ex qua filii duo, deinceps reges, *Seleucus* IV. et *Antiochus* IV. *Froel.* Num. Reg. Vet. p. 66. — In eius regis numis. 1. Caput Antiochi diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Apollo nudus cortinae inſidens, d. ſagittam, ſ. arcui innititur, in area monogramma ex Φ et Τ. *AV.* puriſſimum 524. Anglicana grana aequat, edit. in *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 3. fg. 5. p. 44.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 3. fg. 6. *Froel.* Annal. Syr. Tb. 5. n. 6. 2. *Similis*, ſed in area duo monogr. AR 1. *Froel.* Annal. Syr. Tb. 5. fg. 1. p. 37.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 60. fg. 2. — 3. *Similis*, ſed in area)(partis ΑΥ. AR 1. *Pembrok.* II. Tb. 61. fg. 2.) *Froelich.* Annal. n. 2.) *Guſſeme* II. p. 173. n. 1.) *Theup.* p. 1227. — 4. *Similis*, ſed alia monogrammata. AR 1. *Froelich.* Annal. n 3.) *Vaill.* Seleuc. — 5. *Similis* alter cum ancora loco alterius monogr. AR 1. *Beger.* Theſ. Palat.) *Froel.* l. c. — 6. *Similis* cum incerto monogrammate. Æ 3. *Theup.* 1227.) *Froelich.* ib. n. 5. — 7. *Similis*, in area vnicum monogr. ex Π et Α, ſic [monogr.]. Æ 3. *Froelich.* ib. n. 4. — 8. *Similis*, ſed in area Δ. Æ 3. *Theup.* p. 1227. — 9. *Similis*, ſed caput regis diadematum, a tergo A.)(*Ead.* inſcr. Apollo ſedens, vt in prioribus, inferius Δ. ex parte ramus. Æ 3. *Froelich.* Annal. fg. 7. — 10. *Similis*, ſed in area acroſtolium. Æ 3. *Eckbel.* Cat. n. 4. — 11. Caput Apollinis, vel regis Antiochi ſub ſpecie Apollinis, laureatum.)(*Ead.* inſcriptio, et figura Apollinis ſedentis, qui d. ſagittam, ſ. lyrae innititur. Æ 3. *Eckbel.* Cat. n. 5.) *Froelich.* Annal. n. 9.) *Haym.* II. Tb. 3. fg. 7.) *Theup.* 1227. — 12. *Similis*, ſed et in area monogrammata duo. Æ 3. *Haym.* II.) *Froelich.* Annal. n. 8. — 13. *Simile* caput laureatum.)(*Eadem* inſcr. Tripus ſt. infra ancora iacens, in area notae. Æ 3. *Haym.* II. Tb. 3. fg. 6. p. 45. — 14. *Similis* alius cum aliis notis. Æ 3. *Froel.* ib. fg. 10. — 15. *Simile* caput et *eadem* in)(inſcriptio. Apollo ſtans d. ſagittam, ſ. arcum, in area ΑΙ. Æ 3. *Froelich.* ib. n. 11. — 16. Caput, vt *Eckbelio* videtur, muliebre laureatum, quod vero *Froelichius* regis ipſius laureatum ac diadematum putat.)(*Ead.* epigr. Victoria gradiens, d. oblongum palmae ramum, in area Σ. Æ 3. *Froelich.* Annal. Tb. 5. fg. 14. p. 39.)

39.) *Ekhel.* Cat. I. p. 211. n. 6. 7. — 17. Caput regis diadematum.)(*Ead.* epigr. Fulmen, et claua cum ſigno incuſae ancorae. Æ 3 *Eckhel.* ib. n. 8. — Numiſmata 1 vsque ad 17 *incerti* ſunt *temporis*, ſed certo huius regis, cuius vultus longo et acuto naſo diſcernitur, tametſi de vno alteroue, cuius imaginem dederunt *Vaillantius*, *Haymius*, *Froelichius* dubitari poſſit, Antiocho I. Soteri potius, an Magno conueniat. Antiochus hic videtur praecipuus Apollinis cultor fuiſſe. Narrat enim *Florus* L. II. c. 8. „Cum Antiochus Magnus bellum in Aſiam pararet, Apollinis Cumani idolum continuo humore ſudaſſe." — 18. Caput Antiochi II. diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Nauis cum remo, vel tridente adpenſo, deſuper ΡΙΒ. *Ann.* 112. Æ 2. vel 3 *Froelich.* Annal. Tb. 5 fg 12. p. 39.) *Eckhel.* Cat. n. 9. Eſt hic *primus* Syriae regum numus, quem *epocha Seleucidarum* inſignem vidiſſe teſtatur *Froelichius.* Nauis ſollemne eſt Tyri, vel Sydonis in aere ſignato ſymbolum — 19. *Similis* numus, ſed ſine epocha, et nauis ſine adpendice. Æ 3 *Vaill* Seleucid. — 20. *Alius* cum capite regis diademato, eadem epigraphe, et naui dependente tridente, ſed ΡΙΖ. *An.* 117. Æ 2. *Vaillant.* Seleuc. p. 150.) *Froelich.* Annal. Tb. 6. fg. 15.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 587. — 21. Caput Antiochi diadematum vultu ſenili.)(ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ. *Antiochi Magni.* Palma arbor cum caryotis ex ea pendentibus, Phoeniciae vel Iudaeae ſymbolum in numis. Æ 3. *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 3. fg. 8. p. 46.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 6. fg 16. p. 39. *Eiusd.* Notit. Elem. Num. Tb 13. fg. 7.) Titulus hic ΜΕΓΑΛΟΥ magnam inter antiquarios controuerſiam excitauit. *Ioannes Faber* ad *Fuluium Vrſinum* numi aurei meminit, ita inſcripti: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. In Theſauro ſuo *Goltzius* quoque ſimiles numos exſtare monuit; ſed vix vllus comparet. *Vaillantius*, cum eiusmodi nunquam viderit, fidem illis omnem adimit p. 150. Non dubiae vero antiquitatis numus ab *Haymio* et *Froelichio* l. c. productus rem omnem diluit, iurgium tollit, atque Antiocho III. nomen ab hiſtoricis tributum numaria etiam auctoritate confirmat.

Antiochus IV. *Epiphanes*,

Syriae rex, Antiochi III. vel Magni filius natu minor, fratri Seleuco IV. Philopatori in regnum ſucceſſit Olymp. 131. aerae Seleucid. 137. ante Chr. 176. pro Demetrio Seleuci filio legitimo herede, Romae tunc obſide. — Vxor eius anonyma, Antiochis pellex — Poſt 12 annorum regimen vitam finiit An. Seleuc. 149 A. Chr. 164. eiusque filius Antiochus V. Eupator ſolium conſcendit Syriacum. *Froel.* Annal. Syr. P. II. c. 2. 3. 4. 6. itemque Notit Elem. p. 168) *Vaill.* Seleucid. p. 195. ſqq.) *Spanhem.* I. 420.) *Harduin.* p. 588.) *Haym.* Theſ. Brit. II. p. 50. ſq.) *Eckhel.* Cat. I. p. 212. 213.) *Gesſneri* II. 173 174. etc. — Primus cognomen in numis frequentius vſurpauit. Nam a Syris *Epiphanes*, teſte *Appiano*, cognominatus eſt, quod expulſis e patrio regno tyrannis quaſi patrius et domeſticus rex illis adparuerit; ſed ille cum Epiphanis ſola epigraphe nunquam in eius numis, etſi obuiis, obſeruatur; coniuncta ſaepius cum *Dei* adpellatione occurit: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, *Regis Antiochi Dei Adparentis*, vel *Praeſentis*, non *Illuſtris*, vt *Haymius* vertit. Samaritani An. 145. Seleucidarum aerae ad Antiochum legationem cum hac ſuperba nomenclatione miſerunt: ΒΑΣΙΛΕΙ ΑΝΤΙΟΧΩ ΘΕΩ ΕΠΙΦΑΝΕΙ, vt ſe ab immani illa Iudaeorum perſecutione, quorum cognati dicebantur, liberaret, quam deinceps adpellationem in numis Antiochus IV. saepe vſurpauit. *Spanh.* I. 429. ſolo tamen aliquando

quando ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ *Regis Antiochi* nomine contentus. — Caput eius modo diademate, in quibuſdam hedera cinctum, modo cum diademate coronam deorum more radiatam primus inter Syriae reges coniunxit, tanquam Deus praeſens et manifeſtus in terris adparere creditus; vel ΘΕΟΥ titulo vna cum corona radiata capiti adpoſita indicabatur: dignum eſſe regem, qui inter deos quaſi ſidus nouum refulgeat. Romanos ſubinde Imperatores haec impia adulatio adflauit. Aegypti regum ſolus Auletes, ſed Syriae regum deinde aliquot, et Auguſti radiata corona exhibebantur. — 1. Caput regis radiatum diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Regis Antiochi.* Apollo nudus cortinae inſidens, d. ſagittam, ſ. arcui innixa, in area ο/Ρ AR 1 et 3. *Vaill.* Seleuc.) *Froelich.* Annal. Tb. 6. fg. 1. p. 45. — 2. *Simile* caput.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Regis Antiochi Dei Epiphanis* ſeu *Adparentis*, *al. Illuſtris* vel *Nobilis.* Apollo, vt in priori. Æ 3. *Vaill.*) *Froelich.* ib. n. 2. — 3. *Similis*, ſed caput regis tantum diademate cinctum, et ſub ſolito Apollinis ſedentis typo monogramma. AR 3. *Pembrok.* Tb. 61. fg. 6.) *Vaill.*) *Eckhel.* Cat. I. p. 212.) *Guſſeme* II. p. 173. n. 6. — 4. *Alius* ſimilis, ſed maioris moduli. AR. *Pembrok.* ib. fg. 7.) — 5. *Alius*, ſed Æ 3. *Guſſeme* 7.) *Theup.* p. 1227. — 6. Caput Antiochi cum corona radiata.)(Inſcriptio ſimilis praecedentibus. Apollo nudus gradiens, ſ. arcum, d. retracta, velut ab arcu recens ſoluto. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 3.) *Vaill.* p. 195.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 4. fg. 3. p. 51. cui vero Apollo nudus ſt. d. ſagittam e pharetra dorſo impoſita depromens, ſ. extenſa arcum, quaſi iaculis ipſe obuium quemque perditurus. Apollinis impio cultui, vti et Iouis inſigniter deditus erat Antiochus. In Apollinis Delii templo varias ſtatuas Antiochi IV. ſumtibus erectas eſſe *Pauſanias* L. V. meminit. De templo in loco Daphnes ab eodem Antiocho Apollinis honoribus erecto *Froel.* Annal. ad an. Seleucid. 166. p. 50. — 7. *Simile* caput, et auerſae inſcriptio. Iupiter ſtans, d. fulmen, ſ. haſtam. Æ 3. *Vaill.*) *Froelich.* ib. fg. 4. — 8. *Similis*, ſed ad pedes Iouis aquila adſiſtens, et in area monogramma. Æ 3. *Froel.* ib. fg. 5. *et* Notit. Elem. Tb. 13. fg. 8. — 9. Caput regis diadematum.)(*Eadem.* Æ 3. *Vaill.* p. 195.) *Eckhel.* Cat. I. p. 212. — 10. *Similis*, ſed Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, ſub ſella monogramma. Æ 3. *Haym.* I. Tb. 4. fg. 4.) *Froel.* Annal. Tb. 6. fg.) *Vaill.*) *Eckhel.* Cat. n. 9. — 11. Caput Antiochi diadematum.)(*Ead.* inſcr. Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam, quae in apice flore ornata videtur loco pili; infimo loco areae monogramma, aut 1 nota. AR 1. *Froel.* ib. fg. 7. p. 45.) *Eckhel.* Cat. n. 7. — 12. Caput Antiochi cum corona radiata.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Figura ſeminuda ſedens, d. ſuſtinet figuram paruulam expanſis brachiis ſtantem, ad pedes figurae ſedentis, auis ibis vel aquila; intra ſellam nota Η. cui paruula figura, quam Iſis attollit, videtur Antiochi biennem filiolum Antiochum referre. — 14. *Ead.* inſcr. ſed Iuno ſedens, d. victoriolam, pro pedibus pauo. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 212. n. 2. — 15. *Alius*, ſed eadem Iuno capite tutulato, vel modio ornato. Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 3.) *Theup.* p. 1228. — 16. *Alius*, ſed inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Æ 3. *Froel.* ib. n. 8. — 17. Caput regis radiatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Iſis capite velato, ac tutulato ſtans, d. haſtam gerit, ſ. veſtem colligit. Æ 3. ora denticulata. *Froelich.* ib. fg. 9.) *Geſner.* Tb. 8. n. 9.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 4. fg. 5. p. 51.) *Muſell.* Reg. Tb. 6. fg. 3.) *Eckhel.* Cat. n. 4.) *Guſſeme* n. 5. — 18. *Similis*, ſed Æ 1.

Theup.

Theup. p. 1228. — 19. *Similis* cum nota A. ad occiput Antiochi. Æ 3. *Froelich.* n. 9.) *Eckbel.* n. 5. — 20. Caput regis radiatum diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Victoria in citis bigis, infra monogramma Æ 3. *Froelich.* fg. 23.) Æ 3 *Eckbel.* Cat. I. p. 212. n. 1. Certamina equorum, et curruum indicantur in ludis ad Daphnen, quos Antiochus inſtituit. — 21. Caput regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Figura nuda ſt. d. aſtrum, ſ. ſceptrum in capite luna. *Guſſeme* n. 1. — 22. *Simile* caput.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Aquila fulmini inſiſtens. Æ. *Froelich.* n. 10. Aquila iſta, vt Iſis, denotat Aegyptum Antiocho ſubditam — 23. *Similis*, ſed Æ 1 et 2. *Froelich.* l. c.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 4. fg. 6.) *Muſell.* Reg. Tb. 6. fg. 1. — 24. Caput radiatum cum diademate.)(*Ead.* epigr. idemque aquilae typus fulmen vnguibus retinentis. Æ 2. *Muſſell.* Reg. Tb. 5. fg. 9.) *Eckbel.* Cat. n. 13.) *Theup.* p. 1228. — 25. Caput muliebre diadematum, et cincinnatum.)(*Eadem* inſcr. et aquilae figura eadem. Æ 3. *Froel.* fg. 11 — 26 Caput Iſidis ſpicis, et loto ornatum, velatum, ac cincinnatum.)(*Eadem.* Æ 3. *Beger.*) *Froel.* fg. 12.) *Eckbel.* n. 12. ſed Æ 1. — 27. Iſidis caput, abſque ſpicis, loto ornatum, velatum, cincinnatum.)(*Eadem.* Æ 2. *Froel.* Annal. Tb. 7. fg. 14.) *Theup.* 1228. — 28 Priori fere ſimilis praeter impoſitum capiti florem loti, omiſſumque fulmen ſub aquila. Æ in Aegypto quoque cuſus, id quod capiti adiectus flos loti manifeſte confirmat. *Haym.* I. fg. 7. p. 52. — 29. *Alius* eodem cum regis titulo, ſed caput muliebre. *Guſſeme* II. p. 172. n. 3. ad Berenicem Antiochi II. vxorem ſecundam retulit. — 30. Caput Iouis barbatum laureatum.)(*Eadem* inſcr. et aquilae fulmini inſiſtentis typus. Æ mai. *Froelich.* fg. 13.) *Haym.* I. p. 54.) *Liebe* Goth. Num. p. 111.) *Eckbel.* Cat. n. 10. 11.) *Guſſeme* n. 3. — 31. *Similis*, ſed Iouis caput praeterea cornutum, vt Ammonis eſſe intelligatur. Æ. *Geſner.* Tb. 2. n. 18.) *Liebe* l. c.) *Muſell.* Reg. Tb. 6. fg. 2. — 32. Caput Iouis barbat. laureatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Aquila fulmini inſidens. Æ. *Geſner.* ib.) *Muſell.* Reg. Tb. 5. fg. 10. — 33. Caput Antiochi cum corona radiata.)(Temo, ſeu gubernaculum, cum epigraphe litteris Phoeniciis incognitis. Æ 3. Tyri, vel Sidone ſignatus. *Froelich.* fg. 15. — 34. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Idem regis caput diadematum, et radiatum.)(ΕΠΙΦΑΝ. Elephas cum face in proboſcide. *Guſſeme* n. 2. — 35. Caput Antiochi diadematum, cum ſigno incuſo ad collum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΣΙΔΩΝ. *Regis Antiochi Sidoniorum.* Nauis. Æ 3. *Froelich.* Ann. Tb. 7. fg. 16. — 36. *Alius*, ſed litterae Phoeniciae ſubſcriptae. Æ 3. *Vaill.*) *Eckbel.* n. 18. — 37. Caput huius Antiochi cum corona radiata, et diadematum; infra ſcriptum: ΑΝΤΙΟΧΟΥ.)(ΣΙΔΟΝ. (ſic) *Sidoniorum.* Europa, vel Dea Sidonia tauro vecta. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 4. fg. 9. p. 53. 54.) *Froel.* ib. fg. 17. — 38. Idem regis caput.)(ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ, *Antiochenorum, qui ſunt Ad Daphnem.* Iupiter Olympius ſtans, d. coronam victoribus offert, ſ. veſtem colligit. Æ 3. *Vaill.*) *Froelich.* fg. 20. — 39. *Similis*, ſed in area auerſae hinc Ε. inde ΔΙ. Æ 2. *Vaill.*) *Froelich.* n. 23.) *Eckbel.* Cat. n. 14.) *Harduin.* p. 589.) *Guſſeme* n. 8. — 40. *Alius* ſimilis, ſed hinc ΓΑ litteris nexis, inde ΑΒ. Æ 2. *Eckbel.* n 15.) *Froelich.* n. 22.) *Theup.* 1228. — 41. *Alii* alia monogrammata. Æ 2 et 3. *Froel.* ib.) *Theup.* ib. — 42. *Alius*, ſed a latere tripus. Æ 3. *Theup.* ib. — 43. Idem regis caput radiatum, idemque Iouis ſtantis d. corollam offerentis typus, ſed ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ, *Antiochenorum, qui ſunt Ptolemaide.* Æ 2. vel 3. *Froelich.* n. 24.

n. 24. vid. *Antiochia in Ptolemaide* ſupra p. 762. — 44. *Simile* caput regis radiatum.)(ANTIOXEΩN TΩN ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, *Antiochenorum, qui ſunt Callirhoen.* Iupiter ſt. d. coronam vel pateram, ſ. haſtam. Æ 3. *Vaill.*) *Froel.* Tb. 7. fg. 25. — 45. *Simile* caput.)(ANTIOXEΩN TΩN ΕΠΙ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, *Antiochenorum, qui ſunt Ad Callirhoen.* Æ 3. Iupiter ſt. d. aquilam, ſ. haſtam. Æ 3. *Froelich.* n. 26.) *Eckhel.* Cat. n. 16.) *Harduin.* p. 589.) *Theup.* 1228. — 46. *Alius*, ſed in area monogramma. Æ 3. *Eckhel.* n. 17. — 47. *Alius* additis litteris MP, *Anno* 140. *Guſſeme* n. 9. ſed male ſcriptis EP. — 48. Caput Antiocho IV. perſimile, radiatum, et diadematum, iugatum capiti muliebri.)(ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ≡ MP. *Tripolitarum, Anno* 147. Dioſcuri in equis. Æ 3. *Froelich.* fg. 29.) *Eckhel.* Cat. n. 19. — 49. Caput Antiochi diadematum, retro ΔMP. *An.* 144.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΤΥΡΙΩΝ, *Regis Antiochi Tyriorum.* Nauis, infra litterae Phoeniciae. Æ 2. *Vaill.*) *Froelich.* Tb. 7. fg. 18) *Harduin.* 591. — 50. *Similis*, ſed ad occiput EMP. *An.* 145. Æ 2. *Vaill.*) *Froelich.* fg. 19.) *Eckhel.* n. 20.) *Theup.* p. 1228. — 51. *Similis*, ſed ZMP. *An.* 147. Æ 3. *Froel.* n. 28.) *Harduin.* 592.) *Spanhem.* p. 865. quales numos Tyrii plurimis pro Antiochi in Aegyptum expeditione ſuppeditatis triremibus ſignarunt. Alias triremis Symbolum eſt imperii maris, interdum et felicitatis. — 52. ANTIOXOY ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Adiectae litterae ΤΙΗ, quarum ſignificatio *Harduino* p. 593. ignota eſt. Epocha certe ei non videtur eſſe. Æ 1. — 53. Caput Antiochi, quo ornatu, non eſt adnotatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Caput arietis, vel ad cultum Iouis Ammonis ſpectans, vel laeta agri paſcua indicans. Æ 3. *Memoires de Trevoux* An. 1737. p. 1789. — 54. Caput Antiochi cum corona radiata.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Ornamentum quidpiam gemmis diſtinctum. Æ 3. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 4. fg. 8. cuius typi vero explicationem aliorum arbitrio detulit.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 7. fg. 30. ſed p. 53. cenſet, fibulam eſſe auream, quali, teſte *Maccabaeor.* L. I. c. 11. vſ. 58. Syriae reges viros ſummi meriti, aut ſanguine iunctos condecorare ſolebant, et Lyſiae data videtur haec fibula, qui curator regni conſtitutus.

Antiochus V. *Eupator*,

prate Antiocho IV. Epiphane demortuo miſere, nono aetatis ſuae anno rex Syriae in locum Demetrii filii Seleuci IV. Philometoris, Romae tum obſidis, electus Olymp. 154. aere Seleucid. 149 ante Chr. 164. Ob paternam virtutem *Eupator* adpellatus, referente *Appiano*, quaſi felix eſſet, cui talis pater contigiſſet. Cum adhuc puer eſſet, vt ait ſcriptor *Maccabaeor.* L. II. c. 2. vſ. 11. a Lyſia educatus, quocum poſt duorum circiter annorum regnum a Demetrio I. eſt interfectus. — Numi Eupatoris ſummae ſunt raritatis, certe *Haymius* nullum huius regis nummum a falſitatis ſuſpicione liberum vidit, et ex eius conſilio in huiusmodi numis cautela nulla eſt ſuperflua. Falſarii enim Antiochi X. cognomen ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ arte tanta in ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ mutant, vt fraus etiam ſumma adhibita diligentia dignoſci vix poſſit. *Haym.* Th. Brit. I. p. 54. 55) *Froelich.* Annal. Syr. P. II c. 2. 3 4. et *eius* Notit. Elem. Num. p. 168.) *Vaill.* Seleuc. p. 118.) *Harduin.* p. 598) *Guſſeme* II. p. 174. — 1. Caput Iouis barbatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ, *Regis Antiochi Eupatoris.* Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. Ar. maximi moduli eximiae raritatis et elegantiae habendus, qui iuxta *Vaillantium* l. c. ſolus in cimeliis eſt obſeruatus. — 2. *Similis*, ſed in area E. Æ *Muſell.* Reg. Tb. 6. fg. 4.) *Guſſeme* l. c. — 3. Caput iuuenile diadematum Antiochi

Antiochi V. intra lauream.)(*Eadem*, ſed in area nota incerta. Æ 1. *Froelich.* Annal. Tb. 7. p. 55. *et* Notit. Elem. Tb. 13. fg. 9.) *Vaill.* Seleucid. — 4. *Similis*, ſed Æ max. *ibid.*

Antiochus VI. *al.* VII. *al.* XII.

Epiphanes Dionyſus,

in *Maccabaeorum* libris Νεώτερος, *Iunior*, vel adoleſcens propter aetatem, a *Ioſepho* Θεὸς adpellatur. *Spanb.* I. p. 408. Alexandri I. filiolus, rex in parte Syriae An. Seleuc. 168, qui durabat vsque ad autumnum anni Iuliani ante Chriſtum 144. Tryphon per dolum necari curat anno ſubſequente hunc Antiochum, qui *Dionyſus* ſeu Bacchus ob florem formae et aetatis compellatus eſt. — In numis: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ inſcriptis, caput illius hedera et radiis cinctum exhibetur, additis annis 168. 170. *Froelich.* Notit. Elem. p. 169. pariter Annal. Syr. P. III. c. 4. 5.) An idem, qui Antiochus XII. cum *Ioſepho*, vel Antiochus VI. ſtatui debeat, diſquirit *Spanhem.* I. p. 433.) S. C. explicatio numi Antiochi Dionyſi, Syriae regis, in *Miſcellan. obſeruat.* in auctores vet. et recent. ab eruditis Britannis, Vol. IV. Tom. III. p. 454. ſqq.) In *Vaillantii* Seleucid. hiſtoria huius regis numi oſtenduntur ſub *Antiocho* XII. deluſus tamen eſt, vt ipſe de ſe docet in Hiſtoria Ptolemaeorum p. 100. Idem obſeruat *Guſſeme* II. p. 179. — 1. Caput regis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Ancora, in area monogramma et ΒΞΡ *An.* 162, omnia intra lauream. Æ. *Pembrok.* II. Tb. 62. fg. 9. quem vero numum Antiocho VII. tribuit *Froelich.* in prolegom. Annal. p. 43. et in ipſis Annal. Tb. 10. fg. 1. pariter *Haym.* Th. Br. I. p. 58. — 2. Caput regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Regis Antiochi Epiphanis Dionyſi*; in imo exergo ΗΞΡ. *Annus* Seleucid. 168. Æ 1. *Vaill.* Hiſt. Ptol. p. 100.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 62. fg. 5.) *Harduin.* p. 600.) *Spanb.* p. 434.) *Froelich.* Annal. p. 73. n. 1. — 3. Caput huius Antiochi vultu puerili cum corona radiata, et hederae foliis ornata.)(*Ead.* inſcr. Victoria ſtans, d. lauream, ſ. ramum. Æ 3. ora denticulata. *Froelich.* Annal. Tb. 11. fg. 2.) *Eckhel.* Cat. I. p. 215. n. 14. — 4. *Simile* caput, et eadem auerſae partis inſcriptio. Elephas ſtans, facem accenſam proboſcide geſtat; a tergo cornucopiae et litterae ΣΤΑ. Æ 3. *Beger.*) *Eckhel.* ib. n. 11.) *Froelich.* Annal. Tb. 11. fg. 3. *et* Notit. Elem. Tb. 13. fg. 10.) *Geſner.* Tb. 7. n. 1.) *Guſſeme* II. p. 178. n. 2) *Haym.* I. Tb. 10. fg. 3.) *Muſell.* Reg. Tb. 8. fg. 5.) *Spanhem.* I. p. 170.) *Vaill.* Seleuc. p. 383.) Litteras ΣΤΑ. legit *Begerus* ΣΤΑφυλίτου, Bacchi epitheton. Sed cur hoc in alio huius regis numo non comparet, in quo Bacchus ipſe ſtans? *Alius* legit: Συρίας Τῆς Ἄνω, *Syriae Superioris*, quae Antiocho parebat. *Froelichius* cenſet magiſtratus nomen. *Haymio* nulla explicatio ſatisfecit. — 5. *Similis* numus praecedenti, ſed loco cornucopiae aſtrum, et ΣΤΑ. Æ 2. *Eckhel.* n. 9.) *Froelich.* Annal. Tb. 11. n. 4.) *Guſſeme* II. p. 175. n. 1.) *Theup.* p. 1234. — 6. *Similis*, ſed loco aſtri palmae ramus, ſeu ſpica, et ΣΤΑ. Æ 2. *Eckhel.* n. 10.) *Froel.* n. 5.) *Theup.* ib. — 7. *Similis*, ſed in area quid papaueri ſimile, et ΣΤΑ. Æ 2. *Eckh.* n. 12. — 8. Caput ſimile,)(*Eadem* epigr. Elephas daduchus, ſed in area tantum ΣΤ. litterae. Æ *Geſner.* Tb. 6. n. 26.) *Guſſeme* n. 2.) *Muſell.* Reg. Tb. 8. fg. 4. — 9. Caput et inſcriptio, vti n. 3. Stans panthera, dextro pede anteriore aliquid radici ſimile geſtat, cum litteris ΣΤΑ. Æ 3. ora denticulata. *Vaill.*) *Froelich.* fg. 6.) *Eckhel.* n. 3.) *Theup.* 1234. — 10. *Alius* ſimilis, ſed Æ 3. *Eckhel.* n. 2.) *Guſſeme* n. 1.) Panthera, et corona regis hederacea ad eius cognomen

nomen Dionyſii adludunt. — 11. *Alius* fere ſimilis, in quo panthera ſtans tantum, et K. Ꝝ 3. *Froelich.* n. 6. — 12. *Simile* caput, et auerſae inſcriptio. Bacchus nudus ſtans, d. cantharum, ſ. thyrſum, in area monogr. [A]. Æ 2. *Vaill.*) *Froelich.* Tb. 11. fg. 7.) *Eckhel.* n. 7. — 13. *Alius* fere ſimilis, ſed Æ 3. *Eckh.* n. 8. — 14. Caput Antiochi adoleſcentis cum corona radiata, et hedera ornata.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΟΡ. ΣΤΑ. *Regis Antiochi Epiphanis Dionyſi, Anno* 170. Apollo nudus cortinae inſidens, d. ſagittam, ſ. arcum, in area Φ. Ꝝ 3. *Beger.* qui ΟΡ. ΣΤΑ. legit *Orgia Staphylitae,* ſeu Bacchi. Sed quid haec ad Apollinis figuram? τὸ ΟΡ epocha eſt, vt in n. Demetrii. τὸ ΣΤΑ. neſcitur, niſi ſit nomen magiſtratus.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 11. fg. 8. p. 75.) *Eckh.* Cat. I. p. 215. n. 1.) *Guſſeme* II. p. 179. n. 2.) *Theup.* p. 1233, qui tamen male ΒΑΣΙΛΕΟΥ, loco ΒΑΣΙΛΕΩΣ etc. — 15. Caput regis ſimile, ſed vultu florente.)(*Ead.* inſcr. et ΟΡ. ΣΤΑ. Dioſcuri in equis currentibus, cum ſua vterque ſtella, in area monogramma et ΤΡΥ. forte legendum *Tryphon,* qui omnia regebat. Ꝝ 1. elegantiſſ. et rariſſ. *Froelich.* ib. fg. 9.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 62. fg. 6.) *Guſſeme* ib. n. 3. ſed ΤΡΙ. — 16. *Similis*, ſed ſine ΤΡΥ. et ΟΡ. Equus gradiens, vt in n. Seleuci II. in area Α. Æ 3. ora denticulata. *Froelich.* ib. n. 10. — 17. *Simile* caput.)(*Ead.* inſcr. Apollo ſtans, d. ſagittam, ſ. tripodi innixus. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 11.) *Eckhel.* Cat. n. 13.) *Theup.* 1234.) *Vaill.* — 18. *Simile* regis caput diadematum, radiatum, et cinctum hedera.)(*Ead.* inſcr. Diota, iuxta palmae ramus et monogramma [A]. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 12.) *Eckhel.* n. 4.) *Guſſeme* II. p. 175. n. 2. — 19 ad 22. *Alii* cum littera Μ. vel ſine littera, vel cum monogr. Ꝑ. vel nexae ſunt litterae ΔΙ. Æ 3. *Eckhel.* n. 5. 6.) *Froel.* Annal. Tb. 12. fg. 13.) *Beger.*) *Geſner.* Tb. 6. n. 23.) *Guſſeme* II. p. 178. n. 1) *Muſell.* Reg. Tb. 8. fg. 3.) *Vaill.* p. 224. — 23. *Alius*, ſed a latere ſpica. Æ 3. *Theup.* 1234. — 24. *Simile* caput et auerſae inſcriptio. Galea extenſa, adpoſito cornu, quaſi capri montani, in area monogramma. Ꝝ 3.) *Vaill.*) *Froelich.* Tb. 12. fg. 14) Galeae ſimilis typus in Tryphonis monetis, nec alibi inuenitur. Id ipſum confirmat, numos Antiochi Dionyſi ad Tryphonis tempora referri oportere. — 25. *Simile* caput, et inſcriptio. Mulier habitu ſuccincto ſtans, d. extenſa ſertum, ſ. haſtam, vel ſceptrum. Æ 1. *Theup.* 1234. ſed Æ 3. *Froelich.* Tb. 12. fg. 15. — 26. *Simile* caput, et epigr. Mulier, vel Ceres gradiens, d demiſſa, ſ. facem. Æ 2. *Theup.* ib) Æ 3. *Froelich.* ib. n. 16. — 27. Sola inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ intra coronam ex hedera.)(Dimidius bos. Æ 3. *Froelich.* Tb. 12. fg. 17.) *Haym.* I. Tb. 10. fg. 4. p. 108. — 28. *Eadem* epigr. intra coronam hederaceam.)(Panthera dimidia, aut ſimilis bellua ſine cornibus. Æ 3. *Liebe* Goth. Num. p. 120) *Eckhel.* n. 15.) *Froel.* Tb. 12. fg. 18.) *Guſſeme* II. p. 179. n. 5. — 29. Caput dei Luni pileo Phrygio tectum, infra pectus luna falcata.)(ΑΝΤΙΟΧ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Antiochi Dionyſi.* Bos gibboſus ſtans. Æ 3. *Liebe* Goth. Num. p. 119.) *Froel.* Annal. Tb. 12. fg. 19. p. 74.) *Guſſeme* ib. n. 4.) *Hantbaler.* Exercitat. IV. Tb. 6. fg. 3. p. 177.) *Lunus* in tota fere Aſia minore, et Syria magnopere colebatur, numis multis teſtibus, et *Spartiano* in Caracalla. *Bouem* fuiſſe ab Aegyptiis Iſidi, ſeu lunae ſacratam, et bouis cornua lunae ſymbolum habitum, docuere *Diodor. Sicul.* L. I. et *Prudentius* L. I. contra *Symmachum.*) *Seguin.* Sel. Num. p. 105.

Antio-

Antiochus VII. *al.* VI. *Euergetes*, vulgo *Sidetes*, i. e. *Venator*,

et per conuitium *Pius* dictus, filius Demetrii Soteris natu minor, ac Demetrii Nicatoris frater, regnum ſibi vindicat An. Seleucid. 172. A. Chr. 141. et ſimul coniugem Cleopatram fratris Demetrii II. qui ab Arſace Mithrtidate, Pahriae rege, captus detinebatur. - Vero, et conſtante titulo in numis legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, *Regis Antiochi Benefactoris*; beneficiis enim ſub initium regni in Iudaeos, eorumque ſummum ſacerdotem ac ducem Simonem collatis, *Euergetem* ſe iis praebuerat. *Ioſeph.* Ant. Iud. L. XIII. — Anni in numis (162 dubius) certi: 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. vnde contra ſcriptores profanos, pro Libro II. *Maccabaeorum* c. 1. ex his numis conficitur, Antiochum hunc Euergetem circa aerae Seleucidarum 186. periiſſe. Demetrius II. a Parthis liber demiſſus, Syriae regnum recipit An. Seleuc. 183. A. Chr. 130. fratre Antiocho VII. in oriente victo, non tamen occiſo. *Froelich.* Notit. Elem. p. 170. pariter Annal. Syr. P. I. c. 3. et P. III. c. 4. it. P. IV. c. 6. *it.* Num. Reg. Vet. p. 69. ſq.) *Wilde* Sel. Num. Ant. p. 35. 36.) *Haym.* Th. Br. I. p. 58. et 82. ſqq.) *Vaill.* Seleucid. p. 304. ſq) *Eckhel.* Cat. I. p. 215. 216.) *Guſſeme* II. p. 175. 176.) *Liebe* Goth. Num. p. 113.) *Theup.* p. 1235. — Suppoſititia eſt: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΣΕΛΗΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ apud *Golzium* epigraphe; *Sidetis* enim, ſeu *Venatoris* cognomen, a *Sid* apud Phoenices *Venatio*, numquam meminerunt eius numi. — *Alium* adduxit *Golzius* numum: ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ inſcriptum, in quo vtrumque cognomen *Euergetis* et *Euſebis* ei attribuitur, quae tamen ΕΥΣΕΒΟΥΣ adpellatio haud occurrit in iis, qui adducuntur a *Vaillantio*, *Froelichio*, *Spanhemio*, regis huius numis.

Antiochi VII. (vel VI.) *Euergetis.*

Genuini ſunt: 1. Caput iuvenile Antiochi, Demetrii filii, corona hederacea cinctum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΞΡ. *Regis Antiochi, Anno* 162. Ancora maior cum monogrammate. Omnia intra coronam hederaceam. Æ 3. *Froelich.* Annal. Tb. 10. fg. 1. et in Prolegom. p. 43.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 5. fg. 4. p. 58. ſq. Singularis, et vnicus hic numus ob epocham, ancoram et vultum iuuenilem ad alium Antiochum, vt coniicit *Froelich.* Annal. p. 63. referri non poteſt, quam Demetrii Soteris filium. Ob florentis formae elegantiam velut iuuenis Bacchus hedera coronatus effingitur hic Antiochus. — Qui ſequuntur frequentiores ſunt: 2. Caput regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, *Regis Antiochi Euergetae.* Pallas galeata ſtans, d. victoriolam, ſ. haſtam cum clipeo, in area duo monogrammata, omnia intra lauream. ÆR 1. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 62. fg. 4.) *Beger.*) *Eckhel.* Cat. I. p. 215. n. 1.) *Froel.* Annal. Tb. 11. fg. 21.) *Guſſeme* II. p. 175. n. 1.) *Theup.* 1235. — 3. *Alius* alio monogrammate. ÆR 1. *Eckhel.* ib. n. 2. — 4. *Alius*, ſed plumbeus primi moduli ſingularis, olim haud dubio argenti lamina veſtitus; de quo *Froelich. Annal.* Syr. p. 83. Tb. 11. n. 22. — 5. *Simile* regis caput.)(*Ead.* perigr. Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam. ÆR 3. *Froelich.* Annal. Tb. 11. fg. 15.) *Theup.* p. 1235. Ob victoriam vel de Tryphone tyranno, vel de Iudaeis reportatam. Anni nota cum numus careat, alterum horum certo definire non licet. — 6. Caput leonis Nemaei ringens.)(*Ead.* epigr. Claua Herculis nodoſa. Æ 3. *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. 4. fg. 26. p. 35. 36. — 7. *Similis*, ſed praeterea in area)(monogramma. Æ 3. *Eckhel.* n. 4. — 8. Protome alata Cupidinis.)(*Sine epigr.* Elephas. Æ 3. *Froelich.* Tb. 11. fg. 26.)

26.) *Eckh.* n. 5. — *Aera Seleucidarum inſigniti* · 9. Cupidinis, et Victoriae icones, addito ΓΟΡ. 173. *Anno*)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Flos loti · *Spanhem.* I. p. 440. — 9. Caput imberbe ornatum, cum alato humero, Victoriae vel Cupidinis.)(*Ead.* epigr. ſed infra loti florem aſtrum, et *Annus* ΔΟΡ. 174. Æ 2 et 3. *Froelich.* Annal. Tb. 11. fg. 3.) *Geſner.* Tb 4. n. 21,) *Muſell.* Reg. Tb. 7. fg. 6.) *Eckhel.* n. 6.) *Harduin.* p. 608.) *Theup.* 1235.) *Guſſeme* II p. 176. n. 3. ſed haſta ad pectus Victoriae. — 10. *Similis*, ſed infra florem loti claua loto aſtri. Æ 3. *Beger.* Th. Brand. I. p. 259.) *Froelich.* Tb. n. 4. — 11. Dimidia nauis cum puppi, ſupra eam duo pilei Dioſcurorum cum aſtris.)(*Eadem* inſcr. et epocha ΔΟΡ. Tridens cum alio ornamento, vel acroſtolio ad latus, in area monogramma. Æ 2. ſignatus Tripoli in Phoenicia. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 7. fg. 10. p. 83. 84. qui alium addit *ibid.* fg. 9. abſque anni nota.) *Geſner.* Tb. 4. n. 23.) *Froelich.* ib. n. 5. et 10.) *Liebe* Goth. Num. p. 114.) *Muſell.* Reg. Tb. 7. n. 5.) *Eckhel.* n. 19.) *Theup.* p. 1235. — 12. *Similis*, ſed in area M. Æ 1. *Froelich.* ib. fg. 9) *Guſſeme* ib. n. 2.) *Theup.* 1234. — 13. *Similis*, ſed cum numero ΕΟΡ. *Ann.* 175. et monogr. Æ. *Liebe* Goth. Num. p. 113.) *Froelich.* l. c. p. 81. — 14. Caput Antiochiochi diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΙΕΡ. ΑΣ · ΔΟΡ. *Regis Antiochi, Tyriorum*, vel *Tyri Sacrae Aſylo gaudentis*, *Anno* 174. Aquila cum ramo palmae. Ꜳ 3. *Vaill.*) *Froelich.* Tb. 11. fg. 1. — 15. *Similis* numus, ſed aquila prorae nauis inſiſtit, adſcripto *anno* ΔΟΡ. et Tyri monogrammate clauae impoſito. Ꜳ. 3. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 8. p. 83) *Froelich.* Tb. 11. n. 2.) *Geſner.* Tb. 4. n. 31.) *Muſell.* Suppl. Tb. 2. fg. 6. — 16. Idem caput diadematum.)(ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΕΜ (*ſic*) ΠΙΕΡΙΑΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ . . . . . . ΑΣΥΛΟΥ ΕΟΡ. *Seleucenſium, qui in Pieria ſunt Sacrae et Aſylo* gaudentis vrbis, *An.* 175. Iupiter ſedens, d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ 2. *Froelich.* Tb. 11. fg. 6.) *Eckhel.* Cat. n. 14. — 17. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cum *Anno* ΕΟΡ. 175. Flos loti, infra acroſtolium, in area monogramma.)(Caput Victoriae, vel Cupidinis cum humero alato. Æ 2. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 36. fg. 1.) *Froelich.* Tb. 11. n. 7.) *Eckhel.* n. 7.) *Guſſeme* n. 4.) *Harduin.* p. 608.) *Theup.* p. 1235.) *Vaill.* p. 307. — 18. *Alius*, ſed infra aſtrum. Æ 3. *Eckhel.* n. 8. — 19. *Similis*, ſed ſub flore loti palma, et *Annus* ϚΟΡ. 176. Æ 2 vel 3. *Haym.* I. Tb. 8. fg. 1.) *Eckhel.* n. 9.) *Froel.* Tb. 11. n. 11. et in *alio* cum eodem *Anno* 176. monogramma. *ibid.* fg. 12.) *Harduin.* p. 608.) *Theup.* p. 1235. — 20. *Alius* cum *Anno* ΖΟΡ. 177. infra aſtrum. Æ 3. *Eckhel.* n. 10.) *Harduin.* ib.) *Froelich.* ib. n. 13. ſed palmae ramus ſub flore loti. — 21. *Alius*, ſed ΗΟΡ. *Ann.* 178. Æ 3. *Froelich.* ib.) *Harduin.* ib.) *Guſſeme* n. 5. ſed male ΣΟΡ. — 22. *Alius* ſimilis, ſed ΘΟΡ. 179. cum monogrammate. Æ 2. vel 3. *Froel.* Tb. 11. n. 17.) *Guſſeme* n. 6.) *Theup.* 1235. — *Flos loti*, quae herba Aegypti celeberrimae vtilitatis erat, ſub Antiocho Euergetae potiſſimum in numis comparens, videtur Cleopatrae Aegyptiae iuſſu numis inſerta. Nam arrogantiſſima haec femina, et tertium regina, etiam ſuo vultu numos hisce temporibus ſignandos curauit. *Froelich.* Annal. p. 79.) *Vaill.* Seleuc p. 306. — 23. Caput leonis Nemaei, ab Hercule interemti.)(*Ead.* inſcr. et annus ΕΟΡ. 175. Claua Herculis nodoſa. Æ 3. *Liebe* Goth. Num. p. 113.) *Froelich.* ib. Tb. 1. fg. 8.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 4. fg. 26. vid. *ſupra* n. 6. — 24. Caput regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΙΕΡΑΣ ΑΣΥ. ΤΥΡΙΩΝ ΖΟΡ. *Regis Antiochi, Sacrae Aſylo* gaudentis vrbis *Tyriorum*, *Anno* 177. Nauis. Æ 2. *Eckhel.* Cat. n. 15. — 25. *Similes*, ſed poſt regis

 nomen

Aquila alis expanſis *fulmini* triſulco pedibus *inſiſtens*, iſtudque vngulis adprehendens, Iouis ſymbolum eſt, quae inde dicitur armigera Iouis ales; vel aquila pro ipſo Ioue tunc accipitur, vt in Æ. Domitiani IVPPITER CONSERVAT. inſcripto *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 35. n. 10.) *Vaill.* Pr. II. p. 106. --- In n. familiarum Aciliae, Aeliae, Aureliae, Caſſiae, Mariae, Petilliae, Plaetoriae, Veturiae denotat iſte aquilae fulmini inſiſtentis typus ludos Ioui dicatos. In n. Vibiae g. ante aquilam vrceolus, ad denotanda Ioui facta ante ludos ſacra. --- Spectat aquila fulmini inſiſtens in n. M. Antonii ad Cleopatram Aegyptiam. Eadem aquila in Æ. Soſiae gentis declarat, C. Soſium fuiſſe M. Antonii in Aegypto quaeſtorem. Sollemne enim numorum Aegypti regum Ptolemaeorum, et Cleopatrarum reginarum ſymbolum aquila cum fulmine. Etſi perpetuum fere illud in Aegyptiacis regum numis etiam in Tyriorum moneta occurrat, in Æ. tamen fere tantum id obſeruatur, ac τὸ Tyriorum plerumque monogrammate ſaltem adiicitur. Praeterea fabrica ipſa ac modulus quorundam ex iſtis numorum omnino Aegyptum, Cyprumue redolet. In quibusdam Seleucidarum et Lagidarum numis aquila inſiſtens fulmini, Aegyptum iisdem regibus ſubditam arguit. In Antiochiae vero Syriae numis aquila alis expanſis modo fulmini, modo globo, ſeu lapidi in coni formam inſiſtens, roſtro coronam tenet, quae ex Iouis quaſi mandato Imperatoris capiti imponere parata videtur; quo typo Antiochenſes ſe imperio Romano ſubditos denotant. Idem aquila πτεροφόρος ab *Ariſtophane* dicta in n. Nicomedis regis Bithyniae, Perſei vltimi Macedoniae, pariter regum Epiri, ac Siculorum. Cernitur quoque id Romani imperii ſymbolum, vt Caeſarum potentiam in profligendis hoſtibus oſtendat. Teſtes ſunt numi Neronis, Gallae, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, Traiani, Hadriani, Antonini Pii rel. --- Eodem aquila quaſi a Ioue miſſa, et fulmini inſiſtens, vt animam Imperatoris eleuaret, apotheoſeos ſymbolum conſpicitur, addita perigraphe: CONSECRATIO. Iuxta *Artemidorum* enim mos erat vetus, Imperatores tum fingere, tum pingere aquilis inſidentes.

Aquila inſiſtens fulmini alis vel explicatis, vel clauſis ſolitus eſt typus Aegyptiarum vrbium, Alexandriae etc. Similiter in n. Abydi, Acmoniae, Agrigenti, Amaſiae, Amiſi, Anchiali Thraciae, Antiochiae Syriae, Aſcalonis Iudaeae cum tranſuerſo palmae ramo, Athenarum, Bruttiorum, Cabirae Ponti Cappadocici, Caelinae Calabriae, Capuae Caſſiopeiae, Catalauniae, Cretae, Crotonis, Cydoniae, Cyrenaicae Africae, Dyrrhachii, Epirotarum intra coronam, Galliae Ciſpadanae, Gelonis regis, Germae, Hierapytnae, ſed pone palma arbor, Iuliopolis, Lacedaemonis, Locrorum, Mamerti, Marcianopolis, Metaponti, Neapolis ad Iſtrum, Nicomediae, Orrae Bruttiae, Pautaliae, Panormi, Pellae, Pergami, Rauennae, Sinopes, Syracuſarum, Tarenti, Tomit, Moeſiae. --- *Aquilae duae fulmini*

mini inſiſtentes, inter harum vnius crura A. *al.* Δ. iuxta caput vnius cornucopiae. n. Ptolemaeorum.

Aquila expanſis alis *globo inſiſtens* declarat orbem Romano imperio ſubiectum in n. Auguſti, Veſpaſiani, Titi, L. Veri, Pertinacis, aliorumque. Idem typus Imperatorum conſecrationem indicat, vel addito, vel omiſſo nomine CONSECRATIO. — ſed roſtro coronam ſtringit. n. Antonini Pii, it. Emiſae, P. Magneſiae ad Maeandrum, Marcianopolis, Pantaliae, Serdicae. — ſed inter duo ſigna militaria. v. FIDES MILITVM.

— inſiſtens *harpae*. n. Argolidis. — *haſtae*. vid. *Aquila legionaria*, quae totius legionis ſignum; in plures enim cohortes legio diuidebatur, et prima ſuſcepit aquilam. — *lapidi* inſiſtit. n. Emiſae. — lapidi in coni formam n. Antiochiae Syriae. — leoni. n. Gallieni. *Cim. Vind.* p. 17. — *lepori*. n. Agrigenti, Locrorum. — *naui*. n. Tyri ac Sidonis in Syriae regum numis, et Leucadis Acarnaniae. — operi, in *Maeandri* ſpeciem ſinuato. n. Apameae ad Maeandrum. — *perticae*. n. Dyrrhachii. — *piſci*. n. Agrigenti. — *pyramidi* inſiſtens cum corona radiata. v. FEL TEMP. REPARATIO. — *ramo* inſiſtens. n. Perſei et Philippi, Macedonum regum, Zenonis. — *ramo lauri*. n. Crotonis. — *ramo oleae*. n. Argiuorum — *ramo palmae*, roſtro coronam. n. Antiochiae Syriae. — *rupi*, roſtro coronam n. Nicopolis ad Iſtrum. — *ſcipioni* inſiſtens. n. Aegaeenſium, Amiſi, Anchiali, Nicomediae, Thyatirae. — in apice ſcipionis eburnei, conſulum Romanorum inſigne. — vnguibus ſceptrum. n. Bruttiorum. — *ſerpenti* inſiſtens n. Cleopatrae Syriae, non illius, quam deperiit Antonius, it. Agrigenti. — duobus inſiſtens anguibus, atque alas expandens, ſupra aquilam Serapidis caput n. Auguſti ab Aegyptiis. *Morell.* in Aug. Tb. 42. fg. 15. — *temoni* inſiſtens. n. Tyri. — *trunco* arboris. n. Crotonis, Orrae. — *turri* vel altiori cippo. n. Decii. *Froelich*. Adp. II. nouis p. 112. vexillo inter duo ſigna militaria. n. Nicomediae. v. Aquila legionaria.

Aquila bibens e cyatho. n. Ilienſium. *Vaill.* Gr. p. 69.

Aquila deuorat aquilam aliam. n. Agrigenti. — *ardeam* vel ciconiam. n. Syracuſ. — *leporem*. n. Adriani, Agrigenti, Chalcidis, Faliſcorum, Iſtri, Locrorum, Zephyrii. — *piſcem*. n. Agrigenti, Caſae, Iſtri, Sinopes. — *ſerpentem*, in Siciliae Italiaeque monetis typus haud infrequens, vt in n. Aeſerniae, Agrigenti, Morgentii apud *Parut.* Tb. 70. et 104. aliorumque. Eadem aquilarum cum ſerpentibus pugna eſt depicta in n. Graecorum, vti Chalcidis Euboeae, Pydnae in Macedonia apud *Wild.* Sel. Num. Tb. 1. pariter in n. Amyntae Macedonum regis. — incertum quid depaſcens. n. Aluntii, Crotonis.

— ſerpentem vngulis tenet, inſigne olim Spartanorum, vnde in n. Lacedaemonis. Idem aquilae typus in n. Agrippinae Claudii vx. *Vaill.* Gr. p. 15. pariter Idalii Mamerti, Pruſae, Philippopolis, Tyrae Ponti. — delphino vngulas infigit, et roſtro dilaniat. n. Iſtriae. — caput cerui ſtringens. n. Crotonis — ſt. vnguibus ſcipionem ſuper ara ignita. n. Nicomediae — ſuper cippo roſtro caduceum. n. Veſpaſiani.

— *inſidens* cippo. AR. Titi. *Mdb.* 123.) *Morell.* in Tito Tb. 7. n 30. — inſidens operi in Maeandri ſpeciem ſinuato, hinc et inde Dioſcurorum pileus. n. Apameae Phrygiae. — ſedens cum cono in curru a quatuor equis tracto. n. Epheſ. --- inſidens clipeo Iunonis Soſpitae. n. Cornuficiae g. apud *Vaillant*. ſed deeſt in *Morellianis*.

— *volans*. n. Crotonis Bruttiorum, Lytti Cretae, Maleae Laconi-

coniae, Seriphi et Siphni inſularum. --- intra quadratum. n. Abderae Thraciae, Corinthi. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 2. fg. 19. --- intra coronam. n. Caſſiopae, Faliſcorum. --- inter duos pileos Dioſcurorum. n. Mamerti. - - dorſo animam geſtans. v. CONSECRATIO. --- Iouem Serapidem. n. Alexandriae Aegypti. --- vnguibus caput bouis gerit in n. col. Troadenſis frequens ob augurium de condenda nouae Troiae vrbe. *Vaill* Col. II. p. 46. 173. --- cum fulmine. g. Petilliae. --- coronam vnguibus. n. Bruttiorum. --- coronam roſtro ſtringit. n. Ptolemaei tetrarchae Chalcidenes. Eckh. N. Vet. p. 278. --- ſuper colonum arantem roſtró coronam. n. Rheſaenae. --- leporem vnguibus. n. Faliſcorum. --- ſerpentem. n. Aeſerniae, Nicomediae. --- cum ſerpente congrediens. n. Chalcidis Euboeae. --- ſuper quadrigas equorum. Æ max. Gelae Siciliae. *Cim. Vind.* I. Tb. 8. fg. 2. --- ſuper clauam Herculis. n. Perinth. --- ſuper mulierem ſtantem. n. Rheſaenae. --- ſuper figuram iacentem. n. Trallianor. --- ſuper Sept. Seuer. equitantem. n. Acmoniae. --- ſuper caput Caracallae vnguibus lauream. n. Laodiceae. --- ſuper fluuium decumbentem. n. Perperen. --- ſuper flexus Maeandri. n. Apameae Phrygiae. --- ſuper montem Argaeum. n. Caeſareae Cappad. --- alas explicat ſupra Iouem ſedentem. n. Sardianorum. --- volanti ſimilis. n. Titi.

Aquila parua in area. n. Alexandri regis Epiri, Lyſimachi Thraciae regis, pariter Athenarum, Tripolitarum. ---

Aquilae caput in area. n. Faliſcorum Etruriae.

Aquilae ſignum numis aliquibus incuſum denotat in ducum Mantuae muſeo olim numum exſtitiſſe. Docet hoc *Vaillantius* in praef. ad Num. Famil. Rom.) *Liebe* Goth. Num. p. 135.) *Morell.* Th. Fam. p. 390. *Raſche Lex. Num.*

--- *Aquila* volans incuſa ex altera numi parte. n. Crotonis. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 3. fg. 23.

Aquilae tiarae Tigranis inſculptae, Armeniarum ſunt ſymbola.

Duae aquilae in Agrigent. numis apud *Beger.* Theſ. Palat. p. 206. *Eiusd.* Theſ Br. I. p. 373. n. 1.) *Parut.* Tb. 84. n. 1.) in *Muſ. Pembrok.* P. II. Tb. 3. n. 6. Quorum tamen explicationem nimis forte hieroglyphicam dedit *Begerus*, dum eos refert ad Anaxilam, Rhegiorum tyrannum, qui primus leporem in Siciliam intulit, atque in numis ſuis ſignauit. Adſentiendum potius videtur *Hauercampo* ad *Parut.* p. 416, qui per aquilam, leporem et cetera animalia, quae in Agrigentinis numis occurrunt, nihil aliud indicari notat, quam animalium illic abundantiam, et omne genus aucupii. Sic aquilas leporum venatrices in Agrigentinorum et Adrianitarum in Sicilia numis expreſſas illuſtrat *Spanhem.* Praeſt. I. p. 171. et in Epiſt. ad *Begerum.*

--- --- volant roſtro coronam ſtringentes. n. Philippopol. --- ſtantes in vertice aſtrum. *al.* ſt. ad pedes Dianae Leucophrynes. n. Magnet. ad Maeandrum. --- fulmini inſiſtentes. n. Ptolemaei Philometoris, regis Aegypt. *Wilde* Num. Sel. n. 23. p. 29. --- it. Grauiſcarum Etruriae. --- vertici montis Argaei inſiſtunt. n. Caeſareae Cappadociae. *Vaill.* Theſ. p. 23. --- ſtantes, ara ignita intermedia. v. MEMORIA FELIX.

Aquilae geminae Orientis atque Occidentis imperii ſymbola. *Spanh.* I. p. 171. hinc forte biceps aquila. --- intermedia arbore forſan ficu Ruminali, ſub qua Romulum et Remum aluit lupa. *Patin.* Imp. p. 2. --- *Aquilae binae* aduerſa in n. Magnetum in Philippo Iuniore; ſed imperium Orientale et Occidentale non exhibuiſſe conſtat, cum ante Theo-

doſſum illius partitionis nullum exſtet veſtigium, niſi potentia imperii Romani ad vtrumque extenſa ſignificetur. Caracalla quidem, et Geta inter ſe diſſentientes illam orbis diuiſionem tentauere, at precibus Iuliae, neutrum deſerere volentis, res infecta eſt. — Aquilae binae in antica et in poſtica parte numi COL. BER. *Coloniae Beryti* in M. Aurelio.

Aquila legionaria totius legionis ſignum fuit, vel aurea, vel argentea, ſummae haſtae inſiſtens, expanſis alis, fulmen ſaepe vnguibus tenens, nec magnae illa molis, cum in ſigniferi baltheo, clade Variana, vnam delituiſſe *Florus* teſtetur. *Vnam* modo in legione aquilam exſtitiſſe, cum plura et ſigna, et vexilla fuerint; videtur confirmare *Tacitus* Annal. L. I. — Qualis vero fuerit *aquilae legionariae figura*, audias *Dionem* L. XL. p 128. „Aquila exigua quaedam eſt ſacelli effigies, ſnque ea aquila aurea eſt collata. Conſtituitur autem in omnibus legionibus Romanis, neque prius hibernaculis effertur, quam vniuerſus exercitus egrediatur. Eam aquilam haſtae impoſitam vnus quidam vir portat, cuius haſtae pars infima praeacuta eſt, vt in ſolum defigi poſſit.“ Sed quia haec auis Romani populi peculiaris erat, Marius in ſecundo conſulatu eam inter alia ſigna dedicauit, eique primum in legione locum attribuit.

Aquila legionaria in templo Martis. n. Auguſti. — in quadrigis Triumphalibus. *N*. Aug. — inter duo ſigna militaria frequenter in numis triumuirorum R. P. C. praecipue M. Antonii, vt et in numis coloniarum occurrit. In quolibet triumuirorum numo legionum inter eos diuiſionem denotat aquila legionaria, quae earum auxilio imperium iis per terram et per mare procurauit. Vnde tale legionis ſignum cum tropaeo inſiſtens prorae hinc et inde ſignum militare in n. g. Aebutiae, Aemiliae cet. — Aquila legionaria inter duo ſigna militaria, in quorum dexteriore H. *Haſtati* et in poſteriore P. *Principes*. g. Valeria — Aquila ſupra vexillum inter duo ſigna militaria deductorum in *colonias* veteranorum inſignia ſunt, vt refert *Hyginus*: „Multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, et ad laborioſam agriculturae requiem primo tyrocinii gradu peruenire; nam cum ſignis, et aquilis, et primis ordinibus, ac tribunis deducebantur. — Sic ad coloniae *Patrenſis* originem indicandam illa ſigna militaria caelarunt in numis Claudii, Neronis, Veſpaſiani, aliorumque. Cuiusnam legionis veterani Patras miſſi fuerint, ignoraremus, ſi ampliores numi inter ſigna hanc XXII. epigraphen non praetuliſſent, quae nos *viceſimam ſecundam* primigeniam docent. — Pariter aquila leg. inter alia ſigna n. Cremnae in Elagabalo. *Vaill.* Col. II. p. 78. — In numis COL*oniae* AEL*iae* CAP*itolinae* aquila legionaria veteranos cuiusdam legionis Hieroſolymam cum ciuibus Romanis in coloniae ſupplementum vna traductos demonſtrat. — Aquila legionaria adſtat genio Sidonis, ad veteranos in coloniam transmiſſos indicandos; haec prorae inſiſtens, ſitum vrbis *Sidon* arguit. — Aquila cippo impoſita inter duo ſigna militaria, in numis col. *Deultanae* ad originem coloniae a Veſpaſiano e veteranis deductae arguendam. n. Tranquillinae. *Vaill.* Col. II. p. 155. — Aquila cum capite gemino impoſita ſigna militari in n. *Heliopolitanis* ad denotandum, veteranos ad coloniae ſupplementum e duabus legionibus Heliopolin fuiſſe transmiſſos. Sic in n. Iul. Domnae. *Vaill.* Col. II. p. 20. Getae *ib.* p. 57. Phil. Iun. *ib.* p. 188.

Aquila legionaria ergo in *coloniarum* numis pro militum legionis in vrbem deductorum ponitur ſymbolo: ſed quando *duae aquilae* in earum numis exhibentur, veteranos e duarum legionum militibus in coloniam

loniam eandem transmiſſos indicant, *Vaill.* Col. II. p. 11. quod in *Heliopolitana* colonia factum penitus ignoraremus, niſi rariſſimi COL. HEL. ſuperſtites numi nos *quintae* Macedonicae et *octauae* Auguſtae veteranos in eam deductos docerent. Sic et in numis COL*oniae* BER*ytenſis* duae aquilae legionariae in laurea litteris numeralibus V. et VIII. ſignatae, ad denotandos colonos e *quintae Macedonicae* et *octauae Auguſtae* legionum veteranis Berytum transmiſſos. *Morell.* Imp. II. in Claudio Tb. 9. n. 21.) *Vaill.* Col. II. in Iul. Domna p. 18. in Caracalla *ib.* 28. in Gordiano Pio *ib.* n. 141. — In n. coloniae *Damaſci* aquilae binae ad vexillum poſitae arguunt, veteranos e duabus legionibus in hancce coloniam eſſe deductos *Vaill.* l. c. in Trebon. Gallo p. 214. in Voluſiano p. 223. — Aquilae legionariae duae inter totidem ſigna militaria Æ. 2. *Accitanae* coloniae. *Morell.* in Aug. Tb. 38. n. 4. pariter in Tiberio Tb. 9. n. 2.) *Vaill.* Col. I. p. 91.) item in Caligula, *Harduin* p. 5.) *Mdb.* p. 78.) *Morell.* in Calig. Tb. 5. n. 2.) *Vaill.* Col. I. p. 146. — Binae aquilae leg. vexillo intermedio ab Illicitanis Hiſpaniae in Tiberio. *Vaill.* Col. I. p. 112.) *Morell.* in Tiber. Tb. 10. fg. 4. *et* in fam. Terentia Lit. G. p. 415.

Aquila legionaria inter duo ſigna militaria cum litteris COL. GEM. ACCI. LEG. VI. *Colonia Gemella Accitana Legionis Sextae.* Æ 1. Auguſti. *Vaill.* Col. I. p. 12.) *Morell.* in Aug. Tb. 26. fg. 1. *item* Æ 2. Tiberii *Vaill.* ib. p. 91.) *Morell.* in Tib. Tb. 9. n. 3. — Aquila leg. inter duo mil. ſigna in n. Antiochiae Piſidiae, ob veteranos ab Auguſto in Piſidicam tranſmiſſos. *Vaill.* ib. — *Al.* ſed COL. BER. V. VIII. *Colonia Berytus*, *Quinta* et *Octaua* legio ab Auguſto Berytum in Phoenicia deductae. Æ 3. Auguſti. *Vaill.* Col. I. p. 15.) *Morell.* in Aug. Tb. 44. n. 3. — *Al.* ſed C. C. A. *Colonia Caeſar Auguſta.* vid. *Caeſar Auguſta.* — *Al.* ſed. C. I. II A. *Colonia Immunis Illice Auguſt.* Hiſpaniae Tarraconenſis. vid. *Illice* — *Al.* ſed COL. RVS. LEG. VI. *Colonia Ruſcino* Galliae Narbonenſis, *Legionis Sextae.* v. *Ruſcino.*

Aquila legionaria inter duo ſigna militaria repraeſentatur in numis Alexandriae Aegypti. Ancyrae, Antiochiae Piſidiae, Apameae. Cilbianorum, Cremnae, Emeritae. Italicae in Hiſpania, Iuliopolis Bithyniae, Nicaeae Bithyniae, vel Thraciae, vt coniectat *Froelich* Nicomediae, Patrarum, col. Patriciae, Pruſiae, Tauii, Tyri. — cum tribus vero ſignis militaribus. n. Nicaeae. — cohortis ſignum, aratrum et decempeda, AR. Iul. Caeſaris. it. AV. et AR. Auguſti a Carthagine Africae. v. *Decempeda.*

Aquila legionaria inter duo ſigna militaria, iuxta quam ora ignita, c. inſcr. SIGNA P R. AR Auguſti edit. in *Eckhel.* Cat Muſ. Caeſ. II. Tb. 2. n. 1. — ſed pone eam Victoria inſiſtens baſi, cui inſcribitur: VIC. AVG *Victoria Auguſti.* Æ. 2. Coloniae Philippenſis *Golz.* in Aug. Tb. 26. n. 11.) *Morell.* in Aug. Tb. 48. n. 20. — ſed cum tropaeo inter duo ſigna militaria. AR 3. Auguſti, qui reſpicit victoriam Philippicam. *Golz.* ib. Tb. 26. n. 7.) *Morell.* ib. Tb. 22. fg. 19. — ſed tropaeum inſiſtit prorae nauis. AV. Auguſti, cuſus in memoriam victoriae naualis de Sexto Pompeio. *Golz.* in Aug. Tb. 26. n. 9. *it.* Faſt. p. 186.) *Morell* in Aug. Tb. 48. n. 22. — ſed in area LEG. VI. n. M Antonii. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 13. n. 6.) *Morell.* Fam. p. 28. — ſed in area LEG. VIII. circum SCARPVS IMP. n. M. Antonii Muſ. *Pembrok.* ibid. n. 7. — ſed perigraphe eſt: DEVICTIS GERMANIS SIG*nis* RE*ceptis.* AV. Germanici fide *Golzii.* *Morell.* in Germanico Tb. 13. n. 8. — ſed ſine epigr. AR. Neronis. *Morell.* — *Al.* ſed. AV. Galbae. *Vaill.*

Pr. II. p. 74.) ſed Æ. 2. Galbae. *Morell.* in Galba. Tb. 3. n. 23. — *Al.* Æ 2. Veſpaſiani. *Vaill.* Pr. I. p. 33. — *Al.* AR. Æ 2. Titi. *Morell.* in Tito. Tb. 12. n. 24. — cum epigr. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI, ſcilicet quod Traianus legiones quasdam conſtituerit; addidit enim legionem II. Traianam, et XXX. Vlpianam. du *Choul.* p. 31.) *Cith. Vind.* p. 44.) *Vaill.* Pr. II. p. 129. — AR. Hadriani. *Muſell.* Imp. Tb. 24. n. 5.) *Vaill.* P. II. 141. ſed Æ. max. — aquila leg. cum duabus coronis inter duo ſigna militaria coronata. n. Hadriani Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 65. n. 1. — Aquila legionaria inter duo ſigna mil. ſeu cohortium. Æ. 1. Sept Seueri. *Vaill.* Pr. I. p. 113. — Æ. 3. Probi *ib.* 235. — Æ 2. et 3. Gal. Maximiani. *ib.* 285. — Æ 2. et 3. Licinii Sen. *ib.* 288. — Æ 3. Conſtantini M. *ib.* 296. et aliorum.

Aquila legionaria ſed cum epigr. FIDES MILITVM. AR. Elagabali. — ſed in manu Concordiae Exercitus. n. Gord. Pii. — in manu Martis. n. Auguſti. — in manu Britanniae prouinciae. n. Commodi. — in manu Imperatoris. n. Germanici, M. Aurelii, Commodi, Alex. Seueri, Philippi Iun., Probi. — quam duae manus iunctae tenent. n. Neruae, Albini. — Ara, hinc et inde aquila legionaria. n. Domitiani.

Aquenſes ex falſa *Harduini* coniectura numos ſignarunt, in quorum imo exergo litterae AQ. obſeruantur. Ex qua hypotheſi interpretatus eſt: AQOB. *Aquenſes Obtulere*; AQP. *Aquenſium Primum* ſcilicet tributum; AQT. *Tertium* etc. AQPS. *Aquenſes Patrono Suo*; SMAQ. *Societas Mercatorum Aquenſium*; SMAQS. *Societas Mercatorum Aquenſium Secundum*. Sed rectius *Aquileiae* eiusmodi monetariorum ſi ſignationes tribuuntur.

Aquileia vrbs Carnorum Ital
Natiſone fluuium, Antiq [illegible]

Romanorum colonia, cu
nem *Liuius* L. XL. c. 34.
Frequentiſſime in numo
ſcriptionibus legitur: AQ
AQPS. AQS. AQT. PAQ
Signata Moneta Aquileia
cunia Aquileiae Signat
obſeruatur QA loco AQ.
Ex vrbibus enim ſex, q
cudendae monetae aeuo
erat conceſſum, fuit Aqui
poſtica parte n. Æ. max. A
gis integre ſcribitur AQ
— Poſt Aquileiae excidium
bile nullum ibi per mult
veſtigium officinae fuit mo
Patriarchus demum Aquile
vtpote qui ampliſſimae re
minabantur collata eſt ead
rogatiua a Friderico II.
ita *Muratorius* de monet
XXVII. adſerit, ſeu Con
peratore huius nominis Pr
Bernard de *Rubeis* diſſ. I.
patriarchorum Aquileienſi
netiis 1747. p. 14. et in m
tis eccleſiae Aquileienſis c.
adfirmat.

AQVILI. *Aquilius.* C.
FLORVS. v. *Aquilia* g. —
RI. AQVILI. duumuiri n
n. *Caeſar Auguſtae.*

Aquilia gens inter pat
plebeios diuiſa eſt. Sup
numis plebeii, qui a gene
quem ſingulari typo in den
primunt, qui vero hodie a
riae peritis non agnoſcitu
cognomen nacti videntur.
a colore aquilo, id eſt, ni
ctos coniectat Sext. Pomp
L. I. ab aquarum fluxu i
traxiſſe docet *Pigbius* T
75. Conſtanter fere
LIVS, non vt
[illegible] *Span*
genti
[illegible]

genu flexam, et decumbentem, ſ. clipeum geſtans.)(VIRTVS. Caput Virtutis galeatum, retro III. VIR. AV. et AR. *Beger.* Th. Br. II. 540.) *Golz.* Faſt. p. 159.) *Gusſeme* I. p. 241. n. 2.) *Morell.* Fam. p. 32. fg. 1.) *Torremuzz. Sicil.* Tb. 1.) Muſ. *Theup.* p. 11.) *Vaill.* Fam. — 2. Caput Apollinis, vel Solis radiat. cum X. denarii nota.)(AV. AQVIL. ROMA. Diana, ſiue Luna in citis bigis, ſupra luna creſcens, et circa quatuor ſtellae. AR. *Beger.* ib.) *Golz.* Faſt. p. 147.) *Gusſeme* n. 1.) *Morell.* Fam. p. 33. fg. 2.) *Theup.* p. 11.) *Vaill.* ib. — 3. PR. COS. *Pro Conſule.* Caput Dianae cum arcu et pharetra ad humeros.)(C. AQVILLI. FLORVS. Victoria in citis bigis. AR. *Golz.* Faſt. p. 87.) *Erizzo* p. 13.) *Gusſeme* n. 3.) *Morell.* Conſular. Tb. 9. fg. 19. p. 512.) *Vaill.* l. c. — 4. AV. AQVILLI. AV. F. Caput Apollinis laur.)(Pegaſus ſubſiliens, cum ſolis aſtro ſub pedibus. AV. *Golz.* Faſt. p. 146.) *Morell.* Conſular. ib. fg. 20.) *Vaill.* Fam. p. 132.) *Guſſ.* n. 12. — 5. CAESAR AVGVSTVS. Caput Aug. nud.)(L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. Scorpius Africae ſymbolum, non vero gammarus, vti *Mdb.* eum nominat. *Dio* L. LIII. p. 526. AV. *Golz* in Aug. Tb. 35. fg. 18. p. 60.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 13. fg. 5. p. 23.) *Biaeus* Tb. 13. fg. 5.) *Morell.* Fam. p. 34. fg. 10. *et* in Aug. Tb. 12. fg. 13. p. 251.) *Mdb.* p. 28.) *Guſſ.* n. 6.) M. *Theup.* p. 11.) *Vaill.* Praeſt. II. p. 19. ſed AR. ibi prodit, qui potius AV. eſt. — 6. L. AQVILLIVS FLORVS III. VIR. Caput Virtutis gal.)(CAESAR AVGVSTVS. Imp. Auguſtus in elephantorum bigis. AR. *Guſſ.* n. 9.) *Mdb.* p. 34.) *Morell.* Fam. p. 32. fg. 6. *et* in Aug. Tb. 19. fgg. 31. 32. p. 316.) *Theup.* p. 12.) *Vaill.* Fam. — 7. *Ead.* epigr. ſed caput Solis radiatum.)(CAESAR AVGVSTVS. in imo S. C. Quadrigae triumphales inſiſtente flore. AR. *Guſſ.* n. 8.) *Morell.* Fam. p. 33. fg. 7. *et* in Aug. Tb. 19. fg. 37. — 8. Caput idem Solis et epigr. ead.)(CAESAR AVGVSTVS SIGN*is* RECE*ptis.* Parthus genuflexus d. ſigna reddit. AR. *Beger.* Th. Br. II. p. 540.) *Gusſeme* n. 11.) *Mdb.* p. 34.) *Morell.* Fam. p. 34. fg. 8. *et* in Aug. Tb. 19. fg. 38.) Muſ. *Theup.* p. 11. — 9. *Alius* ſimilis, ſed in adu. caput Virtutis gal. AR. *Morell.* Fam. fg. 9. *et* in Aug. Tb. 19. fg. 33. — 10. *Ead.* Epigr. Figura militaris ſ. clipeum attollens, d. figuram humi prolapſam ſubleuat, quae ſubtus ſcribitur SICIL*ia.*)(CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum. AR. *Golz.* in Aug. Tb. 29. *Gusſeme* n. 7. *Morell.* Fam. p. 33. fg. 3. *et* in Aug. Tb. 19. fg. 34. p. 317.) *Theup.* p. 11.) *Triſtan.* I. p. 75.) *Vaill.* Pr. II. p. 18.) *Vrſin.* Fam. Aquilia. — 11. *Ead.* epigr. Caput Virtutis gal.)(CAESAR DIVI F. ARME*nia* CAPT*a.* Armenia ſupplex manus extendit genuflexa. AR. *Beger.* Th. Br. II. p. 540.) *Gusſeme* n. 11.) *Mdb.* p. 34.) *Morell.* Fam. ib. fg. 4. *et* in Aug. ib. fg. 36.) *Harduin.* Oper. p. 697.) *Vrſin.* et *Patin.* Fam. p. 36.) *Theup.* p. 12. — 12. *Ead.* ep. Caput Solis rad.)(CAESAR AVGVSTVS. Quadrigae triumphales, quae in ſumma parte clauduntur operculo, ex quo tres metae ſurgunt, infra S. C. legitur. AR. *Morell.* in Aug. ib. fg. 39. — 13. *Ead.* ep. Flos apertus, videtur eſſe Cyanus, ſicuti in curru n. 7. eiusdem floris ſpecies adparet. AR. N. *Arſchot.* Tb. 13. fg. 5.) *Erizzo* p. 160.) *Golz.* in Aug. Tb. 35.) *Gusſeme* n. 6.) *Harduin.* p. 698.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 91. fg. 2.) *Vrſin.* et *Patin.* Fam. p. 36.) *Morell.* Fam. p. 33. fg. 5. *et* in Aug. ib. fg. 40.) *Theup.* p. 11. ſed Æ 3.) *Vaill.* Pr. II. p. 18.) Aen. *Vicus* inter Arg. Aug. n. 70. — 14 *Ead.* ep. Tria crura intermedio capite Meduſae, Siciliae ſymbolum.)(CAESAR AVGVSTVS. Corona querna, cui inſcr. O. C. S. *Ob Ciues Seruatos.*; hinc et inde lauri ramus. AV. edit. in *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. Tb. 1. fg. 5.) *Gusſeme* n. 5.)

Li be Goth. Num. p. 23.) *Vaill.* Pr II p. 18. et Fam p. 23. — 15. *Ln*. epigr. Caput Virtutis galeat.)(CAESAR AVGVSTVS, et in corona ciuica OB cIvIs SER*atos*, hinc inde laurei rami AV. *Morell.* Fam fg 11 — 16. *Ead.* epigr. Parthus genuflexus ſigna reddens, vt n. 8.)(AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum. AR. *Morell.* Fam. fg. 12. — 17 C ARRI. A. F. C. AQ C IVL. T ANC. Caput Iul. Caeſaris nudum.)(II VIR QVINQ. Aratrum. n coloniae incertae *Guſſeme ib.* n. 4. — 18. ΕΠΙ ΑΚΥΛΛΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ ΝΑΚΟΛΕΩΝ, *Sub Aquilio Proclo Nacoleorum* Phrygiae. *Guſſeme* V. p. 190. — 19 ΗΓ. ΑΚΥΛΙΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, *praeſide Aquilio Traianopolitarum* Daciae. *Guſſeme* VI. p. 426 n. 11.

Aquilia Seuera, Elagabali vxor, vt a *Dione* vocatur, in numis autem addito *Iuliae* praenomine. Erat e Veſtalibus ſecunda Elagabali vxor, dein repudiata, inde iterum ſumta. vid IVLIA AQVILIA SEVERA. — In adulterino huius Seuerae numo ſcribitur AQVILIA.

Aquilius Sabinus, tyrannus ſub Numeriano iuxta Golzium. C. AQVIL. SABINVS.

AQVILLI. vel integre AQVILLIVS v. *Aquilia* gens, quae etiam in numis per L duplicatum, vt *Plutarchus* in Mario Ἀκύλλιον quoque ſcribit, et in Faſtis eodem modo exaratum occurrit.

AQVIN. *Aquinus*, Caeciliae gentis cognomen, de quo *Seguin.* Sel. Num. p. 90.

AQVINO inſcriptio numorum *Aquin.* in Latio nouo, vel Volſcorum Italiae cuſorum. Gallus ſtans, ſuperne aſtrum.)(Caput Palladis. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 16.

AQVINO IIVIR. in n. Municipii Turiaſonenſi vbi L. CÆC. AQVINOM. CEL. P AD. II. VIR. *Lucio Caecilio Aquino* et *Marco Celio Paludato*. Æ 2. Tiberii. *Morell.* Fam. Caecilia Tb. 3. n. 11. p. 54. et in Tiber. Tb 10. n. 22.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 11. n. 8.) *Patin.* p. 66.) *Vaill.* I. p. 122. — *Al.* ſed Auguſti Æ 2. ab eodem municipio: C. IVL. AQVINO etc. *Harduin.* Oper p. 703. — *Al.* ſed C. AQVINVS MELA II. VIR QVIN*quennalis*. Æ 3. *Morell.* Fam. p. 44. et inter incert. Tb 2.) Muſ *Pembrok.* III. Tb. 11. n. 10. — M. AQVINVS LEG. LIBERTAS. *Marcus* ille *Aquinus* vnus fuit ex iis, qui particeps gloriae caedis Caeſaris dictatoris videri voluit, vnde caput Libertatis adpoſitum. AV. edit. in Cimel Vindob. II. Tb. 1. fg. 1.) Primus produxit *Patinus* et inter addenda *Vrſino* repoſuit; paullo poſt *Seguin.* p. 77. et ex eo *Vaillantius*; depictus etiam a *Morell.* Fam. Tb. 3. n. 4. et ab *Hauercamp.* illuſtratus ib. p. 84.

AR. *Argentei* numi index.

AR. vid. *Arcadia*.

AR MD. *Archimedes.* Imago ſphaerae vitreae ab Archimede confectae.)(Caput barbatum nudum. Æ 2. qui Archimedi tribuitur ab *Hauercamp.* ad *Parutam.*) *Froel.* Not. El. p. 239.

AR. *Arabicus* a victoria. Sic Seuerus PAR. AR. AD. *Parthicus*, *Arabicus*, *Adiabenicus* cognominatus eſt Parthis, Arabibus et Adiabenis ſuperatis.

AR. *Arelate* vel *Arelatenſis* in imo exergo n. Cari, Maioriani. — AROB. *Arelate Obſignata.* — PAR. *Percuſſa Arelate.* n. Conſtantii. *al.* PARL. n. Conſtant. M. Licinii, Conſtantii. — TAR. pro PAR. *Percuſſa Arelate*, vel *Tertia Arelatenſis* officina. n. Criſpi. — SAR. *Signata Arelate.* n. Magnentii, Helenae. *al.* SARL. n. Conſtantini M.

A. R. *Aſta Regia.* C. A. R. *Colonia Aſta Regia.* aliis videtur *Colonia Auguſta Rauracorum.*

ΑΡ vel ſeparatis, vel nexu iunctis litteris in n. regum Macedoniae, Syriae, et Lyſimachi Thraciae, pariter vrbium Cnoſſi Cretae, Iſtiaeae Euboeae, Locridis, Syracuſarum, Thurii Bruttiae, Veliae Lucaniae.

ΑΡ. Ἀραδίων, vid. *Aradus* inſula.

ΑΡ. Ἀρχελάου, v. *Archelaus* rex Cappadociae.

ΑΡ. initiales litterae dignitatis Ἄρχοντος, *Archontis.* Adſerit quidem *Froelichius*, per ſolos characteres ΑΡ non ſolere *Archontes* deſignari, quando τὸ ΑΡΧ. conſtanter exhibent numi Byzantiorum, Coiorum, Hadrianotheritarum, Hadrianothyreorum, Mileſiorum, Sardianorum aliorumque, ideo ſuſpicatur in Byzantiorum numo ſub M. Aurelio ΕΠΙ ΑΡ. ΜΑΡΚΟΥ inſcripto. ΑΡ A pro nomine familiae acceptum fuiſſe, vt *Arrius*, *Arruntius*; *Vaillantius* vero legit: *Sub Archonte Marco*, pariterque in n. Cebeſſenſium ΕΠ. ΑΡ. ΟΥΑΡΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ, *Sub Archonte Varo Sophiſta*, et in duobus Sardianorum: ΕΠΙ ΑΡΙΖΗΛΟΥ ΑΡ. *Sub Arizelo Archonte*; ΑΡ. ΙΟ. ΛΙΒΩΝΙΑΝΟΥ, *Sub Archonte Iulio Liboniano.*

ΑΡ. Ἄργους. vid. *Argos* Acarnaniae, et Aeolidis.

ΑΡ litteris iunctis, ſub nauis prora, deſuper ΒΑ. In hoc Æ 3. numo ab *Haym.* Th. Br. II. Tb. 2. fg. 1. edito dubium occurrit, vtrum ΒΑ. Βασιλέως, *Regis* et monogramma ΑΡ ex litteris Α et Ρ compoſitum *Aridaei* legendum ſit, vt *Haymius* l. c. p. 14. legit; vel an τὸ ΒΑ ſeparandum, atque legendum *Regis Alexandri*, ac tum τὸ ΑΡ inter vrbis, aut monetarii incertas notas reiiciendum cenſeatur. Dubium auget alius Æ 3. *Liebii* numus, in quo praeter ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Philippi Regis* nomen, ſimile monogramma ΑΡ complectens, inſculptum habetur. Nam is numus cum ad *Philippum Aridaeum* alioqui pertinere *Froelichio* Annal. Syr. reg. p. 5. quidem videatur, probabiliorem *Aridaei* lectionem reddit, quaſi vtrumque regis nomen, vetus *Aridaei*, monogrammate tantum indicatum, et nouum Philippi integre ſcriptum habeatur. *Recueil* de méd. de Rois p. 10. ad *Aradum* vrbem monogramma refert.

ΑΡ. Ἄριστος, *Optimus.*

ΑΡ. *Ariſtomachi* praetoris Mytilenaeorum nomen. ΕΠΙ Γ. ΒΑΛ. ΑΡ... *Sub Praetore Valerio Ariſtomacho.* *Haym.* II. Tb. 48. n. 7.

ΑΡ Ἁρματέων, *Harmatenſium* Boeotiae.

ΑΡ. iuxta collum cerui, illic ΣΙ. *Arſinoe* vrbs in Cyrenaica Africa, vt coniicit *Pellerin.* Rec. de *Méd.* T. III. Tb. 87. n. 19. At *Neumanno* Pop. Num. II. p. 153. multo magis probatur *Iſſa*, vel ſi ſtandum foret pro quadam *Arſinoe*, ob vicinitatem cum Illyrico cenſet, quam *Stephanus* Aetoliae, *Strabo* Acarnaniae Aetoliam contingenti inſerit.

ΑΡ monogramma coniunctum in AR. Ptolemaei Soteris. Incertae ſunt litterae *Froelichio* Annal. Syr. Tb. 3. p. 19. et editori Muſ. *Theup.* p. 1203. quae vero a *Vaillantio* interpretatae ſunt *Aradiorum* in Phoenicia.

ΑΡ Claudio Tiberienſium Galilaeae *annus* 101, qui ex eius computo 770, cadit in annum V. C. 870, quo Hadrianus, cuius numus eſt, adpellabatur Auguſtus. *Vaill.* N. Graec. p. 287.

ΑΡ in nummo M. Scauri iuxta *Gallandum* vel notae ſunt numerales epo-

epocham denotantes, qua familia *Aretarum* rebus praefuit in Arabia, quae tunc temporis *annum* numerabat 101, aut initiale innuunt nomen monetarii, vel ciuitatis, in qua nummus ſignatus eſt.

ΑΡ vel monogramma conſtans hiſce litteris illigatis in Æ Magneſiae Ioniae, quem edidit *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 6. n. 4. p. 75. 79.

ΑΡΑ monogrammate litterae iunctae. n. Neopolitar. Campaniae.

Ara. Non hic locus eſt, in natales ararum, ſiue altarium generatim inquirendi, neque varia earundem genera enumerandi, diuerſasque figuras, ac ſtructuras, cauſas item, vſus, et fata varia illuſtrandi. Plena manu haec omnia, et cura homine aris addicto digna exſecutus eſt Petr. *Berthaldus* libro ſingulari de *ara* ap. *Graeuium* Th. Ant. Rom. VI. p. 154. ſq. — Eorum tamen ſententiam a vero haud multum aberrantem, non plane intactam relinquere poſſumus, qui aras ab ipſa mundi origine repetunt. cf. Hiſtoire de l'Acad. des Inſcr. T. III. p. 1. ſqq. Quamuis enim ſucceſſu demum temporum paullatim ornatius ſplendidiusque fuerint exſtructae; ab ipſis tamen cultus diuini initiis ad ſacrificandum illas fuiſſe adhibitas, gramineas licet tantummodo, pro ſimplicitate primaeua, vel ceſpititias, cinereasue, nulli dubitamus. De vſu earum obſeruandum, aras olim in lucis ac nemoribus vni pluribusue numinibus in tanta deorum, dearumque, quorum tot fere gentiles, quot bona malaue ſentiebant ſtatuebantue, ſibi finxerunt ac coluerunt, multitudine, ſimul vt ſimulacra idolorum in lateribus illarum poſitae oſtendunt, dicatas multasque poſt templorum, quorum nullum ſine ara fuit, introductum vſum absque aede ſub dio conſtitutas, et alias fixas atque immotas, alias mobiles ſolubileſue ac portatiles, iterumque alias perpetuas, alias temporarias fuiſſe, quas temerarias i. e. ſubitas ideo vocat *Tertullianus* in Apolog. ethnicorum ſacra ſugillans, quod temere, ſiue ſubito, et ex improuiſo, prouti occaſio ferebat, fieri ſolebant, quo pertinent inprimis *arae votiuae* diis praeſertim vialibus conſecratae. Variae praeterea multiplicesque erant cauſae, propter quas vel ad colendum verum Deum apud Iudaeos, et Chriſtianos, vel in cultum falſorum deorum maiorum minorumue gentium, certorum, incertorum, notorum ignotorumque apud ethnicos, inque honorem principum ac heroum, vel fatis iam defunctorum, vel adhuc viuentium erectae fuerunt, ac diuerſimode exornatae. *Spon.* de aris ignotorum Deorum in Theſ. *Gronou.* T. VII. p. 266 ſq. — Eminet inter alias *ara Victoriae* in curia Iulia, quae a Iulio Caeſare nomen tulit. Dedicauit hanc curiam, loco Hoſtiliae, in honorem patris adoptiui factam, Caeſar Auguſtus, eamque, imperium ſe ex victoria eſſe adeptum, oſtenſurus, imagine ſ. ara victoriae, Tarento Romam olim translata, et portatili adeo, ſpoliisque Aegyptiis a ſe decorata, exornauit. Io. Henr. *Schulz.* diſſ. de dea Victoriae et ara deae in curia Iulia. Haec ara Victoriae varia ſuccedentibus temporibus experta eſt fata, referente Car. Frid. *Hofmanno* in diſſ. de ara Victoriae Imperator. Chriſtianis odioſa. — *Ara Pacis* imperante Auguſto exſtructa eſt ſeparatim. Ipſa eius ſtructura ex numis cognoſcitur in honorem Auguſti cuſis, quos collegit Io. Frieder. *Fiſcher.* in commentatione de ara Pacis. — Superſtites ſunt numi, in quibus *Pax* etiam figura muliebri, eaque pulcerrima adparet, hilari vultu, et interdum non minus, quam Victoria, vtpote Pacis praeambula, alis inſtructa, cum ſymbolis conſuetis, nempe caduceo, ſerpente, corona oleagina, et cornucopiae, vel ariſtis ſpicisue, amicae Cereris ſignis, vel oliuae ramo. Vtrum vero haec ara aeque, ac illa Victoriae, ab ipſo fuerit

fuerit Auguſto dedicata, an potius a ſenatu pop. Rom. anceps eſt quaeſtio, et in vtramque partem diſputata, prout fuſius docet C. G. Fr. *Walch.* in progr. Goettingenſi de pari arae Victoriae araeque Pacis origine, et vtriusque fatis §. 6. — Quae vero fata habuerit ara Pacis ſucceſſu temporum ſub imperio in primis Chriſtianorum principum, non adeo liquet. Eadem tamen ipſi, quae aliis ethnicorum aris, tandem contigiſſe, haud ambiguum eſt, quamuis, diutius illam ara Victoriae ſtetiſſe, inde forte colligi poſſit, quod etiam templum Iani, imperante Iuſtiniano, ſartum adhuc tectumque manſit. — Praeter eas ſacrauit gentilium πολυθεότης alias quoque aras *Prouidentiae, Libertati, Securitati, Fortunae. Fecunditati, Genio publico priuatoque, Pietati, Saluti, Bono Euentui, Aeternitati, Iuuentuti, Concordiae, Tranquillitati*, et ſi qua ſunt alia fauſti ominis nomina, qualia arae genera conſpiciuntur in numis Aegarum Ciliciae, et Aeolidis, Alexandriae Aegypti, Amaſtris, Amiſi, Anchiali Thraciae, Ancyrae, Antiochiae Piſidiae, ac Syriae, Apolloniae Epiri, Apollonopolis, Argeos Acarnaniae, Aſcalonis, Attae, Attaliae, Bruttiorum, Byzantii, Caphyae, Calchedonis, Canothae, Carrharum, Caeſareae Cappadociae, et Palaeſtinae, Chii, Cii, Cnidi, Corinthi, Cretae, Crotonis, Cyzici, Cyrenes, Damaſci, Dardaniae, Deulti, Dionyſopolis, Edeſſae Meſopotamiae, Emiſae, Epheſi, Gabalae, Gazae, Gythei, Hadrianae, Hadrianopolis, Heliopolis, Heracleae Ponti, Hipponii, Ilii, Iuliopolis, Lacedaemonis, Lampſaci, Laodiceae in Caria, et in Syria, Leontinorum, Leſbi, Mantineae, Marcianopolis, Metropolis Ioniae, et Phrygiae, Mopſueſtiae, Moſtenae, Mytilenas, Nicaeae, Nicomediae, Nicopolis Moeſiae, Nyſae Cariae, Odeſſi, Orthoſiae, Patrarum, Pautaliae, Pergami, Pergae, Perinthi, Philadelphiae Lydiae, Philipporum, Philippopolis Thraciae, Phliuntis, Plotinopolis, Pompeiopolis Ciliciae, Rheſaenae, Sardis, Seleuciae Ciliciae, Selgae, Selini Siciliae, Sides, Sidonis, Smyrnae, Syracuſarum, Tanagrae, Tarſi, Temenothyrarum, Teni inſulae, Theſſalonicae, Thyatirae, Traianopolis, Tripolis Syriae, Tyri, Troadis. — Pariter in n. familiarum Antiae, Corneliae, Oppiae, Pomponiae, Poſtumiae, Rubriae, Vibiae — Aeque, ac ad aram ſacrificantes repraeſentantur Imperatores, Auguſtus, Lepidus, Caligula, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Veſpaſianus. Titus, Domitianus, Domitia, Nerua, Traianus, Matidia, Hadrianus, Sabina, Aelius, Antoninus, Aurelius, Fauſt. Iunior, L. Verus, Lucilla, Commodus, Criſpina, Pertinax, Did. Iulianus, Peſcennius, Seuerus, Domna, Caracalla, Geta, Macrinus, Elagabalus, Aquilia, Maeſa, Mamaea, Alexander, Maximinus, Pupienus, Gordianus Pius, Philippus vterque, Decius, Etruſcilla, Hoſtilianus, Gallus, Voluſianus, Aemilianus, Valerianus vterque, Gallienus, Salonina, Herodianus, Poſtumi, Victorinus, Claud. Gothicus, Quintillus, Aurelianus, Tetrici, Tacitus, Florianus, Probus, Numerianus, Diocletianus. Val. Maximianus, Conſtantius Chlorus, Galerius, Carauſius, Licinius pater et filius. — *Ara* cum duabus figuris ſacrificantibus. n. Iuliae Piae. — cum quatuor ſacrificantibus. n. Hadriani, M. Aurelii, — cum ſex Veſtalibus. n. Lucillae.

Ararum quadratarum rotundarumque ſpecies exhibuit *Montfaucon* in libro, cuius index eſt: Antiquité expliquée Vol. II. P. I. Lib. III. c. 2. — In numis vrbium ſignata ara ſacra pro ſalute Imperatoris ſeu regis ab vrbe facta indicat; ſerpentes ex arae imo ſeſe erigentes ſunt victoriarum indices.

Ara ſola in n. Antiochiae Syriae. Apolloniae Epiri, Byzantii, Cnidi, Dyrrha-

Dyrrhachii, Emeritae, Hadrianopolis, Italicae, Mopſueſtiae, Nicaeae, Nicomediae, Panormi, Sidonis, Smyrnae, Teii. — *et* in nummis g. Aproniae, Betilienae, Caniniae, Ruſtiae — *ſimiliter* in Imperialibus Auguſti, Tiberii, Neronis, Galbae, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, Traiani, Plotinae, Sabinae, Antonini, Fauſt. Senioris, M. Aurelii, Fauſt. Iunioris, Commodi, Criſpinae, Seueri, Alexandri, Voluſiani, Salonini, Regilliani, Herodiani, Claud. Gothici, Tetrici Senioris.

Ara, in qua corona. n. Smyrnaeor. de qua *Liebe* Goth. Num. p. 332. — coronata. n. Selini Siciliae. — in corona hederacea. n. Sidonis. — deſuper caput. n. Apolloniae Epiri, Carrharum, et Plotinae. — deſuper Aſtartes protome, hinc inde vexillum. n. Beryti. — ſupra quam Diana. n Epheſi. — deſuper claua. n. Cyzici, Maſtaurae — ſed impoſitum fulmen. n. Titi, Domitiani, Antonini. — ſed fulmen inter duo ſigna militaria. n. Nicopolis Moeſiae, et Domitiani. — ſed aquila inter duo ſigna milit. n. Familiae incertae. — deſuper aquila. n. Victorini, Gal. Maximiani, Conſtantis. — deſuper galea, hinc clipeus, inde haſta. n. Neronis. — deſuper globus. n. Cretenſium. — cui ſerpens impoſitus. n. Ancyrae Galatiae, Aſſiorum Aeolidis, Claudiopolis, Nicomediae, Nicopolis Epiri, Tauii, Temenothyrarum. — deſuper Victoria inter duos ſerpentes. n. Auguſti. — ſupra quam ſerpens in gyros circumuolutus ſe erigit, a d. caduceus, a ſ. ſpica. n, Noniae g. — cui inuolutus eſt ſerpens. n. Aſines, Claudiopolis Iſnuriae, Epidauri, Iaſi, Nicaeae, Nicomediae, Nicopolis Epiri, Pergami, Ptolemaidis, Tauii, Traianopolis, et Imp. Tiberii. — inter duos ſerpentes. n. Ptolemaides. — inter duas taedas. n. Aezani, Byzantii, Cyzici, Nicaeae, Pergami. — inter duo capita velata, et turrita. n. Edeſſae Meſopotamiae, Rheſaenae. — cui duo capita boum impoſita. n. Nicaeae. — cum quatuor ſpicis. n Caeſareae Cappadociae. — ex qua arbor excreſcit. n. Caeſareae Palaeſtinae, Corinthi, Tarraconis. — cui impoſitum vas anſatum, hinc et inde taeda cum ſerpente. n. Pergami. — ſupra quam tria vaſa. n. Pergae. — deſuper ſimpulum. n. Veſpaſiani. — ad radices montis Argaei. n. Caeſareae Cappadoc. — ſub arbore. n. M. Aurel. in qua genius, vel Cupido. n. Lucillae. — ſubtus caput mul velat. n. Coſufiae. — cum aſtro et media luna n. Carrharum. — capricornus, globus, papauer, et faſcia. n. Nicaeae. — arbor, et petrae Ambroſianae. n. Tyri. — caduceus, et vaſculum. n. Heliopolis. — corona, vrceus et auis. n. Fauſtinae Sen. — et bos. n. Eporae Hiſpaniae, it. Iul. Caeſaris et ab Aegyptiis in Domitiano, et Hadriano. — poma, et ſerpens ad arborem. n. Neronis. — laurea. et haſta. n. Arriae g. — cui impoſita Sileni perſona, ad quam adſilit panthera, pone thyrſus. g. Vibiae. — et malleus. n. Scriboniae g. — ante caput Claudii. n. Aſcalonis. — ante templum Aſtartes. n. Tyriorum. — ante quam iugulata ſtat ouis. n. Syracuſarum. — ante quam Serapis ſt. n. Dionyſopolis, Odeſſi. — ante quam ſerpens, aquila deſuper. n. Nicomediae.

Ara, cui vexillum imponitur in n. Coloniarum, vt Caeſar Auguſtae, ad cuius originem ſpectat typus. Dum enim colonia deducebatur, aram primum exſtruebant, ſupra quam ſacra fierent, priusquam colonus aratro terminos vrbis deſignaret, qua de re ille in variis nummis velatus ritu Sabino bouem et vaccam agit. Sacrificio peracto, vexillum, legionis in ea deducendae nomen praeferens, imponebatur. it. Fadiae g. — ſupra quam Imp. Gordianus et vxor dextras iungunt. n. Metropol. Phrygiae. — in qua duae figurae cum haſtis iuſculptae ſunt, hinc

hinc et inde aquila legionaria. AR. Domitiani. *Vaill.* Pr. II. p. 106. — ſupra quam tres icunculae. n. Cyzici, Tripolis Phoeniciae. — in qua ſculptae duae Victoriae cum palmis lauream offerentes coronam, hinc inde aquilae legionariae haſtis inſidentes. AV. Domitiani. *Morell.* in Domit. Tb. 7. n. 38. p. 423. *it.* AR. Eiusd. *Morell.* ib. Tb. 12. n. 33. — Idem typus cum inſcr. ROM. ET AVG. *Romae Et Auguſto.* in n. Auguſti, Tiberii, Claudii. Vid. ROM. ET. AVG.

Ara in qua duae capellae ſtantes, deſuper AVGVSTVS. AR. *Golz.* in Aug. Tb. 73. n. 7.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 38. n. 1. — media inter duos ingentes lauri ramos cum inſcr. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Æ 3. *Morell* in Auguſto Tb. 47. n. 38. p. 437. — in qua COS. II. n. Phil. Iun. Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 57. n. 2. — in qua CO. AV. pone caput muliebre. n. Alexandriae coloniae Troadis. — deſuper PVTEAL. infra SCRIBON. g. Scriboniae. — cum tabernaculo: AR. Titi *Bellor.* p. 72. n. 9.) *Mdb.* p. 125.) *Muſell.* Imp. Tb. 40. n. 5. — it AR Domitiani. *Geſn.* Tb. 64. n. 39. 40.) *Muſell.* ib. Tb. 45. n. 2. 9. — Ara Antonio et Cleopatrae vt diis poſita. *Morell.* Fam. p. 305.

Ara Apollinis, cui lauri folia, et baccae impoſitae. n. Antioch. Syriae.

— *Deorum.* v. ΕΚΤΙΑ. Θ. vel ΘΕΩΝ. — prope Iouis aedes. g. Claudiae.

— *Conſecrationis* modo rotunda, modo quadrata, cum flamma ſurſum elata, in cuius circuitu legitur CONSECRATIO. — vel arae aquila inſiſtit, eadem cum perigraphe. — vel ramo ad mediam aram vtrimque adpoſito, cui inſiſtit aquila coronam geſtans roſtro, circum: AETERNAE MEMORIAE GAL. MAXIMIANI. — vel duae aquilae ſtantes ara cum igne intermedia. v. MEMORIA FELIX. — vel ara ſupra quam ignis accenſus inſcribitur: DIVO PIO etc. apotheoſin deſignans.

Ara Fortunae Reduci ſacra, cui inſcriptum: FOR. RE. n. Ruſtiae g. et AR. Auguſti, de quo praeter *Vaillantium* et *Havercampum* ad *Morell.* Theſ. Famil. etiam *Swinton.* in Philoſ. Tranſact. Tom. LXII. P. I. p. 61. ad Tb. 2. fg. 2. — *Al.* ſed FORT. REDVCI. AR. Commodi. vid. *Fortuna Redux.*

— *Herculis* maxima, ſub Auentino. n. Antiae g. *Morell.* Fam. p. 18.

— *ignita* frequentius apotheoſin arguit. v. CONSECRATIO. — cum igne accenſo, vittis et encarpis ornata. v. PRINCEPS IVVENTVTIS. — ΔΙΟΣ ΑΓΟΡΑΙΟΥ, *Iouis Forenſis.* — ſacro igne calens c. epigr. DIS GENITALIBVS. AR. Criſpinae. — *Al.* cum inſcr. SECVLVM (*ſic*) Æ 3. Tetrici Iun. *Vaill.* Pr. I. p. 225. — iuxta quam hinc Hercules ſt. ſ. exuuias leonis, et ſimul clauae innixus, inde Imp. togatus ſt. d. pateram. Æ max. edit. in *Cim. Vind.* II. p. 11. — vel arae cum foco inſcribitur littera maiuſcula K, Καίσαρι, *Caeſari.* Æ 2. Neronis. *Morell.* in Nerone Tb. 13. fg. 9. p. 117. — vel additae ſunt litterae binae K. K. quae ſiglae forſitan indicant ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ, *Commune Cypriorum*, ſiue ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ, *Commune Cretenſium*, aut ex *Harduini* coniectura ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑΣ, *Commune Ciliciae*, aut aliquid ſimile. Æ 3. Domitiani. *Morell.* in Domit. Tb. 26. n. 15.

Ara ignita inter duas amazones. n. Amiſi. — inter duos pharos. n. Byzantii. — inter duas taedas ardentes, cuilibet inuolutus ſerpens. n. Cyzici. — inter figuram in equo et Mercurium; *al.* ante figuram in equo. n. Moſtenorum. — ante quam ſacerdos ſuccinctus, d. pateram, ſ. humero baculum, prope taurus. n. Dardaniorum. — ante quam Imp. ſt. inde genius, pro pedibus victima. n. Ha-

n. Hadriani. vid. ADVENTVI AVG. AFRICAE. — BITHYNIAE. — GALLIAE. — HISPANIAE. — ITALIAE. — MACEDONIAE. — MAVRETANIAE. — MOESIAE. — iuxta quam Serapis cum Imp. dextram iungit, poſt Serapidem Iſis, poſt Imp. mulier. v. ADVENTVI AVG. ALEXANDRIAE.

ARA PACIS vel ARA PAC. immo AR. PAC. in variis ad aram Pacis legitur numis, quos collegit atque illuſtrauit Ioh. Frider. *Fiſcher* in commentatione ſingulari de *ara Pacis*. Lipſiae 1748. forma quarta. Qui in fronte diſſertationis conſpicitur Auguſti numus e *Golz.* Aug. Tb. 56. n. 12. aram ſiſtit, ad cuius latera retrogrado litterarum poſitu legitur ƎƆAꟼ ꟼЯƎꟼ loco PACE PERP*etua*. Qui vero in tabula ad calcem poſita occurrit ordine primus *AV*. e *Golzio* in Aug. Tb. 73. n. 11. et *Oiſel* Sel. Num. Tb. 71. n. 12. deſumtus, aram in templo ſex columnarum repraeſentat, et in area numi PACI PERP. — In 2. circumſcribitur ara: PACE AVG. PERP. intra coronam. Æ. — in 3. 4. ara ſubſcribitur ARA PACIS, hinc inde S. C. nota. Æ 5. ſimilis ex *Angelon.* Hiſt. Aug. p. 61. n. 9. ſed ARA PAC. — 6. qui eſt *AV*. ex *Oiſel.* Tb. 72. n. 2. ſed AR. PAC. — 7. cum perigraphe integra: ARA PACIS ex *Chifflet.* Lumin. Praerog. p. 373. — 9. aram ſiſtit, ſuper quam ſerpens, adſtat dea d. caduceum adſcripto in area nomine PAX. *AV* et *AR*. apud *Golz.* — Neronis numen ARA PACIS inſcriptum *Triſtan.* I. p. 214. illuſtrauit quidem, ſed ſibi perſuaſit, Neronem hanc dedicaſſe aram in gratiam ludorum ſuorum atque certaminum muſicorum, quibus ſcilicet antiquitus fingebatur praeſidere dea Pax; *Hauercampus* vero ad *Morell.* Neron. Tb. 10. n. 16. p. 106. iuſtius cenſet, aram Neronis fuiſſe erectam eo tempore, quo Ianum pace vbique parta clauſit Nero. cf. *Pedruſ.* Tom. VIII. Tb. 18. n. 10.) *Biaeus* in *Arſchot.* Tb. 21.) *Angelon.* p. 61.) *Oiſel.* Tb. 72.) Numoph. Reg. Sueciae Tb. 50.) *Venuti* diſſertaz. ſopra il Tempio di Giano p. 110. Vol. IV. diſſert. Acad. Etr. Corton.) *Mdb.* 92.) *Theup.* 402. — *Similem* Veſpaſiani recenſent *Mdb.* 111.) *Harduin.* Hiſtor. Aug. — *Ead.* ARA PACIS inſcriptio et ara, ſeu templum Iani clauſum in n. Lolliani apud *Chifflet.* ex quo *Mdb.* p. 397. et *Bandur.* I. 316. eundem repetunt.

Ara ignita c. epigr. PIET. AVG. *Pietas Auguſta.* S. C. Æ 2. Fauſt. Sen. *Angelon.* p. 146.) N. *Arſchot.* Tb. 44. n. 7.) *Mdb.* p. 210.) *Muſell.* Imp. Tb. 110. n. 3. — *Al.* ſed PIETATI AVG. *AR*. Sabinae.

— *Prouidentiae* in tot Auguſti numis primum, deinde et in aliorum Imperatorum, cum litteris PROVIDENT*ia* S. C. expreſſa. *Angelonus* p. 21. falſiſſime cum *Occone* et aliis credidit, Iani templum in hiſce numis depingi, adeoque viuente Auguſto eſſe cuſos; ſed *Bellorius* p. 8. n. 13. iam adnotauit, eiusmodi numos apotheoſin Auguſti continere, quales exſtant apud *Golz.* in Aug. Tb. 77. fgg. 22. 24.) *Morell.* in Aug. Tb. 30. fg. 10.) Aen. *Vic.* n. 28.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 61. n. 3. p. 354.) *Theup.* p. 386.) N. *Arſchot.* Tb. 16. n. 23.) *Muſell.* Imp. Tb. 6. n. 3.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 38. n. 2. — Iidem *Reſtituti*: 1. IMP. NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. REST*ituit.* Ara eadem, vt teſtatur ſubſcriptio PROVIDENT. S. C. *Golz.* ib. Tb. 77. fg. 17.) *Morell.* ib. fg. 11. — 2. IMP. T. (*Titus*) CAES. AVG. RESTITVIT. S. C. Ara, ſed ſine ſubſcriptione. *Golz* ib. n. 23.) *Morell.* ib. n. 12.) *Theup.* p. 385. — 3. IMP. T. VESP. AVG. REST. Ara. PROVIDENT. S. C. *Golz.* ib.) *Morell.* ib. fg. 14.) *Vicus* n. 15.) *Theup.* 384.) *Bellor.* p. 9. n. 28.) *Geſner.* Tb. 22. n. 13.) *Mdb.* p. 45.) *Muſell.* Imp. Tb. 7. n. 7.)

Patin. Imp. p. 40. — 4. IMP. D. (*Domitianus*) CAES. in *alio*: IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. REST. Vterque apud *Golz.* in Aug. Tb. 78. n. 25. 26.) *Morell.* in Aug. Tb. 30. n. 15. 16.) *Theup.* 385. — 5. IMP. NERVA CAES. AVG. REST. Ara, infra S. C. *Morell.* ib. fg. 17.) *Vaill.* Pr. I. p. 5. — *Alius* ſimilis cum litteris PROVIDENTIA. *Golz.* ib. n. 29.) *Morell.* ib. n. 18. — 6. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. G. (*Germanicus*) P. P. REST. Ara. PROVIDENT. S. C. *Golz.* ib. n. 32.) *Morell.* ib. n. 19.

Eadem *ara*, infra PROVIDENTIA. Æ 2. Galbae. *Morell.* in Galba Tb. 7. n. 19. p. 175. — *Similis*, ſed PROVIDENT. Æ 2. Vitellii. Non legitur apud auctores, vtrum Vitellius *aram Prouidentiae* dicauerit, an ſacra in Prouidentiae templo fecerit Othone e medio ſublato, quod tamen vel ex hoc numo hariolari haud vane licebit, quamuis nihil minus per vitam quam eandem curauerit, niſi ex adulatione ſenatus profectum quoque credamus cum *Patino*. In lucem protraxerunt hunc rarum numum et elegantem *Mdb.* p. 106. ſed cum litteris tantum PROVID. in alio autem PROVIDENT. exhibet. *Vaill.* Pr. I. p. 27.) *Morell.* Imp. in Vitellio Tb. 4. n. 17.) *Patin.* Imp. p. 138. n. 10. *et* in Theſ. *Mauroceno* p. 95. qui vtrobique PROVIDENT. rurſus communicat infra aram.) *Theupol.* p. 414.) Aen. *Vicus* in aereis p. 3.) *Occo* p. 91. qui vero legit PROVIDENTIA. — *Similis ara* cum PROVIDENT. Æ. Veſpaſiani. *Bellor.* p. 63. n. 26.) *Geſner.* Tb. 58. n. 21.) *Mdb.* p. 113.) *Muſell.* Imp. Tb. 32. n. 3. — *Similis ara*, eadem cum inſcr. PROVIDENT. hinc inde etiam S. C. nota. Æ. 2. Titi. *Geſner.* Tb. 61. n. 31. *Mdb.* p. 121.) *Morell.* in Tito Tb. 12. n. 1. p. 381.) *Muſell.* Imp. Tb. 38. n. 3.) Th. Reg. *Sueciae.* Tb. 52. n. 32.) *Triſtan.* I. p. 300. n. 3.

Ara, in qua PROVIDENTIAE AVGVSTI. Æ. 1. vrbis Italicae in Hiſpania Baetica, *Morell.* in Tib. Tb. 6. fg. 16.) *Mdb.* p. 71.) *Vaill.* Col. I. p. 113. 114. — et in circuitu legitur PERM. DIVI AVG. MVN. ITALIC*um*. Æ. 2. Tiberii. *Auguſtin.* Dial. Tb. 63. n. 4.) *Morell.* in Tib. Tb. 10. fg. 7.) *Patin.* p. 67.) *Vaill.* Col. I. p. 112.

ARA PVDIC. *Ara Pudicitiae* quadrata, cui impoſitum eſt Plotinae caput, in AV et AR. Plotinae vxoris Traiani RRR. Signata videtur haec *ara Pudicitiae*, ac Virginia Romae in vico longo erecta, cui nulla niſi ſpectatae pudicitiae matrona, et vni viro nupta, ius ſacrificandi haberet, ad denotandam inſignem illius Auguſtae caſtitatem, quam *Plinius* in panegyrico ſanctiſſimam nominat. *Mdb.* p. 164. 165. — *Alius* ſimilis AV. et AR. RRR. Plotinae, circum: CAES. AVG. GERMA. DAC. COS. VI. P. P. *Harduin.* Oper. Sel. p. 751.) *Mdb.* p. 165.) *Vaill.* Pr. II. p. 130.) *Kbell.* Suppl. p. 63. arbitratus, in *Vaillantii* deſcriptione negligentiam obrepſiſſe aliquam; nudam enim depingit quadratam aram. Aſt in AR. numo C. *Arioſti* arae puluillus eſt inſtratus, atque huic aliquid, quod diſtingui non poteſt impoſitum; *Mdbarbus* Plotinae caput illud eſſe indicat.

Ara, cui inſcriptum SALVS AVGVSTI. Æ 1. RRR. Tiberii, pro cuius ſalute, praecipue initio ſui regiminis multae fumauerint arae, dum pro eadem non ſolum in vrbe, ſed et in aliis prouinciis vota ſuſceperunt. *Morell.* in Tib. Tb. 5. fg. 21. — *Similis*, ſed inſcriptum SAL. AVG. *Saluti Auguſtae*, et ſupra illam duo palmae arboris rami. Æ 2. Tiberii ab Illicitanis Hiſpaniae. *Morell.* in Tib. Tb. 10. fg. 6. *et* Fam. Seſtia n. 4. p. 394.) *Vaill.* Col. I. p. 113. — *Similis*, ſed Æ 3. *Morell.* in Tib. Tb. 13. n. 12.) Muſ. *Theup.* — *Alius*, ſed SALVTI AVGVST. in *al.* AVGVSTI, cum S. C. nota. Æ Domitiani. *Angelon.* p. 88.) *Bellor.* p. 76. n. 11. p. 77. n. 26.) *Geſner.*

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

Geſner. Tb. 67. n. 44.) *Mdb.* p. 133. 134.) *Muſell.* Tb. 46. n. 4. ſq.) Muſ. *Pembrok.* Ill. Tb. 38. n. 3.) Th. R. *Sueciae* Tb. 53. n. 13.) *Venuti* diſſertaz. ſopra il Tempio di Giano p. 101. et 120. Vol. IV. diſſert. Acad. Etruſc. Corton.

Ara dei *Termini* an in numo? cf. Bernh. Frieder. Rudolph. *Laubn.* Diatriba de ara et numo dei Termini. Lipſiae 1753. 4.

— *votiua*, qua indicat vota et ſacra pro felici Imperatoris itu redituque. vid. *Vota.* — cui impoſitus eſt globus coeleſtis, cum tribus ſtellis ſupra, cum hac inſcr. VOTIS XX. circum BEATA TRANQVILLITAS. — cum epigr. VOTA PVBLICA. Æ 3. Tetrici Sen. *Vaill.* Pr. I. p. 223. — ſed inſcr. MILLIARIVM SAECVLVM. Æ. Philippi. *Pembrok.* Ill. Tb. 85. n. 2. vid. *ſuis locis.*

— *duae* cum ſerpentibus, arbore intermedia. n. Ptolemaidis. — cum lunula et aſtris, columna intermedia. n. Sagalaſſi.

ARAB. *Arabia.* ARAB. ADQ. *al.* ADQVI. *al.* ADQVIS. *al.* ADQVISITA, ſtat Arabia ſtolata, cum attributis ſolitis, d. ramum turis, ſ. calamum adoratum, ad pedes camelus; in circulo S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. AV et AR Traiani, et add. S. C. nota Æ. 1. 2. eiusdem. *Angelon.* p. 123.) N. *Arſchot.* Tb. 35.) Ant. *Auguſtin.* p. 101.) *Beger.* Th. Br. II. p. 648.) *Erizzo* p. 313.) *Harduin.* p. 750.) *Mdb.* p. 153. 159. 162.) *Muſell.* Imp. Tb. 61. n. 7. *et* Tb. 67. n. 5.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 17. n. 7. 8. 9.) *Patin.* Imp. p. 175.) Muſ. *Pembrok.* Ill. Tb. 67. n. 1.) *Pedruſ.* Tom. II. Tb. 31.) *Piovene* Tom. X. Tb. 7.) *Spanhem.* I. p. 184.) Th. R. *Sueciae* Tb. 10. n. 9.) *Theup.* p. 446.) *Triſtan.* I.) *Vicus* Tb. 17. n. 55.) Arabia exeunte ſecundo bello Dacico a Traiano imperii ſub anno nono per Palmam Syriae rectorem imperio Romano adiecta, prouinciarum Caeſaris numerum auxit.

ARAB. ADQVIS. COS. II. P. P. Victoria ſt. d. lauream, ſ. tropaeum; in *alia* Victoria gradiens, d. lauream ſ. palmam AR. Seueri apud *Mediob.* p. 272.; ſed rectius iidem AR. Seueri in Muſ. *Pembrok.* Ill. Tb. 67. n. 1.) in *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 273. 274. inſcribuntur: ARAB. ADIAB. COS. II. P. P. *Arabicus Adiabenicus* etc. prout in ſimili ARAB. ADIABENIC. legitur. apud *Eckhel.* ib. 274. aliosque. Septimius enim Seuerus ob expeditionem in Arabiam et Oſrhoenos Ao. 948. ſuſceptam cognominatus eſt, numis etiam teſtantibus: ARABicus PARTbicus ADIABenicus, vel in Graecis APAB. 'Αραβικὸς, *Arabicus.*

ARAB. *Arabiae.* ADVENTVI AVG. ARAB. S C. in ambitu: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Imp. eques ſequentibus duobus ſigniferis. Æ. Traiani. *Mdb.* 162.

Arabia ſtans, d. dentem elephantis, prae pedibus camelus, cum epigr. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Ε. AR max. Traiani. *Vaill.* Pr. II. p. 127. — Idem Arabiae typus ſed ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟ. ς. AR. Eiusd. *Vaill.* ib. p. 128. — *Alias* ſed ΔΗΜΑΡΧ ΕΞ. ΙϚ. ΥΠΑΤ. Ε. AR. Eiusd. *Khell.* Suppl. p. 53.

ARABIA excipit aduenientem Imp. Traianum, cui palmam porrigit, circum: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIRI. *Mdb.* 162.

ΑΡΑΒΙΑ, *Arabia* prouincia. Protome muliebris. Æ 3. Traiani. *Eckh.* Cat. I. 252. — ΑΡΑΒΙΑ L. ΙΓ. *Anno* 13. Fig. mul. ſt. ad cuius pedes camelus. Æ 2. Trai. *Vaill.* Gr. — ſed L. ΙΑ. *Anno* 11. Æ 2. Hadriani. *Vaill.* ib. — plures Arabiae numos v. prouinciae vrbs *Boſtra.*

ARABIA AVGVSTI PROVINCIA. Puer ducens capiſtro camelum, cui adſiſtit figura ſtolata. AR. Traiani. *Spanh.* ad Iuliani Caeſſ. p. 419.) *Mdb.* 153.) Cum late patet illud Arabiae nomen, et de regionibus ad vtrumque ſinus Arabici litus ſitis, quod ex *Strabone* L. I. p. 42. dicitur: hinc non deuictam totam a Traiano, quae illo Arabiae nomine cenſebatur, regionem licet ſtatuere.

ARABIA CAPTA. S. C. Palma, cui adſidet Arabiae captae typus, in circulo: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Æ. Trai. *Mdb.* p. 162. Arabia, vt et Dacia prouincia Auguſtis, non ſenatui, ſubiecta ac propria.

ARABIAE. vid. ADVENTVI AVG. ARABIAE. S. C. Hadrianus et Arabiae ſacrificantis typus. Æ 1. Hadriani. *Harduin.* Oper. p. 760.) *Mdb.* 175.) *Vaill.* Pr. I. 59.) — RESTITVTORI ARABIAE S. C. Imp. mulierem genuflectentem ſubleuat, adſtante camelo. Æ. 1. Hadr. *Harduin.* p. 761.) *Mdb.* l. c.) *Vaill.* Pr. I. p. 60.

Arabici numi raro principum vultu figurantur. Muſ. *Pembrok.* II. Tbb. 91. 92.) De rei numariae apud Arabas initiis commentatione egit academica Io. Gottofred. *Eichborn.* Ienae 1776. 4.) Cſtoph. Gottl. von *Murr* geſammlete Nachrichten von den Münzen der Araber. Nürnberg 1770. 8. qui p. 48. ſq. ſeriem ſcriptorum de numis Arabicis addidit.) I. I. *Reiſkii* epiſtolae de numis Arabicis, inſertae repertorio biblico, quod cel. *Eichborn.* Lipſiae edidit.) Quosdam Arabicorum numos vulgauit delineatos, atque recenſuit Geo. Cſtian. *Adler* in libro: Muſeum Cuficum Borgianum Velitris. Romae 1782. formae quartae mai. — Speciatim de numo Arabico Conſtantini Pogonati diſſeruit, Hadr. *Reland.* Amſt. 1704. 8.

Arabs cognominatus M. Iul. Philippus, Boſtris, quae Arabiae vrbs, patre latronum ductore oriundus.

Arad rex Phoeniciae, cuius caput galeatum et denominatio in AV. numo, quem *Dutens* vulgauit in Explicat. de quelqu. Médailles p. 78. ſq. In)(aliud caput galeatum forſan Mineruae conſpicitur cum repetita inſcriptione Phoenicia *Rex Arad.* Conſulendus eſt *Swinton.* de litteris Samaritanis et Phoeniciis, Oxford 1750. p. 16.) *Barthelemy* dans Iournal de Savans 1763. ſimilem Boccho tribuit numum; quem *Froelich.* Not. Elem. Tb. 1. fg. 11. p. 23. Syracuſanis falſo adſcripſit.

Aradus Phoeniciae vrbs antiquiſſima in inſula continenti proxima, a quibusdam Sidoniis exſulibus condita dicitur apud *Strab.* L. XVI. Varios experta dominos, tandem Seleucidis paruit, ſed ab Antiocho Deo *Autonomia* obtenta ipſis deinceps vt amicis obtemperauit. Seleucus Callinicus eius filius ei *Aſyli* priuilegium anno 70. Seleucidarum conceſſit, quando Aradii contra Antiochum Hieracem adhaeſerunt. Inde in numis inſcribitur ΙΕΑ i. e. Ἱερὰ Ἄσυλος, *Sacra Inuiolata*, ſeu iuxta *Liebium* Goth. Num. p. 164. ΙΕΡΑ, quod interpretatur Ἱερᾶς Ἐλευθέρας Ἀσύλου, *Sacrae, Liberae, Inuiolatae*; praerogatiuam enim Ἱερᾶς et Ἀσύλου *Aradus* cum aliis Syriae et Phoenices vrbibus, quas recenſet *Spanh.* I. p. 665. habuit communem. Excuſſo regum iugo, Romanis ſe committit et *Autonomiam* accipit A. V. C. 495. A. Chr. 258. vt auguratus eſt recte *Noriſ.* Epoch. Syromaced. quam aeram dinumerauit in Imp. Domitiani, Traiani, Hadriani, M. Aurelii et Elagabali numis. Legitur in numis Α. ΑΡ. ΑΡΑΔΙΩΝ et ΑΠΑΔΙΩΝ.

a) *Autonomi* eius numi ſuperſtites.

ARABRIGA MVN. *Municipium Arabriga* in Caii Caeſaris numo e *Golzii*

Golzii Theſ. p. 242. et *Harduini* Oper. Sel. p. 27. *Plinio* L. IV. c. 35. *Arabricenſes* in Luſitania. *Ptolemaeo* L. II. c. 5. Ἀράβριγα. Apud *Gruterum* p. 162. vetus inſcriptio ARABRIGENSES.

Aradus, Gr. Ἄραδος, inſula Phoeniciae oppoſita, ſed iuxta *Stephanum*: Ἄραδος νῆσος φοινίκης, ita tamen eſt in Phoenice, vt etiam Seleucidi adnumerari poſſit, quia in vtriusque eſt confinio. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 350. Sed et *Plinius* L. V. c. 20. in Phoenice cenſet. Inſulam *Strabo* accurate deſcripſit p. 518. Sita Aradus ante importunum litus, XX ſtadiis a continente, inter nauale ſuum et Marathum. Eſt vero ſaxum a mari circumfuſum, VII fere ſtadiorum ambitu, habitationibus plenum. Et *Pompon. Mela.* Lib. II. c. 7. Arados etiam in Phoenice eſt parua, et quantum patet, tota oppidum; frequens tamen, quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet. — Vrbs cognominis in Chronico *Euſebii* dicitur condita anno primo Olympiadis V. nempe ſeptem annis ante vrbem Romam. A Turcis hodie nuncupatur *Ruad.* — Aradiorum aera, vt docet *Harduin.* in Chronolog. Vet. Teſt. p. 582. Oper. Sel. incipit ex quo ſe, excuſſo regum Syriae iugo in libertatem vindicarunt, atque in clientelam populi Romani contulerunt. Quam quidem clientelam, ignotam ſcriptoribus rerum Romanarum numi veteres praedicant. — Numi, qui litteras ΑΡ. ſigla ligatas, et palmam exhibent, in hac vrbe certo ſignati ſunt. Dicta ſigna, et palma in autonomis huius vrbis numis reperiuntur. Minus tuto huc referas, in quibus apis et acroſtolium comparent, praecipue cum in his illa ſigla abeſt. Vtrumque viſitur in autonomis quidem Aradi, ſed et in aliarum vrbium numis. Speciatim apis Epheſi eſt ſymbolum. Aradi numos vide apud *Pellerinium* Mel. I. p. 125. 126. in Muſ. *Hunter.* p. 39. ſq. et apud alios. Nimirum

A.) *Autonomos.* 1. Caput muliebre turritum et velatum ad d.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Victoria gradiens ad ſ. d. acroſtrolium, ſ. palmae ramum, ante ΗΚΡ (128) et ΔΝ, inter quas littera Phoenicia. AR. 221$\frac{3}{4}$ pond. *Peller.* Tb. 90. fg. 1. et ſq.) Muſ. *Hunter.* p. 39. n. 1. — 2. *Alius* ſimilis, ſed ante ΑΛΡ (131) et ΘΝ, inter quas alia Phoenicia littera. AR. 224. pond. M. *Hunter.* p. 40. n. 2. — 3. *Al.* ſed ΗΛΡ (138) in area littera Phoenicia et ΘC, omnia intra lauream. AR. *Eckh.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 245. n. 1. — 4 *Al.* ſed ΘΛΡ (139) et ΘC, intermedia Phoen. littera. AR. 224$\frac{3}{4}$ pond. Muſ. *Hunter.* ib. n. 3. — 5. *Al.* ſed cum anno ΜΡ (140) in area littera alia Phoenicia, vt n. 2. et ЄΝ. AR. 233. pond. *Eckh.* Cat. ib. n. 2.) M. *Hunter.* ib. n. 4. — 6. *Al.* ſed ΒΜΡ (142) AR. Muſ. *Theupoli* p. 1251. — 7. *Al.* ſed ΘΜΡ (149) et ΒC, inter quas eſt Phoen. littera. AR. 227$\frac{1}{2}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 5. — 8. *Al.* ſed ΒΞΡ (162) et ΘΝ, inter quas alia Phoen. littera eſt. AR. 231$\frac{3}{4}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 6. — 9. *Al.* ſed ΗΞΡ (168) et ΔC, interpoſita alia Phoen. littera. AR. 224$\frac{3}{4}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 7. — 10. *Al.* ſed cum anno ΘΞΡ (169) et ΘC, inter quas alia Phoen. littera eſt. AR. eiusdem ponderis. M. *Hunter.* ib. n 8. — 11. *Al.* ſed ΑΟΡ (171) et ΜΣ cum littera Phoenicia, quae n. 4 AR. 221$\frac{1}{2}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 9. — 12. *Al.* ſimilis ſed littera Phoenicia eſt, vt n. 9. AR. 229. pond. M. *Hunter.* ib. n. 10. — 13. *Al.* ſed ΒΟΡ (172) et ΜC, inter quas littera alia Phoenicia. AR. 233$\frac{1}{4}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 11. — 14. *Al.* ſed ΓΟΡ (173) et ΜΣ, cum alia littera Phoenicia. AR. 221$\frac{3}{4}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 12. — 15. *Al.* cum anno ΑΠΡ (181) alia litt. Phoenicia, et ΜΣ. AR. *Cim. Vindob.* I. Tb. 8. fg. 1.) *Eckhel.* Cat. I. p. 245. n. 3. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 5. fg. 2.

fg. 3. — 16. *Al.* ſed ΖΠΡ (187) et ΑΣ, inter quas quaedam littera Phoenicia AR. 227. pond. M. *Hunter.* ib. n. 13. — 17. *Al.* ſed ΖϘΡ (197) AR. *Froelich.* Ann. Syr. reg. p. 123.) Muſ. *Theup.* p. 1251.) in *ſimili* exhibet *Guſſeme* I. p. 249. n. 3. litteras ΒΝΡ. ΘϘC et indicat annos 152. et 299. — 18. Apis, a ſ. ΡΕ, a d. mon. [72])(ΑΡΑΔΙΟΝ. Ceruus ſtans ad d. iuxta palmam arborem. AR 3. *Peller.* Tb. 90. fg. 2. et 3.) Muſ. *Hunter.* ib. n. 14. — 19. Apis, a ſ. ΒΛΡ (132) a d. ЄΝ.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Typus idem, inter crura cerui littera eſt Phoenicia. AR 3. M. *Hunter.* ib. n. 15-20. — 20. Apis inter monogrammata [103. 104])(*Eadem.* AR 3. M. *Hunt.* p. 41. n. 16. — 21. Apis, a ſ. mon. [73] a d. Σ.)(*Eadem.* AR 3. M. *Hunt.* ib. n. 17. — 22. Apis, in area litterae duae Phoeniciae, et Σ.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Ceruus ſt. retro, palma. AR 3. *Eckb.* Cat. n. 4.) M. *Theup.* p. 1251. — 23. *Al.* ſed in aduerſa littera Phoenicia, et Μ. AR 3. *Eckb.* ib. n. 5. — 24. *Alius,* ſed in aduerſa ΗΤ et monogr. AR 3. *Eckb.* ib. n. 6. — 25. Caput muliebre velatum ad d. ante caput paruum Traiani Imp. recuſum cum capite virili ad d.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Bubalus decurrens ad ſ. ſupra ΒΝΤ. (352) ante littera Phoenicia, quae n. 13. Æ 3. *Pellerin.* Ill. Tb. 90. fg. 6.) Muſ. *Hunter.* n. 19. — 26. Idem caput muliebre velatum, ante quod aliud caput minus.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Bos currens. ΕΞΤ (365) Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 12. — 27. *Al.* ſimilis, ſed ΑΡΑΔΙΩΝ et addita eſt Phoenicia littera. Æ 3. M. *Hunt.* ib. n. 21. — 28. Capita eadem.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Typus idem, ſed ſupra bouem ΕΟΤ (375) ante Phoen. littera, vti n. 13 et 25. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 13.) M. *Hunter.* n. 21. — 29. Caput muliebre velatum ad. d.)(Idem bos currens ſupra mon. [74] et Σ. CΝ. infra ΡΟΔ (174) Æ 3. *Peller.* Ill. Tb. 90. fgg. 9. 10.) M. *Hunter.* ib. n. 22. — 30. *Al.* ſimilis, ſed ſupra bouem Ν et mon. [109] infra ΡΟΔ. (174) Æ 3. M. *Hunt.* n. 23. — 31. *Al.* ſimilis cum eodem ΡΟΔ anno, ſed per aream ΦΞ. CΝ. Ν. addita littera Phoenicia. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 7. — 32. *Al.* ſed ſupra ΚΝ. ΠC. infra ΡΟΕ (175) et ΡϘ. Æ 3. Muſ. *Hunter.* n. 24. — 33. *Al.* cum anno ΡΟΕ, ſed per aream ΚΝ. ΠC. Μ. addita littera Phoenicia. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 8. — 34. *Al.* ſed annus ΡΠ addito Aleph Phoenicio, quod errore monetarii pro Α Graeco poſitum videtur, ſic, vt ſit annus 181. per aream ΑC. monogramma et ωΜ. Æ 3. editus in *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15. fg. 9. et illuſtratus p. 279. 280. — 35. *Alius,* ſed annus ΡΠΓ (183) per aream Θ Є et mon. [16] addita littera Phoenicia et Ζ. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 10.) M. *Hunter.* n. 25. — 36. *Alius,* ſed annus ΡΠΔ (184) per aream ΒC. ΑΙ. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 11. — 37. Caput muliebre turritum ad d.)(ΑΡ. Prora nauis. AR 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 6. fg. 18. — 38. Aliud mul. cap. turritum ad d.)(Figura prorae nauis inſidens, d. ſertum, ante figura Mineruae cum aegide, infra ΕΟΤ (375) hinc inde litterae Phoeniciae. Æ 2. Muſ. *Hunter.* ib. fg. 19. — 39. Caput mul. turr. vti n. 37.)(Litterae ΑΡ monogrammatae nexae. Minerua galeata prorae nauis inſiſtens. Æ 3. M. *Hunter.* ib. fg. 20. — 40. *Al.* ſimilis, ſed in area claua. Æ 3. *Eckhel.* Cat. n. 14. — 41. *Alius,* ſed ſupra Palladem cyathus, vt videtur, hinc inde litterae Phoeniciae. Æ 3. M. *Hunter.* Tb. 6. fg. 21. — 42. *Al.* ſed ſupra palma arbor, infra inſcriptio Phoenicia. Æ 3. M. *Hunter.* ib. fg. 22. — 43. *Al.* ſimilis, nempe idem caput mul. turrit.)(ΑΡ in monogrammate, typus idem, ſed ſupra litterae duae Phoeniciae, et infra inſcr. Phoen. Æ 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 6. fg. 23. — 44. Cap. mul. turrit.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΜΕ. *Aradiorum Ao.* 45. Mulier ſt. d. elata, ſ. arcum, omnia intra lauream. *Guſſeme* I. p. 249. n. 2. — 45. Cap. mul. turritum.)(Victoria

ria ſt. d. ſertum, ſ. palmae ramum, in area ΑΡΑΔΙΩΝ et ΕΤΡ. Α. ΑΣ. Æ. *Golz.* Inſul. Graec. Tb. 27. fg. 10. — 46. ΑΡ. Aſtrum.)(ΙΕ. Ε. Α. *Sacrae Liberae Inuiolabilis.* Palma, adpoſito monogrammate. *Guſſ.* ib. n. 1. — 47. Caput diademate reuinctum.)(ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. *Demetrii Regis.* Aquila ſt. cum ramo, ante palma arbor, in area ΑΡΑΔΙΩΝ. AR. *Golz.* Inſ. Graec. Tb. 27. fg. 9. p. 289.) *Hanthal.* Proem. Exercit. Tb. 1. fg. 5. p. 26. — 48. Caput Ptolemaei Soteris diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Regis Seruatoris* Ptolomaci Aegypti, et aliquando Syriae, ac Phoenices deinde, et Coeleſyriae domini, in area monogr. ΑΡ coniunctum. AR 1. *Theupol.*) *Vaill.*) *Froelich.* Ann. Reg. Syr. Tb. 3. n. 3. p. 19. — 49. ΑΡΑΔΙΩΝ ΑΣ. ΕϘΡ, *Aradiorum Aſyli Anno* 195. cum capite turrito. AR. percuſſus cum Q. Metellus Scipio, Pompeii ſocer, Syriae eſſet praeſes A. V. C. 706. A. Chr. 47.) *Harduin.* Chron. V. Teſt. p. 582. ſed ΕϘΡ interpretatus 195.

B) *Sub Imperatoribus.* a) *Veſpaſiano.* ΦΛΑΥ. ΟΥΕΣΠ. ΚΑΙΣ. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. *Flauii Veſpaſiani Caeſaris Anno Nouo Secundo.* Caput Titi laur. in area ſtella, ex quo aſtro *Vaillantius* numum Arado tribuit.

b) *Domitiano.* ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΜΤ. *Aradiorum Anno* 342, qui coepit A. V. C. 836. apud *Patin.* Imp. p. 166.) *Harduin.* Oper. p. 582. 738. contendit, eo in numo legendum eſſe ΒϘΤ, vt ſit is annus Seleucidarum Aradiorumque 392, vrbis Romae 833, ac Domitiani primus, ſed huius errorem confutauit *Gorius* ad Morell. Th. Imp. II. p. 480. Fortuna temoni inſidet, et cornucopiae gerit. — 2. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Domitiani caput laur.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΝΤ. *Aradiorum Anno* 352. vel V. C. 847. Vina in medio poſita cum palmis, et ſphingibus hinc inde, quorum capita pileolo Phrygio tecta. Æ 2. *Morell.* in Domitiano Tb. 21. n. 3.) *Noriſ.* Epoch. Syromaced. Diſſ. IV. §. 3. p. 368. qui vrbis Aradi epocham cenſet probabiliter initam ab autumno A. V. C. 495.) *Spanb.* I. p. 249) *Guſſeme* I. 249. n. 3.) *Vaill.* Gr. Num. p. 256.) *Harduin.* Oper. p. 582. — 3. ΑΡΑΔΙΩΝ. ΕΝΤ. *Au.* 355. Bos cornupeta.)(Caput Iſidis ad latus ei adpoſitum eſt alterum minus, Domitiani ſcilicet, laureatum. Æ 2. *Harduin.* p. 743.

c) *Traiano.* ΑΡΑΔΙΩΝ ΓΞΤ (363) Mulier luna bicorni ornata inſidet temoni, quem d. tenet, ſ. c. c. Æ 2. Traiani. *Vaill.* l. c.) *Guſſ.* ib. ſed ΡΞΡ, *An.* 163. — 2. Cap. muliebre velatum altero minore iuxta poſito, Traiani ſcil. laureato.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΕΞΤ. *An.* 365. Chr. 104.)(Bos cornupeta, certamina vel bona paſcua indicans. Æ. *Muſell.* Imp. Tb. 69. n. 8. *Harduin.* 582.) *Guſſeme* n. 7. plures eiuſmodi inter *Autonomos* n. 26. ſq. — 3. Caput Traiani cum ſolita perigraphe.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΟΤ (372) Bos idem. *Guſſ.* n. 8.) *Vaill.* Gr. — 4. ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΡΙCΤ. ΚΑΙC. CΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. ΠΑΡ. *Imp. Traianus Optimus Caeſar Auguſtus Germanicus Dacicus Parthicus.* Huius caput laur.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΔΟΤ (374) Bos. *Guſſ.* n. 9.) *Hard.* p. 582 et 752. ſed ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΡΙCΤ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. nondum *Parthicus*; in altero ibid. vt apud *Guſſeme*, ſed ΠΑΡΘ. — 5. *Alius* eadem cum inſcriptione, eodemque anno 374. Chr. 114. ſed Fortuna ſedens, d. temonem, in quo ſedet, ſ. c. c. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Gr.) *Hard.* 752. — 6. Caput muliebre cum altero minore Traiani laureato.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΕΟΤ. (375) Bos ſaliens. Æ 2. *Gim. Vind.* I. Tb. 14. fg. 5.) *Guſſ.* I. 250. n. 10.) *Harduin.* p. 582. 752.) *Muſell.* Imp. Tb. 69. fg. 9.) *Noriſ.* II. p. 457.) *Vaill.* Gr. p. 27.

d) *Hadriano.* ΑΡΑΔΙΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, ϘΤ. *Aradiorum Et Laodicen-*

dicenſium ſubaud. *Concordia*, Anno 390. qui eſt V. C. 882. Duo capita muliebria turrita inuicem iuncta. Æ 2. RR. Hadriani. Inſolita eſt earum ciuitatum ὁμόνοια in numis. Vtraque per mulierem turribus inſignem, vtpote ambae, validis muris contra barbaros cinctae, mutuum ſibi auxilium foedere pollicentur. *Guſſeme* n. 11.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* p. 582.

e) M. *Aurelio.* Huius caput.)(ΑΡΑΔΙΩΝ ΑΚΤ (421) Templum tetraſtylum, in quo Aſtarte d. caput humanum, ſ. haſtam. Æ 2. *Guſſ.* n. 12.) *Vaill.* ib. — 2. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΙ. Capita M. Aurelii et L. Veri aduerſa.)(Ead. epigr. et epocha 421. V. C. 914. Chr. 161. quo imperium Auguſti duo ſuſcepere. Fortuna ſedens, vt in prioribus. Æ 2. *Guſſ.* n. 13.) *Harduin.* 582. 777.) *Vaill.* ib. — 3. *Al.* ſed bos cornupeta. *Guſſ.* ib.

f) L. Vero. ΑΡΑΔ. ΑΚΤ. *Aradiorum An.* 421. Bos Æ. *Muſell.* Supplem. Tb. 21. fg. 10.) Muſ. *Theup.* p. 898. — 2. ſed ΑΡΑΔΙΩΝ ΑΚΤ. Idem typus. *Muſell.* Addend. Tb. 6. fg. 2.) *Theup.* l. c.

g) *Sept. Seuero*.... ΠΤ. ϹΟ Є ΤΗΡΟϹ Ϲ Є. Caput laureatum Seueri.)(ΔΗΜΑΡΧ. Є Ξ. ΤΠΑΤΟ. Aquila ſtans alis expanſis roſtro coronam, intra pedes aſtrum, quod indicat, Aradi percuſſum eſſe hunc Ꝛ max. formae. *Khell*, Supplem. p. 113.

h) *Caracallae.* ΑΤΤ. Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Ϲ Є Β. Illius caput laur.)(ΔΗΜΑΡΧ. Є Ξ. ΤΠΑΤΟϹ ΤΟ. Β. Aquila, vt in priore ſt. infra pedes aſtrum. Ꝛ max. *Khell.* Suppl. p. 127. Duo hic dubia ſuboriri poſſent, quorum primum: an non legendum potius ΤΠΑΤΟ. Є ΤΟ. Β. alterum quomodo annus Caracallae *ſecundus* Poteſtati Tribunitiae coniunctus conſentiat. Ad vtrumque reſpondet *Khell.* l. c. non ſolum certum hic Caracallae vultum, ſed etiam epigraphen ſummo ſtudio inſpectam perſuadere, numiſma ad an. V. C. 964. referendum, quo altero iam poſt patris mortem imperio praeerat Caracalla. — 2. Caput Caracallae.)(ΑΡΑΔΙΩΝ. Cupreſſus (vel potius palma arbor) inter bouem et leonem. *Guſſ.* ib. n. 14.

i) *Elagabalo.* ΑΤΤ. Μ. Α. ΑΝΤΗΝ Є ΙΝΟϹ (*ſic*) Huius caput laur.)(ΔΗΜΑΡΧ. Є Ξ. ΤΠΑΤΟϹ ΤΟ Β. Aquila ſt. alis expanſis, roſtro ſertum, in area Δ. Є. et aſtrum. Ꝛ max. *Khell.* Suppl. p 137. An vero *aſtrum* in area caelatum vrbem *Aradum* indicet, an ab adulante alia ob deum Elagabalum percuſſum fuerit, ob alios Romani commatis numos dubitari poſſet. — 2. Caput Elagabali.)(ΑΡΑΔΙΩΝ Ε. ΖΟΤ. *Aradiorum* Ἔτυς *Anno* 477. V. C. 969. Chr. 216. Palma arbor a d. leo, a ſ. bos, pone vtrumque ſignum militare. Æ 1. *Vaill.* Num. Gr. p. 257.) *Guſſeme* ib. n. 15.) *Harduin.* in Chron. V. T. vel Oper. Sel. p. 582. non Elagabalo, ſed Caracallae attribuit, cum perigr. ΑΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ.

Araricus Gothorum rex in Italia, obtruncatus eſt eodem, quo regnare coeperat anno Chr. 541. Nulli de eo obſeruantur numi. *Mdb.* p. 568.

Aratiſpi Hiſpaniae Baeticae populi, de quibus vero geographi et hiſtoriarum ſcriptores tacent. Ad eos refert *Guſſeme* I. p. 250. numum, in quo caput virile pileatum litteris incognitis circumſcriptum.)(ARISTIPITANORVM M. M. quas litteras *Guſſeme* vertit: *Maximum Municipium*. Ramus vuae, hinc inde apis.

ΑΡΑΤΟϹ, *Aratus*, Graecus poeta antiquiſſimus, optime de aſtrologia iudicio *Ciceronis* ſcripſit, cuius phoenomena Cicero vertit adhuc

 ado-

adoleſcens, et carmine reddidit. Secundum *Strabonem* Pompeiopolis in Cilicia eius fuit patria, vnde *Spanhemius* ei adiudicat aeneum ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ, *Pompeiopolitarum* numum, in quo legitur ΑΡΑΤΟΣ, *Aratus*. Lyra)(Caput Muſae laureatum, pone globus. *Froelich.* Not. Elem. p. 239.) *Guſſ.* I. p. 250. — Alius fuit *Aratus Sicyonius*, reipublicae Achaeorum praetor, de cuius geſtis rebus Theoph. Sigefr. *Bayer.* in Commentariis Academiae Scient. Petropolitanae Tom. V. p. 404. ſq. — *Aratus* Scriba in n. Caii et Lucii. ΑΡΑΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΝΙΚΑΙΕων. *Froelich.* 4. Tent. p. 158.) *Spanh.* II. p. 319.

Aratrum agriculturae inſtrumentum in plurimis numis Siculis fertilitatis indicium. *Burmann.* ad *Dorvill.* Sicul. II. p. 366. 478. et alibi. Ceres inde, quae prima, vt *Ouidius* canit, vnco terram dimouit aratro, camporum fertilitatem deſignat cum aratro, falce, ſimilibusque inſtrumentis depicta. Sic *aratrum Cereris*, tractum a duobus ſerpentibus alatis in n. Hennaeorum Siciliae apud *Dorvill.* Tb. 10. fgg. 1. 2. et *Torremuzzam* Sicil. Num. Tb. 28. fgg. 11. 12. Pariter conſpicitur in n. Centoripinorum Muſ. *Hunter.* Tb. 16. fg. 16. et *Parutae* Tb. 125. fgg. 4. 8. Ita et in n. Leontinorum apud *Parutam* Tb. 96. fg. 14. quale Cereris aratrum etiam eſt in n. Vibiae gentis. *Vaill.* Fam. T. II. Tb. 146. fg. 9. Referendum quoque ad celebratam agri Syracuſani vbertatem aratrum quernae coronae incluſum cum Cereris capite in altera numi parte, quem protulerunt *Dorvill.* Sicul. Tb. 19. fg. 8. et *Paruta* Tb. 67. fg. 96. ad quem *Hauercamp.* p. 361. commentatus eſt. — Item Cereris caput.)(Aratrum et ſpica. n. Metaponti. *Golz.* Magn. Gr. Tb. 30. fg. 5. *item* n. Obulc. Hiſp. Baeticae. — Ceres gradiens ante illam aratrum n. Vibiae g. — Aratrum in area. n. Bruttiorum Italiae. — cui auicula inſidet. n. Centorip. Siciliae. — inferne poſitum. n. Dyrrhachii Illyrici. — deſuper caput Africae. n. Caeciliae et Eppiae g. *Morell.* Fam. Tb. 2. fg. 8.) *Beger.* Th. Br. II. p. 542. — deſuper quadrigae elephantorum. n. Seleuci I. Syriae regis. — in manu Annonae. n. Antonini Pii.

Aratrum coloniarum ſymbolum; circumducebant enim atratrum, vt eodem locum condendae vrbis vel coloniae terminos deſignarent; hinc arator, vel ſacerdos, qui boum iugum ducit in coloniarum numis Antiochiae Piſidiae, Auguſtae, Beryti, Boſtrae, Caeſar-Auguſtae, Claudiopolis, Corinthi, Dertoſae, Emeritae, Heliopolis, Iuliae coloniae in Gallia, Leptidis, Neapolis Samariae, Nicopolis Moeſiae, Octauiae Iuliae Coloniae, Oeae, Patrarum, Ptolemaidis, Rheſaenae, Sidonis, Tyri; pariter a coloniis incertis in n. Claudii, Titi, Hadriani, Anniae Fauſtinae, et Maximi Caeſaris.

Aratrum et decempeda vrbis nouiter deſignandae indices. n. Carthagis Africae. v. *Decempeda.*

Aratrum, aquila legionaria, ſignum cohortis. . Iul. Caeſaris. *Bellor.* p. 4. n. 7.) *Geſner.* Tb. 2. n. 20.) *Golz.* Graecia Tb. 11. n. 4.) *Mdb.* p. 7.) *Muſell.* Imp. Tb. 1. n. 9.) *Morell.* Fam. Iulia Tb. 6. n. 4.) *Patin.* Fam. p. 133.) *Vaill.* Pr. I. p. 5.

Aratus. v. ΑΡΑΤΟΣ.

Arauſio, colonia Secundanorum, vt *Mela*, et *Plinius* tradunt, quod ſecundae legionis veterani in eam deducti fuere. Numus Neronis in Theſauro *Golzii* p. 327. inſcriptus: COL. ARAVSIO SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. id eſt ex *Harduini* Num. Vrb. p. 27. interpretatione, repetita in *Cellar.* Not.

Not. Orb. Ant. I. p. 194. *Colonia Arauſio Secundanorum Cohortis* XXXIII. *Voluntariorum*, puta legionis ſextae cohortem XXXIII, quae *voluntariorum* erat, in eam fuiſſe immiſſam. Hodie dicitur *Orange* in Delphinatu Galliae.

Arbores certis locis peculiares inde ceu genuina eorum ſymbola ſunt, vel inſignia, vt *abies* Germaniae, *palma* Iudaeae, Damaſci, Tyri, Alexandriae, et Phoenicum in Sicilia et Hiſpania coloniarum. Arbuſculis *balſami* et *turis* denotatur Arabia; pretioſiſſima etiam balſami arbor in Samaritanorum numis. Arbor *ficus*. g. Pomponia. Arbor *oliua* inter duos lapides Tyri. n. Aquil. Seuerae. Gord. Pii, Valer. Sen. — Cuiusuis uero vnaquaeque ſit generis in numis, quae arborem repraeſentant, videant ſapientiores. Offerunt nempe arborem vrbes: Attuda Phrygiae, Calchedon, Caeſarea Palaeſtinae, Centoripe, Corinthus, Dyrrhachium, Epheſus, Epidaurus, Eucarpia, Gaza, Hadriana, Halicarnaſſus, Laodicea Cariae, Lyrba Phrygiae, Macedonia prouincia, Magneſia ad Maeandrum, Marcianopolis, Moſtena, Myra, Nicaea, Nicopolis Moeſiae, Pautalia, Pergamus, Perge, Perinthus, Pruſa ad Olympum, Ptolemais, Samos, Side, Sidon, Smyrna, Stratonicea, Tarſus, Tauium, Tralles, Troas, Tylis Thraciae, Tyrus; *pariter* arbor conſpicitur in n. regis Ptolemaei VIII. Aegypti, *item* et Imperatorum Neronis, Traiani, Hadriani, Antonini Pii, Fauſtinae Sen., M. Aurelii, Fauſtinae Iun., L. Veri, Lucillae, Commodi, Seueri, Domnae, Getae, Aquiliae Seuerae, Valeriani, Gallieni, Conſtantii Chlori, Conſtantii Iun., Iuſtinae.

Arbor pone Dianam deſignat, Dianam eſſe ſiluarum ac nemorum deam. — deciſis ramis pone Dianam: n. Nicomedis I. regis Bithyniae. — ramis nodoſa, frondibus orbata iuxta ſerpentem et aram in n. Neroniano, quem e *Bellorio* protulit *Hauercamp.* ad *Morell.* in Nerone Tb. 7. fg. 5. *et* Num. Contorn. fg. 6. emblema huius rei illuſtrauit p. 66. ſq. et Triſtan. I. p. 221. — cui ſerpens inuolutus. n. Tarſi — pone Hygaeam. n. Perinthi — contra ſerpentem arbori inuolutum Hercules clauam erigit. n. Pergami. — cum ſerpente, pone arborem Apollo. n. Chalcedon. — arbori inuolutus eſt ſerpens, deſuper noctua, hinc Pallas galeata, inde vir nudus, d. elata. n. Athenarum. *Theup.* p. 1253. — ſupra arborem mulier, ad eius truncum hinc et inde figura virilis cum ſecuri, in imo arboris exſiliunt ſerpentes. n. Myreorum Lyciae.

— exſilit ex pyramide. n. Magneſ. ad Maeandr. — in arbore pendet arcus. n. Perinthi. — a tergo fluminis decumbentis. n. Pſophidiorum Arcadiae. — ſuper aram quadratam. n. Corinthi; quam arborem arae impoſitam *Harduinus* ad hiſtoriam Penthei reuocat, quem *Pauſanias* in Corinthiacis tradit ad montem Citherontem profectum, vt feminarum operta ſacra ſpecularetur, in arborem adſcendiſſe, atque inde omnia conſpicatum; quod cum Bacchae animaduertiſſent, impetu facto viuentem eum laceraſſe ac membratim diſcerpſiſſe memorantur. Sed *Patinus* ad Melicertam pertinere numum exiſtimat. — Arbor et fructus pendentes. n. Macchabaeorum. — *Arbor* ex quo leonis exuuiae pendent. v. HERC. COMMODIANO.

Arbores duae n. Veſpaſiani. *Morell.* in Veſp. p. 295. 297. — ſuper aram. n. Caeſareae Palaeſtinae. — inter quas puer delphino vectus. n. Corinthi Achaiae. — inter eas ſtat Iupiter, ſuper quamque columba. n. Halicarnaſſi. — Tres nymphae in arbores mutatae. n. Accoleiae g.

Arbores in circo exhibitas fuiſſe docet *Beger.* Th. Br. II. p. 98. ad

n. Neronis, in quo venator iuxta arborem aprum ex rupe deſcendentem conficiens repraeſentatur, qui et collocatur in *Arſchotan.* Tb. 20. n. 23.) in *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 5. et *Morell.* in Nerone Tb. 8. fg. 9. Solet enim aper ad arbores acuere dentes, ſeſeque ad pugnam ſtimulare. — Arbor et aper pone Herculem. n. Epheſ.

Arca Noae aquis innatans, an in veterum numis Sept Seueri, Macrini, et Philippi Sen. ſit expreſſa. vid. *Apamea* Phrygiae. — *Diluuium.* — NOE.

Arca vrbs Phoeniciae mediterranea inter Byblum et Heliopolim ad radices montis Libani, quae et adpellabatur Caeſarea Libani. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 385. et Lex. noſtr. T. I. P. 2. p. 167. — *Stephani* interpres *Arcam* cum *Ace*, hoc eſt, Ptolemaide, incaute miſcet; *Stephano* enim eſt Ἄρκη πόλις φοινίκης, ἣ νῦν Ἄρκαι, τὸ ἐθνικὸν Ἀρκαῖος.) *Plinio* L. V. c. 16 *Arca.*) *Baudelot.* l'Utilité des Voyag. à Paris 1693. p. 638.) Iourn. des Sçav. T. LIII. Aout. 1760. p. 279. 280.) *Peller* Recueil. de Méd. de Rois etc. Explicat. de la vignette p. 3. 4. à Paris 1762.) Philoſ. Tranſact. Vol. LXI. P. II. Tb. 13. fg. 6. moneta aenea primum aere inciſa et p. 346. 356. illuſtrata, in qua vno latere rex Perſarum curru triumphali duobus equis vecto adparet, quem pediſequus ſequitur.)(Nauicula cum remigibus. Quae moneta vel eadem eſt cum illa, quam *Pellerinius* publicauit, in cuius vero altera parte litteris Phoeniciis *Arc* legitur. — Alterum iam a *Ligorio* adnotatum ſe vidiſſe teſtatur *Spanhem.* ad Iuliani Caeſſ. p. 372. ſub Tiberio cuſum cum inſcriptione ΑΡΚΑΙΩΝ.

Arcadia paſtorum deliciae, in meditullio Peloponneſi montoſa regio, Achaiae, Elidis, Laconiae et Argolidis finibus incluſa, teſtante *Strabone* ſub finem L. VIII. „*Arcadia* eſt in medio Peloponneſi, plurimamque montoſam regionem continet." *Plin.* L. IV. c. 10. et *Stephanus* Ἀρκὰς, Ἀρκάδος, ἀφ' ὧ Ἀρκάδιος. Vetuſtiſſimi Arcadiae et totius Peloponneſi incolae ſunt *Pelaſgi*, gens barbara et per vniuerſam Graeciam diffuſa. *Wachter.* Archaeol. Num. p. 81.

Arcadiae prouinciae tribuuntur numi, in quibus: 1. Caput barbatum et laureatum ad ſ.)(AR in monogrammate. Figura nuda in ſcopulum ſedens ad ſ. dextra baculum. infra ciſta viminacea. AR 184½ pond. Muſ. *Hunter.* Tb. 7. fg. 4. — 2. Caput idem Iouis.)(Monogr. idem. Pan nudus rupi inſidens, d. elata, ſ. pedum, ad ſcopulum pendet ciſta viminacea, pone Δ. AR 3. M. *Hunter.* ib. fig. 5. — 3. *Alius* paullo diuerſus. AR 3. M. *Hunter.* p. 42. n. 3. — 4. Caput idem, pone I.)(Idem monogr. Typus idem, pone M. AR 3. M. *Hunter.* ib. n. 4. — 5. Caput idem.)(Idem monogr. idemque typus, pone I. AR 3. M. *Hunter.* p. 43. n. 5. — 6. Caput idem.)(Monogr. idem, ſed genui Panos inſiſtit aquila. AR. M. *Hunter.* ib. n. 8.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 123. n. 1. — 7. *Al* ſed in area auerſae Δ. AR 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 7. fg. 6. — 8. *Al.* ſed in area auerſae hinc Λ illinc Δ. AR 3. *Eckh.* Cat. n. 2.) M. *Hunter.* n. 7. — 9. *Al.* ſed cum litteris ΔΛ. AR 3. *Eckhel.* ib. n. 3. 4. — 10. *Al.* ſed in area duo monogrammata, quorum vnum conflatum litteris ΠΑΕ. AR 3. *Eckhel.* ib. n. 5. — 11. *Al.* ſed in area monogramma ΑΡΚ. AR 3. *Eckhel.* ib. n. 6. — 12. *Al.* ſed praeterea Δ. AR 3. *Eckhel.* n. 7. — 13. Caput imberbe ad ſ.)(ΑΡ in monogr. Fiſtula, ad d. I. *Peller.* Tb. 21. fg. 3. — 14. Caput iuuenile nudum.)(ΑΡΚ. in monogr. in area I. infra, quod ciſtam myſticam opinatur *Pellerin.* Vrb. T. I. p. 133. ſed *Eckhel.* Num. Vet. p. 138. fiſtulam agreſtem mauult. AR 3. *Eckhel.* ib.

ib. n. 8. — 15. *Al.* ſed in area Ν. Æ 3. *Eckh.* n. 9. — 16. Caput imberbe laur. ad ſ.)(AR. in monogr. Fiſtula, ad d. Γ, infra fulmen. Æ 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 7. fg. 7. — 17. Caput Panos, primi in Arcadia numinis, imberbe ad d.)(*Eadem*, ſed ſine fulmine. Æ 3. *Peller.* Tb. 21. fg. 4.) M. *Hunter.* n. 11. — 18. *Alius* minoris formae. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 5. fg. 6.) M. *Hunt.* n. 12. — 19. Caput idem.)(A. Lyra. Æ 3. M. *Hunt.* Tb. 7. fg. 8. — 20. A magnum, infra quaſi rectangulum oblongum.)(K magnum et ſolum. Æ 3. *Eckh.* Cat. n. 10. An huc pertineat non ſatis certum, *Froelich.* Not. Elem. p. 26. coniectat, poſſe referri *Agrigentum*; at numorum Siculorum multo alia eſt forma. — 21. Caput Iouis laur.)(ΑΡΚ in monogr. infra quod fulmen et fiſtula paſtoritia, aut ciſta myſtica. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. p. 138. — 22. Caput Palladis galeat.)(Idem monogramma intra coronam. Æ 3. *Eckhel.* ib. — 23. Caput Mercurii cum petaſo.)(ΑΡΚΑΔΙΩΝ ΔΗΜΟΣ, *Arcadiorum Populus.* Caduceus alatus; Mercurium enim Arcadem fuiſſe ferunt, vnde et *deus Arcas* eſt a poetis, et *Cyllenius*, a Cyllene Arcadiae monte ſcilicet, cognominatus. AR. *Golz.* Graecia Tb. 11. fg. 5.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 28. — 24. Caput Iouis barb. laureatum, cui a Lycaeo Arcadiae monte cognomentum eſt *Lycaeus* ex *Strabone* L. VIII.)(ΑΡΚΑΔΙΩΝ ΔΗΜΟΣ. Aquila volanti ſimilis, ſubtus apis, in area galea. AR. *Golz.* ib. n. 6.) *Harduin.* ib. — 25. ARKADIKON antiquiſſimis litterarum ductibus in Arcadiae numo rariſſimo obſeruari teſtatur I. F. *Wacker* in Sendſchreiben an Hrn. v. *Schachmann*, p. 8. — 27. Antinoi numum ΤΟΙϹ ΑΡΚΑϹΙ, *Arcadibus*, inſcriptum, v. *Antinous.* — Alios eiusdem Arcadiae regionis numos, vid. vrbes *Mantinea*, *Pheneos*, *Tegea.*

Arcadia quoque et *Arcades* nomen oppidi in Creta. *Stephanus*: Ἀρκάδες πόλις Κρήτης, *Arcades vrbs Cretae.* Dicitur etiam *Arcadia.* Ita enim *Seneca* L. III. Quaeſt. Nat. c. 11. „*Arcadia*, quae vrbs in Creta inſula fuit; „et *Plinius* L. XXXI. c. 4. „in Creta expugnato oppido, quod vocabatur *Arcadia.* Oppidani quoque *Arcades* dicti. *Cellar.* Not. Orb. II. p. 1038. — De numis Arcadum Cretenſium *Pellerin.* Rec. de Méd. Tom. I. Pl. 30. p. 192.) *Combe* ad Muſ. *Hunter.* p. 42.) *Neumann.* Pop. Num. I. p. 112. II. p. 177. 178.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 64. — Adiudicauit *Combius* huic vrbi ſequentes: 1. ARKA. Caput muliebre ad d. in quadrato incuſo.)(Figura barbata ſedens ad ſ. dextra extenſa, e qua volat aquila, ſ. haſtam gerit, in area lyra recuſa. AR 3. Muſ. *Hunter.* Tb. 7. fg. 1. — 2. *Alius*, ſed caput mul. ad ſ.)(Typus idem. AR 3. M. *Hunt.* ib. fg. 2. — 3. ARKA. Caput muliebre ad d. in quadrato incuſo, pone KO.)(Typus idem. AR 3. M. *Hunt.* ib. fg. 3. — 4. Caput Iouis Ammonis ad d.)(ΑΡΚΑΔΩΝ. Figura muliebris galeata ſt. ad d. dextra haſtam, ſ. ſcuto innixa. AR 3. *Peller.* Tb. 97. fg. 6.) M. *Hunter.* p. 42. n. 4.) *Neumann.* Pop. Num. II. p. 178. diſſentire videtur, qui Peloponneſi Arcadiam mauult, quam Cretae.

Arcadius (*Flauius*) Theodoſii M. et Flacillae filius, a patre factus vna cum fratre Honorio imperii conſors, coepit imperare poſt patrem it. Chr. 395. ſub tutela Ruffini, et Orientis partes ex teſtamento ſortitus eſt. Princeps manſuetus et pacificus, ſed infelix. Tutor enim ipſius Ruffinus, pupillo inſidns, Gothorum ducem Alaricum vocauit, vt arma verteret in Arcadium. Obiit Arcadius Byzantii Ao. aetatis circiter 31. poſt regnum 13. annorum a morte patris A. Chr. 408. V. C. 1161. — In numis, qui in omni metallo inueniuntur obuii, ſemper legitur: D. N. ARCADIVS P. F. AVG. rarius AVGVSTVS, *Domi-*

 nus

nus. Noſter Arcadius Pius Felix Auguſtus, circa illius caput diademate ex margaritis reuinctum. Etiam protome eius ad pectus cum paludamento cernitur, ſ. exerta globum ſuſtinet cum victoriola ſertum exhibente Imperatori vel altera corona ex lauro et gemmis deſuper capiti eius imponitur.

In *poſtica* parte ſunt epigraphes: CONCORDIA AVGG. *al.* AVGGG. *al.* AVGGGG. — CONCORDIA EXERCITVS. — GLORIA EXERCITVS. — GLORIA ROMANORVM. — NOVA (al. VOVA) SPES REIPVBLICAE. — SALVS REIPVBLICAE. — TRIVMFATOR GENT. BARB. — VICTORIA AVGG. *al.* AVGGG. *al.* AVGGGG *al.* AVGVSTORVM. — VIRTVS EXERCITI. *al.* EXERCITVS. *al.* ROMANORVM. — VOT. V. MVLT. X. — VOT. X. MVLT. XV. — VOT. X. MVLT. XX. — VOTIS X. MVLTIS XX. — VRBS ROMA FELIX, quales exhibent *Bandur.* II. p. 527. ſqq.) *Beger.* Th. Br. II. p. 835.) *Biaeus* Tb. 60.) *Cim. Vind.* I. p. 28. 149. II. p. 27. Tb. 112.) *Ducangius* Hiſt. Byzant. p. 61. 62.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 518 ſq.) *Guſſeme* Diccion. I. p. 252 ſq.) *Hantbal.* Exercit. Proem. et III.) *Mdb.* p. 521 ſq.) *Muſell.* Imp. Tb. 256. *et* Suppl. Tb. 73. *it.* Addit. Tb. 12.) *Patin.* Imp. p. 492.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. p. 301. VI. p. 297.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 27.) *Vaill.* Pr. III. p. 262.

Arcadius quatuor liberos ex Eudocia ſuſtulit, *Theodoſium Iun.* quem Ao. 402. ad imperii conſortium adſciuit, *Flacillam*, quam in infantia mortuam probabile eſt, *Pulcheriam*, et *Marinam*.

Arce in Phoenicia. v. *Arca*.

ΑΡΧ. Ἀρχιερεύς, Ἀρχιερέως, *Principis Sacerdotum* titulus litteris hisce initialibus interdum exprimitur, vt in numis Cotiäenſium in Phrygia, et aliis paucis. Sic ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΑΡΧ. Β. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, *Froelich.* Adpend. II. nouis p. 76. in Æ 2. Plotinae interpretatus eſt Ἀρχιερέως τὸ β. quia in alio numo ſub Philippo patre in eiusdem 4. Tent. p. 340. integre ſcriptum ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Pariter in Otaciliae n. ab Cotiäenſibus τὸ ΑΡΧ. Ἀρχιερέως legendum eſſe monet ex ea voce integre ſcripta idem *Froelich.* in Adpend. II. p. 111. ad Tb. 4. n. 7. — ΑΡΧ. ΤΟ Β. ΦΙΛΟΙΣΙΜΑ ΙΟΥΛΙΕΩΝ, *Pontifice iterum Philoecima Iulienſium.* Æ 2. Cornel. Superae. *Vaill.* Pr. II. p. 385. — In aliquot Epheſiorum numis in Auguſto iisdem litteris ΑΡΧ. deſignari videtur Ἀρχιερεὺς, cum in aliis eiusdem vrbis et ſub eodem Caeſare cum integro nomine ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ legatur, vt videre eſt apud *Gulzium*, *Morellium*, *Vaillantium* Gr. p. 3. 4. 110. — ΑΡΧ. ΜΕΓ. Ἀρχιερεὺς Μέγας, ſiue Μέγιστος, *Sacerdos Maximus*, vti legitur M. Lepidus, Caligula, Claudius etc. — ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΔΟΥ Α. ΑΡΧ. in Gordiano explicat *Bonarrot.* Num. *Carp.* p. 287. de *Primo Pontifice*, quod vero editor Muſ. *Albani* I. p. 123. de *Primo Archonte* intelligit; duo etenim per annum in magiſtratu manebant, et *Primus* ab altero in Graecarum vrbium numis per vocem Α frequenter diſtinguitur. *Vaill.* Gr. p. 310. In plurimis omnino Graecorum numis

ΑΡΧ. Ἄρχοντος, *Archontis* praerogatiuam arguit; Etſi *Harduin.* Num. Vrb. Illuſtr. aliique has initiales litteras crebro etiam Ἀρχιερέως dignitatem interpretati ſunt iis in urbibus, in quibus Ἄρχων erat vrbicus praefectus. Ad Archontis diſcrimen itaque vulgo ΑΡΧΙ. *Pontificis* dignitas inſcribi ſolet. — ΑΡΧ. *Archontem* indicat in n. Abydenorum, Alindenſium, Coiorum, Cyzicenorum, etc. — ΑΡΧ. Α. etiam ita ΑΡΧ. ΠΡΩ. *Archon. Primus*, quaſi Πρώτου τοῦ Ἄρχοντος, *Primi ex Archontum* numero. Ita nimirum in

n. Ca-

n. Caduenorum, Daldianorum, Maeonum, Philadelphenſium, Saittenorum, Salitarum, Sardianorum etc. Rarius Α. ΑΡΧ, vt in n. Gord. Pii ΕΠΙ ΙΟΥ. ΚΟΥΑ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ Α. ΑΡΧ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. — ΑΡΧ. Α. ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦ. *Archonte Primo Et Stephanephoro.* n. Maeonum. — ΑΡΧ. Α. ΤΟ. Β. *Archontis Primi Iterum,* vti in n. Apollonidenſium, Gordenorum, Hadrianeorum, Philadelphenſium, Saittenorum, Sardianorum, Temenothyritarum. — ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ Β. *Archon Primus ac Iterum.* n. Cebeſſenſ. — ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΣΤΕΦΑΝΗ. *Archonte Primo Iterum Stephanephoro.* n. Maeonum. — ΑΡΧ. Β. *Archonte Iterum,* qui in alterum nempe annum prorogatus. *Al.* ΑΡΧ. Τ. Β. n. Halicarnaſſ. *Al.* ΑΡΧ. ΤΟ Β. n. Abydenor., Halicarnaſſ., Iulienſ., Saittenor., Sardianor. — ΑΡΧ. Α. ΤΟ Γ. vel quandoque etiam ΤΟ Δ. *Archon Primus* et *Tertium,* vel *Quartum* prorogatus. n. Sardianor. — ΕΠ. ΑΡΧ. vel ΕΠΙ ΑΡΧ. ἐπὶ ἄρχοντος, *Sub Archonte* etc. Muſ. *Piſan.* I. Tb. 36. n. 3. p. 102.) *Vaill.* Gr. ΕΠ ⳩Ρ. *Sub Archontibus.* n. Acmonenſ. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 62. 64.

ΑΡΧ. *Archonides,* Alaeſae vrbis Siciliae conditor, in eius numis ΑΛΑΙΣΑΣ ΑΡΧ. de quo *Diodor.* Hiſtor. L. XIV.) *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. p. 401. et ſpeciatim in diſſ. Italica de ſtatua marmorea reperta in ruinis veteris Alaeſae, edita Panormi 1749. differuit Gabr. Lancil. Caſtell. Princeps *Torremuzza,* qui per litteras ΑΡΧ. vel ΑΡΧΟ. in marmoribus vetuſtis indicari putat hunc Ἀρχωνίδην, *Archonidem;* quod tamen repudiarunt Acta Lipſienſia Anno MDCCLIV. menſ. Iul. p. 428. et litteris iſtis ΑΡΧ. potius *Archontes* Alaeſinos intelligendos cenſent. *Arigonius* Num. Pop. et Vrb. Tab. II. n. XI. epigraphen format ΑΛΑΙΣΑΣ ΑΙΧ., quae emendanda ΑΡΧ.

ΑΡΧ. Α. Ο. lege ΑΡΧΕΛΑΟΣ, *Archelaus* II. rex Macedoniae. Equus gradiens freno ad terram defluente.)(Caput huius regis diadematum. Æ. *Neumann.* Pop. et Reg. Num. Vet. I. Tb. 5. fg. 3.

ΑΡΧΑΓΕΤΑ et caput pulcerrimum Apollinis *Archagetae* laureatum, capillis defluentibus. Æ. Tauromenitarum apud *Dorvill.* Sicul. Tb. 10. fg. 5. p. 372 ſqq. Conuenit cum *Parutae* numo Tb. 104. n. 20. et *Golz.* Magn. Graec. Tb. 6. fg. 7.) Apollinem enim Archagetam extra vrbem ab iis cultum, in numis ſuis honorarunt Tauromenitae, vt ducem et auctorem vrbis condendae, quod patet ex *Thucydide* L. VI. c. 3. et *Pauſan.* L. I. c. 42. — *Cluuer.* Sicil. Ant. p. 93. numum exhibet, in quo idem laureatum Apollinis caput, cum epigr. ΑΡΧΑΓΕΤΑ.)(Lyra Apollinea, addita inſcr. ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ, quales etiam memorat *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. p. 166. et Octau. *Caietan.* Iſag. ad Hiſt. Sicul. c. V. §. 11. p. 46. — Illum vero Apollinem Archagetam alii etiam populi in numis ſuis honorarunt, vt Naxii, a quibus oriundi Tauromenitae. cf. *Dorvill.* Sicul. Tb. 14. fg. 7. — Sic et Catanenſes, de quibus *Carrera* Monum. Hiſt. Vrb. Catan. p. 280. et 320. *Eiusd.* diſq. de Num. Meſſan. et Catan. p. 18 ſq. Tom. X. Theſ. Sicul. — Sic et Hierapolitae in Phrygia ad Maeandrum. cf. *Weſſeling.* ad Antonin. Itin. p. 337. et praeter hos alii. — Plura de hoc Apollinis cognomine *Hauercamp.* ad *Parut.* p. 611. in Obſeru. Miſcell. Vol. VI. p. 499 ſqq. et in Hiſtor. Acad. Litter. Eleg. Vol. V. p. 263 ad 268.) *Galland.* dans Dictionaire Numiſmatique. — Legitur et ΑΡΧΗΓΕΤΗΣ, *Archegetes,* i. e. *Praeſes,* ſeu *Princeps,* circum Apollinis caput radiatum.)(Amazon ſtans cum bipenne, in ambitu ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Hierapolitarum.* Æ. quem protulit *Haym.* Th. Br. II. Tb. 14. fg. 7. In ruinis Hierapolis etiam marmor ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΡΧΗΓΗΤΕΙ inſcriptum vidit *Sponius* T. III. p. 150.

ΑΡΧΕΔΑΜ. cetera deſunt. Caput velatum. Æ. Mytilenes Leſbi edit. a *Neumann.* Pop. Num. II. Tb. 1. fg. 12. Inuenio, inquit p. 34. *Archedamum* philoſophum Stoicum Tarſenſem, *Straboni, Diogeni Laertio*, aliisque laudatum. Sed quid Mytilenaeis cum homine Tarſenſi? Forte potius praetor eſt, quorum varia nomina inſerta eorum pecuniae. In ſimili editor Muſei *Theupoli* legit ΑΡΧΕΛΑΟϹ, *Archelaus*, ſed caput ibi nudum adparet, niſi forte is numus alius a Neumanniano ſit, in quo velatum videtur, et magis feminae quam viri. Quid ſi Liuiae foret Auguſti vxoris, vt plurium Auguſtarum imagines cernimus in aere Mytilenes? — ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ magiſtratus Epirotarum nomen. *Golz.* Graecia Tb. 4. n. 7.

ΑΡΧΕΛΑΟ. obſeruatur in numis *Archelai* II. Macedoniae regis. *Pellerin.* Rec. I. pl. 29. n. 8.

ΑΧΕΛΑΟΣ, ΑΡΧΕΛΑΟΥ, vid. *Archelaus.* — In Muſ. *Theup.* P. II. p. 829. id nomen circum caput virile nudum legitur, pro quo *Neumannus* ΑΡΧΕΔΑΜ... ſubſtituit. v. ΑΡΧΕΔΑΜ.

Archelaus. Cum haud vnus in *Macedoniae regum* ſerie occurrat Archelaus, ambigendi cauſa oritur, ad quem reſpiciant ſignati cum regum id genus nomine numi. Archelai, prioris Perdiccae filii, et noni apud *Thucydidem* regis, tres numos memorat *Harduinus.* Primus proſtat quoque apud *Beger.* theſ. Brand. I. p. 12. cum vultu iuuenili, diademato capite et equo Theſſalico. — Alterum e *Golzio* Graec. Tab. 29. refert, vultu Herculis ſenili, cum leonino capitis tegmine. Vterque numus cum adſcripto nomine ΑΡΧΕΛΑΟΥ. — Tertius huius regis numus cum eodem nomine apud *Baudelot* T. II. p. 606. vultu iuuenili, capite autem pelle leonina ſimiliter tecto, in auerſa vero parte Iupiter, d. aquilam tenens.

Archelaos vero tantum admittendos eſſe duos Macedoniae reges aut principes, cenſet *Froelich.* Num. Vet. Reg. p. 49 ſq. indicatis locis, vbi numorum iconiſmi exhibeantur. 1. Protome viri capite diademato, vultu barbato, naſo aquilino, ad occiput monogramma.)(ΑΡΧΕΛΑΟΥ, *Archelai.* Equus ſtans intra quadratum incuſum. Æ 3. vel 2. *Heym.* Th. Br. II. Tb. 1. fg. 8. p. 11. — 2. Caput imberbe diadematum.)(ΑΡΧΕΛΑΟΥ. Equus ſtans intra quadratum incuſum. AR 1. *Golz.* Graecia Tb. 29. fg. 1.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 4. fg. 5. p. 130.) *Neumann.* Pop. Num. I. Tb. 5. fg. 3. ſed ΑΡΧ. Α. Ο. — 3. Similis pars auerſa; ſed in aduerſa caput Herculis leonis rictu tectum. AR 1. *Golz.* Graecia Tb. 29. n. 2.) *Beger.* l. c. — 4. Archelaus equo currenti inſidens, caput pileo tectum, vultu imberbi, d. duas haſtas praepilatas, deorſum inclinatas tenet, ſ. frenum.)(ΑΡΧΕΛΑΟ. Dimidium animal caprinum reſpiciens. AR 1. Regum veter. numiſm. anecdota ex Cim. *Arioſti* Tb. 1. p. 1.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 4. fg. 6. — Priora duo horum numiſmatum vultus regum exhibent, inter ſe omnino diuerſos; qua de cauſa eidem Archelao ambo tribui non poſſunt; hinc ad priorem Archelaum Perdiccae II. filium refert aeneum priorem numum cum *Haymio Froelichius*; tres vero qui ſequuntur argentei adiudicat Archelao II. cuius vero numi, ex *Neumanni* ſententia raritatis tam exquiſitae, vt aegre reperiantur in muſeis etiam laudatiſſimis. Quidam Macedoniae regis nomen, aut eius fratris Alexandri, aut ſi mauis, Alexandri I. reticent, dignoſcendi e ſymbolis, quibus alii ſimiles nomen cum luculenta epigraphe addunt. Sic apud *Pellerin.* Rois p. 5. Vir equo currenti inſidens, ſ. binas haſtas, infra equum frutex.)(Caput leonis intra quadratum, in area Π. Idem AR 3. numus ab *Eckhelio* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 177. *Cnido*, Cariae vrbi, tribuitur, ſed ipſe in adden-

addendis p. 293. monuit, ex Cnidi numis eundem, qui eſt Archelai Macedoniae regis, eſſe tollendum. — Caput huius Archelai II. vinctum eſt diademate, quamquam Iac. de *Wilde*, *Spanhemius*, aliique Alexandrum M. e Macedoniae regibus primum diadema geſtaſſe defendere volunt.

Archelaus I. et eius filius *Archelaus* II. *Cappadociae reges*, de quibus *Spanh.* I. p. 478 ſq. Huius nominis primus a M. Antonio conſtitutus, Glaphyrae formoſae meretricis erat filius, qui non e ſtirpe regia Cappadocum, ſed ex Archelais erat, Comanis pontificibus, qui primo a rege loco fuiſſent, vt cenſet *Froelich.* Not. Elem. p. 189. Archelaus ſub Tiberio obiit Ao. 17. poſt Chr. circiter annum regni quinquageſimum, vt *Tacitus* L. II. Annal. c. 42. perhibet. Cappadocia in prouinciam Romanam redigitur A. V. C. 770.

Qui duos Archelaos ex vno faciunt, Iuniori Archelao cum cognomine Philopatoris Ciliciae quasdam partes a Tiberio relictas attribuunt, de quo *Baudelot* Utilité des Voyages T. II. p. 605. numum diuulgauit, in cuius anteriori area caput imberbe ac diademate reuinctum c. epigr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΧΕΛΑΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤορος Κ. *Regis Archelai Philopatoris Anno* eius regni 20.

Β. ΑΡ. *Βασιλέως Ἀρχελάου*, *Regis Archelai*, in monogrammate ad regis *Archelai* caput nudum, infraque litteris G. K. T. conſpicuis, annum ſine dubio deſignantibus.)(Caput Tiberii nudum. *Morell.* in Tiberio Tb. 4. n. 11. 12. edidit, et ad Archelaum, Cappadociae regem p. 561. refert, Actiaci belli tempore contra Auguſtum pro Antonio ſtantem, poſtea vero a Tiberio in ius vocatum.

Archelaus, Clitarum in Cilicia regulus, a *Tacito* memoratur L. VI. Annal. c. 41. Sed de eo nihil numiſmatum exſtat.

Archelaus nomen praetoris Pergamenorum. Α. ΑΥΡΗ. ΑΡΧΕΛΑΟϹ, *Lucius Aurelius Archelaus*, n. L. Veri. *Vaill.* Gr.

ΑΡΧΗΓΕΤΗϹ, *Archegetes*, Apollinis nomen. V. ΑΡΧΑΓΕΤΑ.

ΑΡΧΙ. aut ΑΡΧΙΕΡ. vel cum integro etiam nomine ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ, *Pontifex*, ad ΑΡΧ. *Ἀρχόντος* diſcrimen. Exſtat vero vtraque dignitas Pontificis et Archontis coniuncta ΑΡΧΙΕΡ. ΑΡΧ. in quibusdam numis. ΑΡΧΙερέως vero titulus occurrit in non paucis Graecorum numiſmatibus, qui ſicut pontificia Caeſarum dignitate cum aliis imperatoriis titulis, ita in auerſa parte illo *Sacerdotis* nomine quaſi loci praeſidibus conceſſo nonnumquam ſignantur. Ita in Cianorum Bithyniae numo ſub Domitiano cuſo ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟΣ ΚΙΑ. *Sub Pontifice Claudio Biante, Cianorum.* Accedit alius Apameae percuſſus ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ, *Sub. M. Aurelio Alexandro Pontifice Apamenſium.* Praeter hoſce numos a *Spanhem.* II. p. 417. memoratos, referri etiam huc debet inſcriptio alterius numi, Hephaeſtionis nempe Daldianorum apud *Triſtanum* in rebus Seueri. Pariter in Graecis a *Vaillantio* recenſitis legitur in n. Bagenorum: ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΡΧΙ. *Sub Caio Pontifice*; item in n. Eumenenſium: ΦΛ. ΦΙΛΗΤΑϹ ΑΡΧΙ. et in alio: ΕΠΙ ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. — In antiquis quoque numis interdum ſignati *ἀρχιερεῦς Primi*: ΑΡΧΙ. ΠΡΩ. ut Cebeſſi vrbis Lyciae: ΕΠΙ ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΧΙ. ΠΡΩ. ΚΗΒΗΣΣΕΩΝ, *Sub Aurelio Marco Pontifice Primo Cebeſſenſium*, niſi vt *Spanh.* II. p. 418. coniicit, ΠΡΩΤΩΝ potius legendum ſit *Primorum*, et ita ad Cebeſſenſes, non ad Pontificem referri debeat, vt ΠΡΩΤΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Primorum Smyrnaeorum*, aliaque.

ΑΡΧΙ-

ΑΡΧΙΑΔΑΣ magiſtratus nomen. v. *Ambracia* Epiri.

ΑΡΧΙΑΣ ΚΝΙΔΙΩΝ, *Archias* magiſtratus *Cnidiorum* Cariae. M. *Theup.* p. 1271.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ magiſtratus Epirotarum. *Golz.* Graecia Tb. 4. n. 7. ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.

ΑΡΧΙΕ. decurtatum Ἀρχιερέως, *Pontificis* nomen. ΝΕΙΚΟΜΑΧΟΣ ΑΡΧΙΕ. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥΣΙΝ, *Nicomachus Summus Sacerdos Temenothyrenſibus.* n. max. mod. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 46. n. 6. p. 368. ex qua vocabuli ΑΡΧΙΕ. ſcriptura liquet contra opinionem *Vaillantii* Num. Graec. p. 197. vrbes Lydiae tractus iam ab *archontibus*, iam a *ſummis ſacerdotibus* rectas fuiſſe. — ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΕΠΙ ΓΑΛ. ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ ΑΡΧΙΕρέως ΜΕΓάλȣ, *Sardianorum Sub Galba Claudiano Sacerdote Maximo.* n. Elagab. *Spanb.* II. 418. — Pariter ſcribitur

ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Ἀρχιερεὺς Μέγας, *Pontifex Maximus.* Sic Iulius Caeſar: Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚ. (*al.* ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ) ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. *Caius Caeſar Imperator Pontifex Maximus* apud *Golzium* in Iul. Caeſ. Tb. 2. n. 13. *et* Tb. 10. n. 1. *it.* Tb. 11. n. 11.) *Nonnium* Tb. 9. n. 3. *et* Tb. 10. n. 11.) *Harduin.* Oper. p. 27.) *Morell.* in Iul. Caeſ. Tb. 8. n. 11. p. 95. et n. 19. p. 99.) *Occonem* p. 12.) *Dio* vero Caeſarem non niſi Ἀρχιέρα ſimpliciter, ceteros Ἱερέας vocat. — ΑΡΧΙΕΡεὺς ΜΕΓας ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ, *Pontifex Maximus Augur.* Æ. Iul. Caeſ. *Golz.* Tb. 16. n. 15.) *Nonnius* Tb. 15. n. 15.) *Triſtan.* ad Caeſ. n. 29.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 20. n. 2. in Fam. Iulia *et* in I. Caeſ. Tb. 9. n. 14. p. 106.) I. Seobal. *Fabricius* in Iul. Caeſare numiſmatico, parui commatis alias libro, p. 22. — Eodem ΑΡΧΙΕΡέως nomine occurrit n. M. Antonii cum Dianae Epheſiae effigie, quo eundem Antonium huius Dianae flaminem deſignari putat *Spanhem.* II. p. 84. — Λ. ΑΥΡ. ΗΦΑΙΣΤΙΩΝ ΑΡΧΙΕΡ. *Lucius Aurelius Hephaeſtion Pontifex* Daldianorum. n. Iul. Piae. *Vaill.* Gr. — ΑΡΧΙΕΡ. Α. ΤΟ Β. vel ΑΡΧΙΕΡ. ΑΡΧ. Α. Τ. Β. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥΣΙ, *Pontifex Primus et Iterum*, vel *Sacerdos Archon Primus et Iterum Temenothyrenſibus.* In antiquis Graecarum, in Aſia maxime, vrbium numis haud inſolitum, vt vtraque illa pontificis et archontis dignitas de ſacrorum et vrbis ſimul praecipuo in iis magiſtratu, et quidem repetitae vtriusque illius dignitatis fiat mentio, vti liquet ex Temenothyrenſium in Lydia numis, vel cum ſancti ſenatus effigie, vel cum dea Roma, aut ſub Gordiano Pio, Valeriano, et Gallieno percuſſis apud *Vaill.* Num. Gr. vbi ſimiliter *Xenophili Archontis Primi et iterum*; aut *Cleobuli Archontis Primi* Graeca traduntur in iis nomina.

ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ, *Summo Pontifici Pontificiam* coronam offerunt *Antiochenſes* Syriae, praepoſito nomine ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ, *Caeſari Auguſto*, additis annis ΕΚ. vel ςΚ. ΖΚ. ΗΚ. ΘΚ. Λ. ΛΑ. qui ſunt 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. intra coronam. Æ. Auguſti. *Beger.* Th. Br. II. 604.) *Geſner.* Tb. 30. n. 15.) *Guſſeme* I. 165.) *Harduin.* p. 19. 21. 701.) *Magnan.* Miſcell. Tom. IV. Tb. 7.) *Morell.* in Aug. p. 396.) *Muſell.* Imp. Tb. 9. n. 8.) *Noriſ.* Vol. II. p. 266.) *Patin.* Imp. p. 37.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 96. n. 12.) Th. R. *Sueciae* Tb. 45. n. 40.) *Theup.* p. 831.) *Vaill.* Num. Gr. p. 3. 252. *et* Apend. Gr. Tb. 1. n. 1.

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ, *Summus Sacerdos* vel *Pontifex* in numis Graecis ſupremam ſacerdotii alicuius prouinciae dignitatem, vt Ἱερεὺς vrbis cuiusdam ſacerdotem, deſignat, at non propter eam numorum cudendorum habere poteſtatem exiſtimauit *Vaillantius*, ſed quod hanc dignitatem cum

cum praetoris aut alterius magiſtratus munere habeat adiunctam; nam Lepidus inſcribitur PONT. MAX. et ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ, non ob ſummum ſacerdotium, ſed quod eſſet Triumuir Reipublicae Conſtituendae, numos ſignare iubebat. Quidam exiſtimant hoc Ἀρχιερέως nomine ſummum Aſiatici conuentus deſignari; Aſiarchae autem iſti dicuntur; Alii vnum et eundem eſſe putant, quod Philippus modo Ἀσιάρχης, modo Ἀρχιερεὺς dicatur; porro cum eſſet Smyrnae ſummus ſacerdos electus eſt Aſiarcha, quod numus probat de Claudio Frontone, qui ΑΣΙΑΡΧΗΣ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ perhibetur et quod coniunctio ΚΑΙ dignitatem ab altera diſtinguit. *Vaillantius* Num. Gr. p. 310. nomina Ἀρχιερέων in numis occurrentia refert. Fuſius de Ἀρχιερέως dignitate *Spanhem.* II. 84. et *Galland.* Dictionnaire Numiſm. Mſt. vid. Lex. noſtr. ΑΡΧ. ΑΡΧΙ. ΑΡΧΙΕ. ΑΡΧΙΕΡ. ΑΡΧΙΕΡΕΙ. — ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ, *Imperator Caeſar Auguſtus Pontifex Maximus.* Sic Auguſtus apud *Morell.* in Aug. Tb. 4. fg. 140. circum caput eius nudum, ante lituus. — ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΕΦΕσιών, *Summus Sacerdos Nicoſtratus Epheſiorum.* Ceruus ſtans. *Morell.* in Calig. Tb. 6. fg. 23. — ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΛΗΠ. ΤΡΥΦΩΝ. *Pontifex Aſclepiades Tryphonis* Fil. Epheſior. n. Auguſti. *Vaill.* Gr. — ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΓΡΑΜματεων ΓΛΑΥΚΩΝ ΕΦΕσιων, *Pontifex Scriba Glaucon Epheſiorum.* Diana Epheſia. Æ. Triumuirorum, Lepidi, M. Antonii, et Auguſti cum eorum capitibus. *Geſn.* T. 12. n. 28.) *Haym.* Th. Br. II. 168.) *Morell.* Spec. T. 24.) *Muſell.* T. 2. n. 5.) *Spanh.* II. 173.) Th. R. *Suec.* T. 43. n. 27.) *Vaill.* Num. Gr. 2.

ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ, *Pontificis*, *ſub Pontifice.* ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟΣ ΚΙΑΝΩΝ, *Sub Pontifice Claudio Biante Cianorum* in Bithynia. Figura ſedens cum patera et haſta. Æ. Domitiani. *Geſner.* T. 70. n. 13.) *Muſell.* Imp. Tb. 52. n. 7. — ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ, *Sub Demetrio Pontifice.* Cotiaenſium Phrygiae. *Vaill.* Gr. — Aliquando Ἀρχιερέως et Ἀσιάρχου tituli iunctim occurrunt, cuius ſacerdotium ad templum Iouis ſpectat, vt *Vaillantius* coniicit. Nimirum ΑΣΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ, *Aſiarcha Et Summo Pontifice Tredecim Vrbium* Ioniae. — ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΣΙΛΑΝΔΕΩΝ Κ. ΑΡΧ. *Sub Pontifice Tatiano Silandeorum* Lydiae. Æ max. Commodi. Muſ. *Alb.* I. Tb. 46. n. 1. p. 93.) *Bonarrot.* Num. *Carpin.* p. 144. — Obſcurae illae litterae Κ. ΑΡΧ. diuerſimode explicantur. Sunt qui ΚΑΡΧΕΔΟΝΙΩΝ, *Carthaginienſium* legant; ſed nulla Silandeis cum Carthaginienſibus cognatio. Coniicit *Bonarrotus* per illas exprimi pontificatus annum 20, vel interpretandas eſſe ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ, *Potentiſſimi Pontificis*, vtramque coniecturam argumentis firmat, ſpecioſius tamen, quam verius. *Vaillantius* legit Καὶ ΑΡΧοντος. Sed non ſatis liquet pontifices ſimul fuiſſe archontes, in urbe praeſertim, quae ab Athenienſium inſtitutis nec leges, nec accolas accepiſſe videtur.

Archilochus Graecus, poeta Parius, primus inter eos, qui iambos ſcripſere. Emicuit regnante Romulo, vt ait *Cicero* in Tuſcul. Huius libros ob inuerecundiam et obſcoenitatem Lacedaemonii ex vrbe tolli iuſſerunt, auctoremque eorum in exitium miſerunt. Cernitur eius effigies in Moneta inſulae Parii.

Archimedes Syracuſanus, ſpectator coeli et ſiderum, vnicus maritimam Syracuſarum oppugnationem a Romanis duce Marcello inſtitutam variis tormentis bellicis eluſit. Intentus formis, quas in puluere deſcripſit, interficitur ab ignoto milite. Eius ſepulturae cura habita a Marcello. *Liuius* L. XXV. c. 31.) Thom. *Pope Blount* in cenſura celebrior. auctorum. p. 44. — Inſignis

ſignis ille mathematicus a ciuibus ſuis Syracuſanis in eorum numis fuit expreſſus, quales exhibuit *Hauercamp.* ad *Parut.* Sicil. Tb. 162. et *Bonnan.* Syrac. Antiq. p. 257. Vol. XI. Theſ. Sic. Caput barbatum nudum.)(AR. MD. ſeu *Archimedes.* Imago ſphaerae vitreae, ab Archimede confectae, in qua mira conuerſione diſſimiles motus circulorum viſebantur. Æ 2. *Froel.* Not. Elem. Tb. 21. fg. 8.) *Guſſeme* I. p. 256.) *Hanthal.* Exercit. Proem. p. 119.

ΑΡΧΙΜΗΔΗΣ magiſtratus nomen Dyrrhachii Illyrici.

Archipelagus, Gr. Ἀρχιπέλαγος. cf. Explication des anciennes medailles des inſulaires de l'Archipel. dans Memoir. de Trevoux 1706. p. 1344 ſqq.

Archipendulum bilancis genus in n. Catanenſium apud *Parutam* Num. Sicil. inter Catan. fg. 20.

ΑΡΧΙΠΠΟΣ, *Archippus* nomen quorundam celeber. Graecorum. In n. Dyrrhachii magiſtratus vrbis ΑΡΧΙΠΠΟΥ.

Architecturae veteris ſpecimen in elegantiſſimo rariſſimoque Heliopolitarum vt videtur numo, quem ex mumia protactum poſſedit *Bellorius*, aeri vero inciſum exhibent Io. Bernh. *Fiſcher.* in dem Entwurf einer hiſtoriſchen Architectur L. I. Tb. 10. et cel. Iul. Car. *Schlaeger.* in comment. de Numo Hadriani plumb. p. 43.

ΑΡΧΟ. Ἄρχοντος, *Archontis* magiſtratus. ΑΡΧΟ. ΦΛ. ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΥ, *Archonte Flauio Epaphrodito.* n. Melienſium inſul. *Vaill.* Gr. — ΕΠΙ ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΔΡΑΣΤΟΥ ΑΡΧΟ. *Sub Iulio Adraſto Archonte.* n. Hyrgalaeorum. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 39. n. 6. p. 317.

ΑΡΧΩΝ, *Archon* in plurimis vrbium Graecarum numis ſummus eſt magiſtratus, vt in aliis Στρατηγὸς ſeu *Praetor*, ſub cuius poteſtate ſeu nomine moneta ſignabatur; hae Athenienſium erant coloniae, vel ex illis, quae colonias alias deduxerant, vel quae Athenienſium leges ſequebantur, ſicut in Bithynia vrbes ab Hadriano inſtauratae vel conditae Archontes habuerunt. Duo fuiſſe videntur, qui per annum in magiſtratu manebant. Primis ab altero per vocem Α. quam alter reticebat, diſtinguitur; vterque continuari poterat, vt iidem nos docent numi, in quibus τὸ Β. τὸ Γ. *Iterum*, *Tertium.* *Vaillantius* Num. Gr. p. 310 ſqq. *Archontum* nomina, quae in numis leguntur, collegit. — Initialibus litteris ΑΡ. ſaepius ΑΡΧ. in numis Ionicarum, ſeu proconſularis Aſiae vrbium obſeruatur Ἀρχόντων mentio, vt Smyrnae, Mileti, Prienes, aliarumque, aut Abydenorum, qui a Mileſiis deducti, ac ſimilium. Cuius etiam dignitatis conſeruata eſt memoria in moneta Ancyrae metropoleos Galatiae, Byzantii, Maeonum, et de Coo inſula id adſtruunt eorum numi, e. c. ΑΡΧ. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ ΚΩΙΩΝ, *Archonte Menecrate* etc. Pariter in Temenothyrenſium aere e. c. ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ ΑΡΧΩΝ Α. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥΣΙΝ, *Cleobulus Archon Primus Temenothyrenſibus.* — Duo aliquando, ſicut in Byzantiorum numis, nominati obſeruantur Archontes. — In Sardianorum numis vox ΑΡΧΟΝτος nos docet, magiſtratus non pontifices, ſed *Archontes* adpellari, quod in aliis Lydiae oppidis etiam auguratus eſt *Vaillant.* Num. Graec. p. 109. — Vrbes itaque Abydus, Acmonia, Alinda, Ancyra, Aphrodiſia, Apollonia Aſiae, Blaundos, Byzantium, Cadi, Cebeſſus, Chius, Cilbiani ſuperiores, Cos, Cotiaeum, Cyzicus, Daldia, Dardania, Didyma, Egialus, Epheſus, Gordus, Hadriana, Hadrianothyra, Halicarnaſſus, Hyrgala, Maeonia, Melos, Miletus, Myndus, Philadelphia Lydiae, Priene, Saittae, Salia, Salis, Sardis, Silandus,

Teme-

Temenothyra, Archontes in moneta ſua ſignant. — De generali vocis Ἄρχοντος ſignificatione, vt et de peculiari in Graecis urbium numis vberior egit *Spanhem*. I. p. 692 ſq. et *Galland*. dans Diction. Numiſm. Mſt. Profanorum magiſtratuum nomina quaedam ab Athenienſium veteri inſtituto vrbes aliquae accepiſſe videatur; non eodem tamen ordine, iure ac temporis ſpatio aliis in locis hi magiſtratus adminiſtrati ſunt. *Archontes* Athenis olim perpetui erant, deinde decennales, denique annui, iique proceres quingenti, qui rurſum in decem quinquagenas diuiſi *Prytanes* alternatim dicebantur: nempe illis quinque hebdomatibus, quibus quinquaginta illi ordine ſuo actu rempublicam regebant; ex Prytanibus iſtis in decurias quinque coordinatis, rurſum πρόεδροι, *Proëdri*, vocati ſunt, qui decem ſua quinque ſeptimana gubernabant; ex Proëdris ἐπιστάτης, *Epiſtates* ſortito electus eſt, qui diem vnum non amplius praeerat et penes quem claues erant. Archontum iſtorum Athenienſium ſeriem ex *Diodoro Siculo* collectam refert *Petauius* de doctrina temporum ſeu in chronico ab anno ante Chriſtum 370 ad 309. — In vrbium numis vero ΑΡΧ. Ἄρχοντος titulus variis non tam Romanis, quam patriis vrbium ac prouinciarum rectoribus, etiam pontificibus, datus eſt. — Eorum plures nonnumquam, etiam cum primatus praerogatiua vni conceſſa, conſtitutos fuiſſe, numiſmatum inſcriptiones efficiunt, vti ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ Β. Ἄρχοντος πρώτου τὸ β. *Archonte Primo* vel *Primario Iterum*. Vel ſic ΑΡΧΟΝΤΟC Α. ΤΟ Β. *Archonte Primo Iterum*; vbi τὸ Β. *Iterum* prodit, eum magiſtratum non fuiſſe perpetuum.

Archontibus interdum feminas ſociari in aere vetere res quidem eſt rariſſima, nec tamen inaudita. Exemplum ſuppeditant Byzantiorum in Thracia numi, de quibus legas praeclare differentem *Pellerinium* Mel. de Méd. T. I. p. 58 ſq. in cuius collectis numis Fauſtina, Apheſta, Iulia Seuera, Alexandra occurrunt. Sic in numo Neronis Æ 3. a *Neumanno* Pop. Num. II. Tb. 2. n. 11. vulgato .... Τ ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ... in area hic ΕΠ Χ Ρ. illic ΑΚΜΟΝΕΩΝ, *Sub Archontibus Capitone Et Iulia Acmonenſium*, cum typo Iouis ſedentis. *Vaill.* Num. Gr. p. 63. et auctor Muſ. *Alb*. II. p. 7.

ΑΡΧΟΝΤΟΣ vel ΑΡΧΟΝΤΟΣ pariter ſcribitur *Archontis* dignitas. Sic ΑΡΧΟΝ. obſeruatur in n. Sardianorum; et ΑΡΧΟΝΤ. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, *Archonte Dionyſio* in aere Cotiäenſium.

ΑΡΧΟΝΤΟC Α. ΤΟ Β. *Archonte Primo vel Primario Iterum*. V. ΑΡΧΩΝ.

ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΣΑΝΔΡΟΥ ΒΟΣΠΟΡΟΥ, *Principis Aſandri Boſpori*. *Froelich*. Not. Elem. Tb. 10. fg. 11. p. 156. Aſander enim, qui poſtea ab Auguſto *Rex* Boſpori renuntiatus eſt, initio ſe *Ethnarcham* duntaxat ſeu *Gentis Principem* adpellauit.

Archytas Tarentinus philoſophus Pythagoreus, aſtronomus et geometra, Platoni, quem caedi deſignauerat Dionyſius vitam, miſſa ad tyrannum epiſtola, ſeruauit. *Diog. Laert*. L. VIII. Cubum primus inuenit. — Architae tribuitur Æ. numus, in quo caput barbatum, diadematum, compoſitis crinibus, a tergo monogramma ΦΚ.)(Piſcis raia, extenſis pinnis, vrbem maritimam denotans. *Haym*. Th. Br. I. Tb. 13. fg. 3. p. 146.) *Magnan*. Miſcell. P. III. Tb. 49. fg. 2.) Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 80. fg. 11.) *Froelich*. Not. Elem. p. 239.) *Guſſeme* I. p. 256.) *Fuluius* etiam *Vrſinus* hocce caput in ſerie virorum illuſtrium ab ſe deſcripta refert. — Similis, ſed AR. habetur inter Conſulares *Vaillantii* II. p. 318. Fam. Proculeiae c. epigr. C. PROCVLEI. F. cuius numi barbatum caput *Archytam*, non vero Neptunum, vt *Vaillantius* contendit, repraeſentare, ac Tarenti percuſſum exiſti-

exiſtimat *Haym*. l. c. cum forſan ad hanc vrbem Proculeius hic praetor ab Auguſto eſſet deſtinatus; nihil vero ſimilius, quam Tarentinos eundem typum in moneta continuaſſe, quo, antequam Romanis ſubiicerentur, fuerant vſi.

Arcitenens Apollo cognominatus ab *Ouid*. L. I. Metamorph. pariter in n. Commodi et Gallieni, ſub APOLLINIS PROPVGNATORis titulo, aut in Graecis Acarnanum, Aureliopolitarum aliorumque populorum numis repraeſentatus. *Spanh*. I. 280.

Arctoum ſidus, ſiue ſeptem ſidera, ſtatuam Auguſti circumdantia, aeternitatis ſunt ſymbola in Æ. max. moduli numiſmatibus, quibus conſecrationem Auguſti reſtituit Caligula, ſeptem illis ſideribus Druſum auum, Germanicum patrem, et quinque fratres denotantibus, vtpote diuinitatis conſortes. *Vaill*. Pr. II. p. 52.

Arcus venationis inſtrumentum, *Dianae* venatricis deae inſigne, quod nunc d. nunc ſ. manu tenet. Quo ſymbolo vſae ſunt vrbes Acmonia, Amaſtria, Anchialus Thraciae, Apollonia Myſiae, Automala, Bithya, Callatia, Cherroneſſus, Coillu, Corinthus, Creta, Daldia, Deultum, Edeſſa Meſopotamiae, Epheſus, Gaza, Germanicopolis, Germe Helleſponti, Hadrianopolis, Laodicea Syriae, Lappa, Macedonia regio, Magneſia ad Maeandrum, Marcianopolis, Miletus, Miletopolis, Mopſueſtia, Mytilene, Nicopolis Moeſiae, Niſa Cariae, Patrae, Perga, Perinthus, Ptolemais, Rhaphia, Smyrna, Syedra, Syracuſae, Tabae, Tarſus, Thelphuſa, Thyatira, Tomi, Trallis; *pariter* in n. Furiae gentis; *item* in n. Impp; Titi, Neruae, Criſpinae, Galli, Aemiliani, Valeriani, Gallieni, Poſtumi, Alexandri Aemiliani.

Arcus pone caput Dianae v. vrbes Abydus, Byzantium, Emporiae, Eretria, Macedonia prouincia, Magneſia ad Maeandrum, Maſſilia, Miletopolis, Neapolis Campaniae, Nicaea, Phaſelis, Syedra, Syracuſae; *ſimiliter* g. Cariſia, Claudia, Lollia, Poſtumia; *idem* typus in n. Pyrrhi regis Epirotarum, Imp. Auguſti, et Lepidi triumu. — pone Apollinis et Dianae capita. n. Syracuſ. — pone Dianam arcus et pharetra. n. Anton. Pii.

Arcus, pharetra et ſagitta, Dianae venatricis inſignia. n. Theſſalonic.

Arcus Apollinis frequens inſigne, vnde a poetis *arcitenens* cognominatur. vid. vrbes Amaſtria, Antiochia Cariae, Apamea Phrygiae, Apollonia Myſiae, Apollonopolis, Colophon, Creta inſula, Cretia, Flauiopolis, Hadrianopolis, Hypaepa, Marcianopolis, Miletus, Perga, Samus, Selinus, Thera inſula, Tmolos, Traianopolis, Trallis, Troas. — *it*. g. Baebia. — *pariter* reges Syriae Alexander I. Seleucus I. II. IV. et Antiochus IV. — *et et* Impp. M. Aurelius, Gallus, Voluſianus, Valerianus.

Arcus Herculis in arbore pendens. n. Perinthi. Vario ſitu in manu Herculis, v. vrbes Camarina, Germe Helleſponti, Heraclea Siciliae et Thraciae, Malea, Nicaea, Nicopolis Epiri, Samos, Sardis, Segeſta, Tarſus; *item* g. Antonia, Poblicia; *pariter* cernitur in numis Impp. Antonini, L. Veri, Commodi, Seueri, Aemiliani, Poſtumorum, Victorini, Diocletiani, Maximiani, Valerii Seueri.

Arcus in manu *Cupidinis*. n. Panormi, Tyndaridis, et g. Plautillae. — pone eius caput n. Egnatiae g.

Arcus in manu *Palladis*. n. Pergae, *it*. regum Lyſimachi Thraciae, Demetrii II. Syriae, *et* Fauſtinae Aurelii Imp. coniugis.

Arcus

Arcus cuius figura non corniculata inſtar litterae C, ſed incurua, angulos vtrimque extimos habens, panda etiam et circumducta eorum cornua in n. regum *Parthorum* et *Perſarum*, de quo arcitenente Partho *Spanh.* I. 324 ſqq. — *Arcus Parthici* et *Scythici* idem. *ibid.* p. 326.

— in manu aliarum quoque figurarum. v. Acarnania, Aenia, Aradus, Bagae, Barium, Carthago, Croton, Geraſa, Germanicia, Gordus, Ilium, Magneſia Theſſaliae, Nicopolis Epiri, Tarſus, Thaſus, Zacynthus; *pariter* occurrit in n. Auguſti, Hadriani, Valeriani, Gallieni, Victorini. Aureliani, Tetrici Iunioris, Probi.

— in area n. Apterae, Bruttiorum, Dyrrhachii, Eleuthernae etc.

— eminet e vanno inter duos ſerpentes. n. ciſtophorus Epheſi.

— et claua. n. Alontini Siciliae, Heracleae Cherſoneſi Tauricae etc. v. *Claua*.

— claua, et pharetra. n. Adrianopolis, Alindae, Callatiae, Luceriae, Nicaeae, Nicomediae; *it.* Coponiae g. *it.* regum Macedoniae Philippi I. et Alex. M. *it.* Impp. Commodi, et Poſtumi.

— claua, et tridens. n. Philippi I. regis Maced.

— et fulmen in area n. Selgeorum.

— et pharetra venationes in ludis conſuetas ſaepe notant. — pharetrae iunctus. n. Amaſiae Ponti, Erythrarum Ioniae, Heracleae Lucaniae, Neapolitarum Campaniae, Segeſtarum, Syracuſarum, g. Sepuliae, regum Alexandri M. et Demetrii I. Syriae — pone caput laureatum. n. Lapitharum.

— pharetra, et ceruus. n. Munatiae et Planciae g.

Raſche Lex. Num.

Arcus pharetra, et ſagitta inter duos ſerpentes. n. M. Antonii.

— pharetra, et mallei inter duos angues. n. Claudiae g.

— pharetra, et arbor n. Aegyptius in Traiano.

— pharetra, et capra Lybica. n. Planciae g.

— pharetra, pellis leonis, claua et thorax. n. Gallieni.

— pellis leonis, et ſagitta. n. Siciniae g.

— et ramus. n. Selgae.

— ſagitta, tiara Parthica. n. Auguſti, M. Antonii.

— templum, lyra, et iaculum. n. Salpeſae in Baetica.

— inſignes conſpiciuntur in Caeſarianis numis, quondam erecti vel Auguſto, ob vias munitas, et ſignis a Parthis recepta; vel Druſo et Claudio conſtructi, de Germanis ac Britannis deuictis; vel Galbae ob remiſſam quadrageſimam; vel Neroni, Domitiano, Traiano, Seuero, Poſtumo, Conſtantino Magno, ſolita adulationis illorum temporum, iuxta ac victoriarum monumenta. cf. Petri *Bellorii* veteres arcus Auguſtorum triumphis inſignes, cum triumphalibus imaginibus reſtituti, antiquis numis notisque illuſtrati, ac aeneis typis vulgati per Io. Iac. *de Rubeis*. Romae 1690. fol.

a) *Arcus* in *Auguſti* honorem erectus ob viam Flaminiam propriis ſumtibus ab eo refectam, per quam tranſibant triumphantes; ideo ſuper eum quadrigae, in quibus vehebantur; in periſtylio: S. P. Q. R. IMP. CAES. circum: L. VINICIVS, triumuir ſcilicet monetae cudendae, Æ. RR. *Golz.* in Aug. Tb. 46. fg. 5. *Morell.* Fam. Iulia Tb. 5. fg. 5.

 et

et Lit. D. p. 210. *et* Fam. Vinicia fg. 4. *it.* in Aug. Tb. 21. fg. 40. p. 331.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 96. n. 2. — *Alius*, ſed alia forma inſtructus arcus Auguſti triumphalis, cuius frontiſpicio inſcribitur: IMP. CAESAR. Æ. Num. *Arſcbot.* Tb. 11. n. 12.) *Golz.* Tb. 43. n. 8.) *Morell.* in Aug. Tb. 14. fg. 40. p. 272. *et* Tb. 15. fg. 6. p. 274.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 96. fg. 3. p. 475.) *Vicus* in Arg. Aug n. 25. — *Alius* Auguſti arcus triumphalis ſuper pontem Tiberianum, in quo ipſe Imperator in curru triumphali a duobus *al.* quatuor elephantis tractus cernitur, cum perigraphe: QVOD VIAE MVN*itae* SVNT. AV et AR. Auguſti, quos illuſtrat *Dio* L. LIII. p. 511. et *Erizzo* p. 150. Siſtunt numos *Golz.* in Aug. Tb. 46. fgg. 22. 24. p. 41.) *Ruben.* Num. *Arſcbot.* Tb. 12. n. 22. ſed arcui roſtra nauium ſunt additi.) *Biaeus* Tb. 12. n. 22. omiſſis tamen nauium roſtris.) *Hemelar.* Tb. 3. n. 3. p. 12.) *Morell.* in Aug. AV. Tb. 10. fg. 10. p. 210. *et* AR. Tb. 17. fg. 28. hinc inde vero roſtra. *Oiſel.* Tb. 108. n. 10. in quadrigis, ſed n. 12. in bigis elephant.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.*) *Pighius* Tb. 3. Annal. p. 505.) *Vdanus* Pot. Rom. Tb. 97. n. 12. p. 441.) *Zantanus* in AV. Tb. BBB. I. n. 12.) *Mdb.* p. 27. — *Arcus duo*, in quorum medio legitur: QVOD VIAE MVN*itae* SVNT, ſingulis inſiſtit ſtatua equeſtris iuxta tropaeum. AR. Auguſti. *Erizzo* p. 149, qui pleniorem typi illuſtrationem adiecit.) *Golz.* in Aug. Tb. 46. fg. 15. *et* in Faſtis p. 204.) *Morell.* in Aug. Tb. 17. fg. 29. p. 302. 303. *et* Tb. 51. fg. 8. p. 450.) *Nardinus* Tom. IV. Antiq. Rom. *Graeuii* p. 920.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 108. fg. 11. p. 530. — *Similes* Auguſti arcus vid. CIVIB*us* ET SIGN*is* MILIT. A PARTHIS RECVP. vel RECVPER*atis*; *al.* RESTITVT. vel RESTITVTIS. — *Alius* Auguſti arcus triumphalis, in cuius periſtylio: IMP. IX. TR. POT. V. *Imperator* *Nonum*, *Tribunicia Poteſtate Quinta.* In eius faſtigio Auguſtus conſpicitur in quadrigis triumphalibus, conſtitutis quoque ante arcum duobus ſignis Romanarum cohortium. In area: S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. AR. max. mod. RR. *Golz.* in Aug. Tb. 39. fg. 14.) *Morell.* in Aug. Tb. 13. fg. 9. p. 260.) *Vaill.* Pr. II. p. 21. — *Alius* Auguſti arcus pulcerrimus cum fornicibus, ſtatuis et quadrigis deſuper exornatus, cum inſcr. COR*inthus.* L. POMP*onio* C. IVL*io* IIVIR*is.* Æ 2. Auguſti. *Morell.* Fam. Pomponia Tb. 4. n. 2. p. 349. *et* in Aug. Tb. 36. n. 11. 12. p. 384.

b) *Arcus* in memoriam *Druſi* Senioris, cuius ſtatua deſuper inter duo tropaea, hinc inde in area S. C. nota, in circuitu: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN*icus* IMP*erator.* Æ 1. *Angelon.* p. 42.) *Arſcbot.* Tb. 19. n. 14. p. 42.) *Beger.* Th. Br. II. p. 621.) *Bellor.* 32. n. 5.) *Erizzo* p 202.) *Geſner.* Tb. 42. n. 1. 2.) *Mdb.* p. 60. 82.) *Morell.* in Druſo Tb. 7. fg. 13. p. 510. *et* in Claudio Tom. II. Tb. 5. fg. 16. p. 22.) *Muſell.* Imp. Tb. 11. fg. 5. *et* Tb. 18. n. 8. 9.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 96. fg. 1. p. 475.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 75.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* inter Æ. pr. magn. Tb. 17. fg. 3.) Theſ. R. *Sueciae* Tb. 4. fg. 6. *Torrentin.* ad *Sueton.* c. 1. Claudii in *Graeuii Sueton.* p. 459. et Tom. IV. Theſauri eiusdem p. 1702.) *Vaill* Pr. I. p. 18. *et* III. p. 106. ſed omiſſo IMP. vocabulo. — *Alius* ſimilis cum Druſi ſtatua equeſtri ad ſ. inter duo tropaea; in periſtylio: DE GERMANIS. AV. et AR. Druſi Sen. Num. *Arſcbot.* Tb. 17. n. 19.) *Beger.* Th. Br. II. p. 620.) *Golz.* in Aug. Tb. 41. fg. 5.) *Morell.* in Druſo Tb. 7. fg. 4. p. 508.) *Vaill.* Pr. II. p. 45.) *Patin.* Theſ. p. 51. — *Alius* ſimilis; ſed eques ad d. AR. Druſi Sen. *Morell.* l. c. fg. 5. — *Alius*, ſed DE GERM*anis* inſcriptus, hinc inde duo tropaea, et totidem

totidem captiui genuflexi, manibus poſt terga ligatis, intermedia ſtatua Druſi equeſtri. *AV.* et *AR.* Druſi Senioris poſt eius mortem erectus ex decreto ſenatus in regione prima verſus portam Capenam, de quo arcu *Sueton.* c. 1. in Claudio. Druſus ſuper arcum eques, vt Romam ouans ingreſſus erat, hinc inde Tropaeum in memoriam eorum, quae in Germania et trans Rhenum erexerat. Num. *Arſchot.* in *AV.* Tb. 4. n. 8. 9. et in *AR.* Tb. 17. n. 17. 18.) Leonard. *Auguſtin.* Tb. 3. n. 2.) *Beger.* Th. Br. II. p. 613.) *Golz.* in Aug. Tb. 41. Lit. B. et n. 4) *Morell.* Num. Druſi Tb. 7. n. 3. p. 508.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. vbi tamen male alae pro paludamento ſtatuae equeſtri a ſculptore adiunguntur.) *Vaill.* Pr. II. p. 45.) — Idem *reſtitutus* a Tito: T. DIVI VESP*aſiani* F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST*ituit*, ad latera eſt S. C. nota. Æ 1. RRR. depictus apud *Morell.* l. c. fg. 14.) *Patinum.* in *Sueton.* p. 180.) *Vaill.* in Num. Praeſt. I. p. 13. ſed vterque *Patinus* et *Vaillantius* victoriarum imaginibus partem fornicis infra periſtylium exornatam exhibuit. — Similiter a Domitiano *reſtitutus*: CAESARIS AVG. F. DOMITIAN*us* COS. V. REST*ituit*; hinc inde S. C. Depinxerunt hunc n. RRR. ediderüntque *Golz.* in Aug. Tb. 41. fg. 11.) *Morell.* l. c. fg. 15.) *Patin.* in *Sueton.* p. 180.

c) *Arcus*, quem Imp. *Claudius* cum tropaeis meruit, filioque Britannici nomen dedit, de qua Britannica victoria *Suetonius* et *Dio* plura habent. *Arcus* nimirum triumphalis pulcerrimus, tropaeis exornatus cum ſtatua equeſtri; in periſtylio eiusdem ſcribitur: DE BRITANNIS. *AV.* Claudii. *Beger.* Th. Br. II. p. 620.) *Morell.* in Claud. Tb. 4. fg. 3. p. 11.) Num. *Arſchot.* Tb. 6. n. 12.) *Patin.* ad *Sueton.* — *Alius* ſimilis, ſed DE BRITANNIs, *AV.* Claud. *Morell.* l. c. fg. 9.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. Tb. 4. fg. 7. — In ſimilibus *AR.* Claudii inſcriptio legitur nunc DE BRITAN. nunc DE BRITAN*nIs*, nunc etiam integre DE BRITANNIS. *Morell.* in Claudio Tb. 5. fgg. 31. 32. 33. 34.) *Patin.* ad *Sueton.* p. 261.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* inter *AR.* Tb. 14. — DE GERM*anis.* Arcus pulcerrimus triumphalis, tropaeis exornatus, ad cuius infimam aream ſunt captiui, intermedia ſtatua equeſtri, decurrentis habitu. *AV.* in honorem Druſi, Claudii patris. *Morell.* in Claudio Tb. 4. fg. 4. p. 11. — *Alius* ſimilis, ſed *AR.* *Morell.* ib. fg. 35. p. 18 — *Al.* ſed eques pacificatoris habitu. *AR.* *Beger.* Th. Br. II. 620.) *Morell.* ib. fg. 36.) *Patin.* in Theſ. p. 51.

d) *Arcus* triumphalis in *Agrippinae* Claudii vxoris Æ 1. numo, *ſine perigraphe*, adpoſita tantum S. C. nota a *Vaill.* Pr. I. p. 20. exhibito, apud quosdam dubiae fidei habetur.

e) *Arcus Neroni* ob victoriam Corbulonis de Parthis poſitus, in quo praeter ſtatuas haſtatas, et quadrigas, etiam *coloſſum* ad latus inter duas columnas additum cernimus. *Tacitus*, poſtquam res a Corbulone geſtas narraſſet L. XIII. Annal. addit c. 41. „Ob haec conſalutatur Imp. Nero, ex S. C ſupplicationes habitae, ſtatuaeque et arcus etc. *et* L. XV. Ann. c. 18. Romae tropaea de Parthis, arcusque medio Capitolini montis ſiſtebantur.“ Altitudinem huius arcus facile diuinare licet ex coloſſo adiecto, qui haud dubie exſtructus ad exemplum illius coloſſi, quem Nero cum ſuo effigie in veſtibulo domus poſuit, de quo *Sueton.* c. 31. et *Plin.* L. XXXIV. c. 7. Huius coloſſi caput poſtea Commodum demſiſſe, atque ſuum impoſuiſſe, teſtatur *Lamprid.* in eius vita. — *Sine epigraphe* Neronis eſt numus Æ 1 et 2. ad arcus latera S. C. nota. *Angelon.* p. 53.) N. *Arſchot.* Tb. 20. n. 19.) *Beger.* Th. Br. II. p. 624.)

624.) *Erizzo* p. 218.) *Geſner.* Tb. 47. n. 4.) *Mdb.* p. 92.) *Morell.* in Nerone Tb. 9. fg. 12. p. 99.) *Muſell.* Imp. Tb. 23. n. 7 ſq.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 96. fg. 4. p. 476.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 76. n. 2.) Theſ. R. *Sueciae* Tb. 4. n. 19.) *Vaill.* Pr. I. p. 22.

f) *Arcus Galbae* in memoriam beneficii quadrageſimae remiſſae a bono Imperatore praeſtiti, cuius rei memoria absque hiſce numis deleta foret; de quo beneficia plura in notis *Caſauboni* et *Patini* ad *Sueton.* in Galba c. 15. et apud *Triſtan.* Comm. Hiſt. I. p. 225 — SER. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. POT. Caput Galbae laur.)(XXXX REMISSAE. *Arcus* triumphalis, in cuius ſummo quadrigae cum Imperatore, et Victoria illum coronante. Æ 1. cuius typum publicarunt *Strada* p. 6.) *Angelon.* p. 67. n. 9.) *Morell.* in Galba Tb. 6. fg. 1. p. 169.) *Patin.* Theſ. p. 146.) *Vaill.* Pr. I. p. 24. — Neque alius videtur numus ille, cuius picturam dat *Triſtan.* I. p. 256. quique arcum triumphalem, adſcripta tantum S. C. nota exhibet, Galbae a ſenatu ob victoriam de Clodio Macro in Africa oppreſſo erecta, vt *Triſtanus* exiſtimat; ſed forte inſcriptio Quadrageſimae Remiſſae periit aerugiae. — *Alius*, in quo QVADRACENSVMA (*ſic loco Quadrageſima*) REMISSA. Arcus, in cuius ſummo duae figurae equeſtres, forte Dioſcurorum ſtatuae, in imo S. C. nota. Æ 2. *Morell.* in Galba. Tb. 6. fg. 13. p. 171. — *Alius*, ſed QVADRACENS. REMISSA, inferne S. C. deſuper duo equites, in introitu arcus vna figura, tres vero ad illum accedentes. Æ 2. *Morell.* l. c. fg. 14. Legendum vero eſſe REMISSAE, non REMISSA docent alii numi et ſimilis Muſei *Farneſiani* n. 14. In iisdem quoque numis legitur QVADRAGENS. non QVADRACENS. quique primus eius numi exemplar edidit, ſic quoque publicauit; Iſaac. *Caſaubon.* ad *Sueton.* in Galba c. 15) *Vaill.* Pr I. p. 24. eundem Æ 2. recenſet, cum perigraphe: QVADRAGENS. REMISSAE, ſed ei eſt in numo integerrimo arcus, ſupra quem quadrigae triumphales; tres figurae nudae, manibus poſt terga reuinctis ad arcum properant, quas figura baculo elato inſequitur.

g) *Arcus Titi* triumphalis exhibetur in libro ſingulari Hadr. *Relandi* de ſpoliis templi Hieroſolymitani in arcu Titiano Romae conſpicuis. Vltraiect. 1775. 8.

h) *Arcus Domitianus* multas cum quadrigis et inſignibus triumphorum poſt victoriam Sarmaticam per regiones vrbis ſibi erexit. Duplices quandoque ſpectantur quadrigae, vel propter geminam de Dacis victoriam, vel quia de Dacis et Germanis duplicem retuliſſe triumphum videri voluerit Domitianus; de quo arcu *Martial.* L. VIII. epigram. 65. — Arcus triumphalis, addita S C. nota, deſuper elephantorum quadriga, erectus in Germanico triumpho Æ 1. *Beger.* Th. Br. II. p. 105) *Bellor.* p. 77. n. 28.) *Erizzo* p. 287.) *Mdb.* 133.) *Morell.* in Domit. Tb. 16. fg. 7. p. 462.) *Muſell.* Imp. Tb. 52. fg. 5.) *Vaill.* Pr. I. p. 43. — *Alius*, ſed Aegyptius cum L. ς. *Anno Sexto* imperii. *Harduin.* Oper. Sel. p. 741.) *Patin.* ad *Sueton.* p. 431. — *Alius*, ſed L. ΙΔ. *Anno Decimo Quarto.* Æ 1. *Harduin.* p. 744.) *Morell.* l. c. Tb. 16. fg. 24. p. 205. — *Alius*, ſine annorum notis, et Æ 2. *Morell.* l. c. Tb. 14. fg. 10. Tb. 23. n. 19. Tb. 24. n. 15.) Muſ. *Theup.* p. 1112.) *Triſtan.* I. p. 333. — Arcus duabus quadrigis ornatus, quibus iuncti quatuor elephanti, in vtroque ſtat Imperator; ſine epigr. Æ 2. N. *Arſchot.* Tb. 32. n. 9.) *Bellor.* p. 79. n. 49.) *Erizzo* p. 268. *Mdb.* p. 140.) *Morell.* in Domit. Tb. 14. n. 10. 12. p 455.) *Muſell.* Imp. Tb. 52. n. 1.) *Oiſel.*

Sel.

Sel. Num. Tb. 96. n. 5. p. 477.) Theſ. Reg. *Sueciae* Tb. 8. n. 10.) *Triſtan.* I. p. 333.

i) *Arcus Traiani* triumphalis inſignis ſtructurae, ex ſenatus decreto Traiano poſitus cum inſcr. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. in quo praeter ipſum Traianum in quadrigis inter duas victoriolas triumphantem et duo tropaea armorum ſpoliis ornata, res a Traiano geſtas vndique effigiatas cernere eſt, cuius fronti inſcriptum: I. O. M. *Ioui Optimo Maximo.* De quo monumento *Xiphilinus* ex *Dione.* Ex eo arcu diruto *arcus Conſtantini*, qui adhuc Romae viſitur, erectus eſt. Numus Æ 1 depictus ab *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 96. fg. 6. p. 477. — *Alium* praeclarum Æ 1. numum ſuppeditauit Pet. *Bellorius* quem *Spanh.* II. p. 653. produxit cum perigr. TR. POT. COS. III. P. P. Arcus Traiani cum tribus fornicibus. *Harduin.* Oper. p. 748.) *Vaill.* Pr. I. p. 52.

k) *Arcus Antonini Pii*, ſub quo Imperator d. ſceptrum, ſ. c. c. gerit, cum litteris COS. IIII. *Conſul Quartum.* Æ 2. *Angelon.* p. 145.) N. *Arſchot.* Tb. 42. n. 14.) *Harduin.* p. 773 et 775.) *Mdb.* p. 205.) *Muſell.* Imp. Tb. 102. fg. 8.

l) *Arcus M. Aurelio et L. Vero* Romae in ſeptima regione ex S. C. erectus ob bellum Parthicum confectum. v. *Ouatio.* — *Arcus Portugalliae* vulgo adpellatus, non Claudio cum *Ligorio*, aut Domitiano, vel Philippo cum aliis, ſed M. Aurelio adiudicatur fide veteris numi, in quo Fauſtina Iunior Victoriae humeris in coelum ſublata cernitur, haud inſolito conſecrationis ritu, et gemina in illo arcu figura, vel M. Aurelii et L. Veri ſpectatur. *Spanh.* II. p. 654.

m) *Arcus Seueri* ad radices rupis Tarpeiae ex parte fori Romani erectus Sept. Seuero, et Caracallae, immo et Getae; ſed Caracalla fratris nomen poſt illius caedem auferri iuſſit, pro quo additum eſt: OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS, ſed litteris ex aere a Gothis ſublatis, obſeruauit Hadrianus *Auzout*, Gallus, qui cum *Vaillantio* aliisque Seueri hunc arcum ſcalis admotis conſcendit, fuiſſe in eo: PVBLIO SEPTIMIO GETAE CAESARI PONTIF. quae litterae eaedem numero ſunt. Triumphaſſe Seuerum de Parthis, Adiabenis et Arabibus, docent numi quam plurimi, idque confirmat arcus ille vulgo Seueri dictus, qui adhuc hodie Romae viſitur, ſed adeo vetuſtate conſumtus, ac iniuria temporum deformatus, vt vix agnoſci poſſint effigies corroſae, quas tamen pictor Petrus *Berretinus* Cortonenſis delineauit, et Petrus Sanctus *Bartolus* artificioſe aeri inſculpſit. Cernitur in AR. RRR. et Æ 2. Caracallae cum inſcr. ARCVS AVGG. Arcus Seueri pulcerrimus cum fornicibus, teſtantibus *Harduino* p. 803. 804.) *Guſſeme* I. p. 121.) *Mdb.* p. 287.) *Morell.* Specim. rei numar. p. 183 ſq.) *Theup.* p. 287.) *Vaill.* Pr. I. p. 121. II. p. 241.

n) *Arcus Gallieni* in monumentum triumphi, quem Gallienus ſollemni cum pompa celebrauit, poſtquam e Thracia Scythis debellatis victor rediit. Moneta eſt Hipponenſium, in qua arcus illius triumphalis, ſuper quem Imperator Gallienus bigas elephantorum egit, hinc inde Victoria.

o) *Arcus Poſtumi* Senioris triumphalis ob victoriam forte Germanicam, cui inſiſtit tropaeum hinc inde captiuus ſedens, manibus poſt terga reuinctis. Legitur in frontiſpicio: FELICITAS et in ima parte AVG. X IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS. P. F. AVG. Caput illius barbatum et radiatum. Æ 1. 2. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 50. fg. 8. p. 392. ſed S. C. in imo arbitratus.) *Baudur.* I. p.

 299.)

299.) *Vaill.* Pr. I. p. 192. qui hunc Poſtumi numum inter elegantiores recenſet.

p) *Arcus Conſtantini Magni.* vid. *Arcus Traiani.*

Arcus ad ingreſſum pontis pulcerrimus, ſub quo fluuii figura decumbens. n. Antiochiae Cariae ad Maeandrum. — Aedificium vndecim *arcuum.* n. Auguſti.

Ardea, vel ciconia in n. Selinuntis apud *Dorvill.* Sicul. Tb. 14. n. 2. p. 429. et *Hauercamp.* in Num. ad diſſ. de Vet. Lit. Gr. ſcript. Tb. 8. n. 46. — ſt. pone tripodem. Æ. Crotoniatarum Calabriae.

ΑΡΔΕΣΑΣ nomen ſuper minotauri capite n. Ambraciotar. *Golz.* Graecia Tb. 5. n. 10.

Area proprie dicitur locus vacuus. *Arearum ſectiones* in vrbium numis diuerſas earum partes notant. Sic in numo aereo Syracuſano apud *Dorvill.* Sicul. Tb. 7. n. 9. poſtica per lineas transuerſas diſſecta eſt in quatuor areas, totidem vrbis Syracuſarum regiones deſignans; in quauis area eſt littera, adeo vt ex quatuor iſtis litteris formetur ΠΟΛΙ. id iſt πόλις, *Vrbs.* Similiter in alio numo a *Paruta* Tb. 55. n. 185. conſpicitur caput, Syracuſas repraeſentans, impoſitum quadrato, in quatuor etiam partes diſſecto, quo immenſa vrbs Syracuſarum, ex quatuor vrbibus compoſita, indicatur, Orthygia nempe inſula, Tycha, Acradina, et Neapoli, vt hanc eius magnitudinem deſcribit *Cicero* IV. Verr. cap. 53. vnde quadruplices Syracuſas *Auſonius* in claris Vrbibus Ep. XI. vocat cf. *Cluuer.* Sicil. Ant. L. I. c. 12. Quinque partes faciunt alii, qui Epipolas addunt. *Caſaub.* ad Strabon. L. VI. p. 415. Sed quod de numo alio argenteo ſubiungit *Dorvill.* Sicul. cap. XI. in quo eandem *pentapoleos* diuiſionem deprehendit, ille ad Syracuſanos non ſpectat, ſed ad Selinuntinos vt notauit *Burmann.* ad Dorvill. Tb. 13. n. 9. p. 421. — Sic apud *Parutam* Tb. 42. n. 52. 53. duo numi occurrunt, in quorum primo, qui exſtat etiam Tb. 72. n. 141. et apud *Golzium* Tb. 2. n. 4. quatuor ſimiles ſectiones ſunt, in quarum ſuperioribus epigraphe ΣΥΡΑ., in inferioribus vero delphines duo, totidem Syracuſarum portus indicantes, vel maritimas partes Ortygiam, et Acradinam; in altero eſt circulus, in quatuor areas diuiſus. Quo referendi etiam ſunt duo alii apud *Parutam* Tb. 60. n. 23. 24. et *Mirabellam* Numiſm. Syrac. IX. p. 144. — Plura de quatuor iſtis. n. Syracuſarum areis *Beger.* Theſ. Br. I. 380. — Similiter in vetuſtiſſimo Zancles numo *Dorvilliano* Tb. 3. n. 1. area in plures minores areolas eſt diſſecta, quae diuerſas vrbis regiones ſignificant. — Diuiſiones ſimiles cum teſtudine in altera parte exhibet Peloponneſi numus in Tabula Polluci inſerta Tom. II. p. 1126. et Corinthiorum apud *Spanh.* Praeſt. I. p. 96. — Tales quinque ſectiones ſunt in numo Aegienſium a *Beger.* p. 447. prolato, qui editus etiam inter Numiſm. *Bodlej.* Tb. 3. n. 2. et in Muſ. *Pembrok.* P. II. Tb. 2. n. 9. — Quatuor in Biſaltarum numis apud *Golz.* Magn. Graec. Tb. 24. n. 9. et 12. vt et in Macedonico apud eundem *Begerum* p. 481. quod ad quatuor partes regni Macedonici pariter referendum. vid. *Macedonia.* — De eiusmodi diſſectis vrbium partibus, quae et in aliis occurrunt. cf. *Hauercamp.* ad *Parut.* Tb. 75. n. 15. et in Leontinorum numis Tb. 97. n. 23. 24. 25. 27. — Alia quadripartita ad formam crucis. n. Agrigenti Siciliae.

Arelate, vrbs et colonia in Gallia Narbonenſi, hodie *Arles* dicta, *Plinio* L. III. c. 5. *Colonia Arelate Sextanorum,* quod erat nempe colonia militum ſextae legionis. *Golzius* in Theſauro exhibet Caii Caeſaris numum, in quo legitur COL. ARELAT.

ARELAT. SEXTAN. *Guſſeme* I. p. 260.) *Harduin.* Oper. p. 27. — Vna erat ex vrbibus ſex, quibus ius cudendae monetae aeuo inferiore conceſſum, vnde n. Conſtantini et aliorum in imo exergo habent litteras: ARLP. *Arelatenſium Prima.* — ARLQ. *Arelatenſium Quarta.* — ARLS. *Secunda.* — ARLT. *Tertia,* ſecundum *Harduinum*, ex cuius itidem ſententia: PA. *Prima Arelatenſis* — PAR. *Percuſſa Arelate,* vel *Prima Arelatenſium.* — PARL. *Pecunia Arelatenſis*, vel *Percuſſa Arelate.* — QA. QAR. QARL. *Quarta Arelatenſis.* — SA. SAR. SARL. *Secunda Arelatenſis*, vel *Signata Arelate.* — TA. TAR. TARL. *Tertia Arelatenſis,* vel *Percuſſa Arelate*, T pro P poſito.

ΑΡΕΟΣ, *Martis* gen. ſingul. ab Ἄρης, *Mars*, in moneta Mamertinorum, quorum deus Mars. *Dorvill.* Sicul. II. p. 303. Vel Adrano Siculorum deo conuenire ſuſpicatur *Froelichius*. ΑΡΕ. vel ΑΡΕΟΣ vel ΑΡΕΩΣ pone caput iuuenile laureatum retro pilum haſtae; *al.* flos, vel ſurculus, vel lampas; *al.* nux pinea; *al.* duo globuli. Æ. Mamertinorum. *Golz.* Magna Graecia Tb. 27.) *Magnan.* Bruttia Numiſm. Tb. 43.) Muſ. *Theupol.* p. 1281.

ΑΡΕΌΣ nomine regis Spartarum dicti. *Burmann.* ad *Dorvill.* II. p. 308. v. *Areus.*

ΑΡΕΦΩΜ. abruptum magiſtratus nomen. n. Tarenti Calabriae.

Aretas nomine inſignes Damaſci, aut antea finitimae Arabiae regionis principes, iam inde a ſecundo ante Chriſtum ſaeculo, ac deinde ſerius etiam poſt Chriſti aeram occurrunt. Sic ante Chriſtum An. 170. Aretas Arabiae princeps Antiochum IV. Syriae regem Hieroſolymis repulſum paene oppreſſerat Lib. II. *Macc.* c. 5. — Gazenſibus Aretas Arabiae regulus, oſtentato auxilio, potius exitio fuit ante Chr. 97. *Ioſeph.* L. XIII. Antiq. c. 13. — Damaſceni, Syriae regum pertaeſi, vrbem ſuam et Coeleſyriam Aretae Arabico regi contradunt ante Chr. 84. *Ioſeph.* ib. c. 15. — Damaſcus a Metello et Lollio Aretae regi eripitur ante Chr. 64. Aretas victus ab Aemilio Scauro, quem Pompeius iis regionibus praefecerat, pacem ſubinde petere coactus fuit, vti comprobat denarius familiae Aemiliae, et Plautiae. — Alius Aretae regis mentio fit a Paulo 2. *Cor.* c. 11. cuius regis miniſter Damaſci Paulum apoſtolum comprehendere voluerat poſt Chr. 43. circiter. — *Tres* itaque ſaltem *Aretae* commemorati fuere. Numos Aretae medio tribuendos putat *Froelichius* Not. Elem. p. 200. cum titulo ΦΙΛΕΝΝΗΝΟΣ, *Amici Graecorum*, antequam Romanis ſeſe dedere cogeretur. Ille

Aretas, qui primus, quantum nouimus huius nominis Damaſci rex fuit et Romanis nondum hoc tempore obnoxius in numis legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ, *Regis Aretae.* Hinc caput illius diadematum imberbe.)(Mulier ſt. d. coronam vel pateram, ſ. haſtam. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Reg. Tb. 16. fg. 1. p. 115. *et* Notit. Elem. p. 200.) *Havercamp.* ad *Ioſeph.* p. 606. — 2. Caput ſimile priori, et vultu hominis florenti aetate.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. *Regis Aretae Graecorum Amici.* Genius turrito capite, muliebri ſpecie, vrbis Damaſci ſedens, d. ramum palmae, ſ. cornucopiae, ad pedes figura fluuii Chryſorhoae emergens. Æ 2. *Froelich.* Annal. ib. fg. 2. *et* Not. El. Tb. 17. fg. 8.) *Guſſeme* I. p. 261. n. 2. ſed d. ſpicas.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 587. d. coronam.) *Liebe* Goth. Num. p. 129. d. ſpicas.) *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 23. n. 2. p. 217. — Litterae in area ΑΡ epocham Seleucidarum non arguunt, ſed 130. annum Graecorum, et Arabum.

Aretas vero, qui ſecundum *Ioſephum* trecenta dedit talenta, vt Scaurus exercitum ex Arabia deduceret, depictus eſt genuflexus, quaſi pacem a Romanis poſtulans, d. ramum oliuae attollit, ſ. capiſtro camelum, Arabiae ſymbolum tenet, infra figuram ſcriptum: REX ARETAS, deſuper M. SCAVR. AED. CVR. *Marcus Scaurus Aedilis Curulis.* in area S. C. AR. eximiae raritatis teſtante *Gallando* in Epiſt. ad *Morell.*) *Beger.* Th. Br. II. p. 531.) *Froelich* Not. Elem. Tb. 17. fg. 9. p. 201. et *Annal.* Syr. p. 123.) *Gusseme* ib. n. 1.) *Landus* Num. Sel. p. 50. ſqq.) *Morell.* Fam. Aemil. p. 8.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 17. fg. 10. p. 87. 88.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 7. n. 14.) *Schulz.* Numph. I. p. 75 ſeqq. vbi nunc corona radiata dorſo cameli impoſita, nunc clitellae, et praeter easdem cingulus, quo camelus infra ventrem reuinctus eſt, adpareant.) *Vaill.* Fam. I. g. Aemilia n. 44. p. 49.) *Vrſin.* a *Patino* auct. p. 5.) *Woltereck.* Elect. rei numar. p. 47. — 2. MAGNVS IMP Caput Pompeii nudum, hinc guttus, inde lituus.)(Inſcriptio manca et barbarae fabricae: M. SCAVR. AED. CVR. in imo RX ARETA (*ſic*) in area abeſt EX. S. C. nota. Typus idem regis genuflexi d. ramum protendentis, ac ſ. frenos cameli cingulo reuincti. AR 3. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 25. fg. 2. p. 210.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 17. fg. 10. ſed in antica parte omiſſa eſt epigr. MAGNVS IMP.

ΑΡΕΘΟΣΑ, *Arethuſa* fons, cuius apud Syracuſanos diuinus erat cultus. Belliſſima illius effigies, nomenque ΑΡΕΘΟΣΑ proponitur in numis AV. AR et Æ. Syracuſanis. Caput in illis muliebre comtum pulcerrime, capillis reticulata quadam vitta incluſis, vel alio ornatus genere, additis in circuitu duobus, tribus, vel quatuor delphinis, vel vnico tantum. *Beger.* Th. Br. I. p. 388.) *Golz.* Tb. I.) *Paruta* Tb. 56.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 78. fg. 1. Tb. 79. fg. 1. Tb. 87. fg. 3.) — De Arethuſa Syracuſana egerunt *Beger.* Theſ. Br. I. p. 384 ſq.) Ant. *Auguſtin.* Dialog. VI. Antiq. p. 84.) *Mirabella* Explic. Num. Syrac. XIII. p. 153.) *Bonannus* Syrac. Ant. L. I. p. 14 ſqq. — *Montfauconio* autem viſum fuiſſe Cereris caput, inde patet, quia Syracuſarum numorum typum retulit inter alia Cereris capita in numiſmatibus vetuſtis obuia. Antiqq. Vol. I. P. I. Tab. XLIV. — *Mirabella* Num. Syrac. p. 134 ſqq. Tom. XI. Theſ. Sicil. piſces caput Arethuſae cingentes refert ad abundantiam piſcium in hoc fonte apud veteres celebratam, vt indicat *Cicero* IV. Verr. c. 57. „In hac inſula (Syracuſarum) extrema eſt fons aquae dulcis, cui nomen *Arethuſae* eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium; qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus eſſet. cf. etiam *Silius* Ital. L. XIV. 53. — Idem Arethuſae caput ex anteriori typo recuſum et velut adumbratum in n. Syracuſarum apud *Dorvill.* Sicul. I. p. 198 et II. p. 474. Tb. XVIII. n. 10. — Pariter Arethuſae caput cum piſcibus n. Emporii Siciliae. — Sine piſcibus autem adparet apud *Parutam.* Tb. 61. fg. 40. et 71. fg. 137. — Obuerſum eius caput ſparſis capillis. *Ibid.* — *Arethuſae* fontis et Alphaei fluminis capita coniuncta, vt *Nonnius* ad *Golzium* Tb. 4. n. 5. 6. coniicit. — Arethuſa fons leonis rictu inuenitur in aere Syracuſio. *Neumann.* Pop. Num. I. p. 62.

ΑΡΕΘΟΥΣΙΑΤΩΝ, *Arethuſanorum* Syriae Phoenices, quae

Arethuſa Syriae vrbs, prius *Gammarus* dicta *Straboni*, hoc nomine data apud *Appianum* a Seleuco Nicatore in memoriam Arethuſae Macedoniae ciuitatis; deinde Phoeniciae ſub Imperatoribus adiuncta eſt cum Emeſa, cuius regnum ſibi conſtitu-

ſtituerat Sampſiceramus Arabum philarchus, quando Antiochi Grypi et Antiochi Philopatoris fratrum diſſidia ad filios cum rabie ſaeuiore tranſegiſſent, ſub quibus Seleucidarum imperium excidit et plurimae illius vrbes a proximis principibus occupatae ſunt. Arethuſa nouo patrono ſubiecta nouam inde *epocham* et V. C. 685 vel 686, ante Chr. 77. computauit, quam ſub Imperatoribus etiam conſeruauit et in Sept. Seueri ac Diadumeniani numis expreſſit. — *Stephano*: Ἀρέθουσα πόλις Συρίας, καὶ Θρᾴκης, καὶ Εὐβοίας, τὸ ἐθνικὸν Ἀρεθούσιος. *Plinio* L. IV. c. 17. *Arethuſii*, et *Arethuſa* in Macedonia; altera in Syria. *Plin.* L. V. c. 19. In Neronis numo apud *Golz.* in Theſauro legitur ΑΡΕΘΟΥΣΙΩΝ. *Harduin.* Oper. Sel. p. 27. — In aliis ΑΡΕΘΟΥϹΑΤΩΝ, *Arethuſatarum;* ſic addito ET. ΓΞC. *Anno* 263. vel V. C. 948. Chr. 195. Mulier tunicata ſt. turrito capite, d. pateram ſ. haſtam. Æ 2. Sept. Seu. *Guſſeme* I. p. 262.) *Harduin.* Oper. p. 28. 799.) *Vaill.* Gr. Num. Imp. — ΑΡЄΘΟΥϹΑΤΩΝ ЄΤΟ. ЄΠC. *Ao.* 285 vel V. C. 970. Chr. 227. Gammarus, vel marinus cancer vrbis inſigne antiquum. *Strab.* L. XVI. p. 753.)(Μ. Ο. ΑΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝ. Caput Diadumeniani nudum, ſed vultu ſenili annorum quinquaginta. Æ 2. *Guſſeme* ib.) *Harduin.* p. 28. 812.) *Noriſ.* p. 481.) *Vaill.* Gr. — Singularem Arethuſae numum protulit *Spanhem.* Orb. Roman. p. 327. inſcriptum: ΑΡΕΘΟΥϹΑΤΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Arethuſatorum* vrbis *Sacrae Suis Legibus*, cum ſolito in Syriae vrbium numis typo Iouis Νικηφόρου, cum capite autem turrito ac velato in anteriore numi area. An vero *Autonomiae* priuilegium a Pompeio, ſicut aliae nonnullae illius tractus vrbes, nacta fuerit Arethuſa, incertum eſt.

ΑΡΕΤΟΥ, *Aretae.* vid. *Aretas.*

Areus Spartanorum rex, cuius hiſtoriam, genealogiam, chronologiam, vt et numiſma argenteum tetradrachmum dedit *Froelich.* Num. Reg. Tb. I. fig. 1. p. 1 ad 31. *et* Not. Elem. p. 149. Eſt in eo caput Herculis potius quam regis, rictu leonino tectum, vultu imberbi.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΟΣ, *Regis Arei.* Iupiter ſeminudus ſedens d. aquilam, ſ. haſtam puram, intra ſellam monogramma.

ΑΡΓ litterae vel ad Ἄργος, *Argos* Argolidis, vel ad *Argos* Amphilochium Acarnaniae referendae ſunt. — ΑΡΓ. Dimidiadiati lupi effigies, in ſuperficie numi altera Apollo Lycaeus cum praetoris nomine ΞΕΝΟΦΙΛΟΥ. *Harduin.* Oper. p. 27. — ΑΡΓ. ΜΗΤΡΟΠ. v. *Amphilochia* Acarnaniae.

ΑΡΓ. Ἀργαῖον cum praepoſitione πρὸς, *Ad Argaeum* montem. ΚΑΙϹΑΡΙΑ ΜΗΤ. ΠΡ. ΑΡΓ. *Caeſarea Metropolis Ad Argaeum* in Cappadocia ſita.

ARG. PVB. *Argento Publico.* Caput Romae galeatum alatum.)(L. SENTI. C. F. Iupiter in Quadrigis. AR. Sentiae gentis. *Cim. Vind.* II. p. 67.) *Eckhel.* Cat. II. p. 67.) *Guſſeme* VI. p. 151.) *Morell.* Fam. p. 382.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 17. n. 15.

ΑΡΓΑΒΗΝΩΝ, *Argabenorum* incerti ſitus. Diana Epheſia.)(Caput virile barbatum. *Guſſ.* II. p. 262.

Argaeus mons Cappadociae omnium altiſſimus, qui teſte *Strabone* L. XII. verticem habet perpetuis niuibus contectum, vnde ei nomen; Ἀργὸς enim Graecis *albus.* Extenſus ille vsque ad Melam fluuium et Galatiae confinia. Adiacet Argaeo Caeſarea Cappadocum, quae inde in numis ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ Τ. ΠΡ. ΑΡΓΑΙΩ aut ΠΡ. ΤΩ ΑΡΓΑΙΩ, *Caeſarienſium Qui Ad Argaeum*, ſcribitur, ſignato monte Argaeo vrbis ſymbolo ſollemni, qui nunc cum antro, nunc flammas emittens, nunc baſi aut

arae impoſitus, nunc mulieris capiti incumbens pro capitis ornatu conſpicitur. — Vertici eius inſiſtit vel aſtrum Solis, *al.* aquila, *al.* corona laurea, *al.* icuncula, vel ſtatua Imperatoris aut Apollinis, vel in vertice eſt ſpecus, ſpecui vero figura pentagona imminet, ſtellae figurae ſimilis — Siue conſpicitur in templo 2. vel 4. columnarum conſtructo. vid. *Caeſarea Cappadociae.* — In *ab.* pro pedibus prouinciae Cappadociae eſt mons ille, vel eiusdem prouinciae genius d. extenſa montem Argaeum ſuſtinet. v. CAPPADOCIA.

ΑΡΓΑΙΩ modo Π. ΑΡΓΑΙΩ, vt apud *Harduin.* Oper. p. 767. modo ΠΡ. ΑΡΓΑΙΩ vel ΠΡ. ΤΩ ΑΡΓΑΙΩ, *πρὸς τῷ Ἀργαίῳ, Ad Argaeum montem.* v. *Caeſarea Cappadociae.*

ΑΡΓΕ. *Argennos* inſula Aſiae *Plinio*: Ionia ora habet vicinas (inſulas) inter quas *Argennon.* Vir paludatus ſtans, d. pateram, ſ. turibulum, c. inſcr. ΑΡΓΕ.)(Caput Palladis galeatum. *Arigoni.*) *Guſſeme* I. p. 262. cui vero mulier ſtans d. pateram, ſ. cornucopiae.) *Eckhel.* Num. Vet. p. 136. ſed ad *Argos* Peloponneſi refert.

ΑΡΓΕΑΔΗΣ. Caput Iouis laureatum.)(ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ ΙΕΡΕΥΣ. Protome Dianae prominente retro pharetra. Æ fere 1. edit. ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 7. fg. 4. p. 100.) Eundem edidere *Pellerin.* Rec. T. III. p. 130. et *Kbellius* Adpend. II. p. 164. at in vtroque inſcriptio ΑΡΓΕΑΔΗΣ dubia eſt. Veram eius epigraphen ſiſtit *Eckbel.* l. c. Vterque numum hunc, qui vrbis aut regionis nomen omittit, in incertorum claſſem compegit. Serius *Pellerinius* numum ſimilem nactus, ſed cum aquilae typo, id genus monetam Epiro adſcribit Suppl. II. p. 92. quod ſatis videtur veriſimile.

ΑΡΓΕΙΩΝ, *Argorum* Acarnaniae. v. *Argos.*

ΑΡΓΕΙΑ, *Argiua.* ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ, *Iuno Argiua*, culta in vrbe Argos Peloponneſi; ea enim Argis nata ferebatur, atque eo Ἡραῖα, ſeu *Iunonis ſacra* fiebant. In n. Neronis in Aegypto percuſſo ad Iunonis caput velatum, quae eſt ipſa *Iuno Argiua*, ſcriptum ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. *Morell.* in Nerone Tb. 14. fg. 11. p. 123.) *Guſſeme* I. p. 264. n. 9. *et* V. p. 222. n. 95.) *Harduin.* Oper. p. 27.) *Occo* p. 8.) Muſ. *Theupol.* — Sunt qui ad Neronis matrem Agrippinam, tanquam Iunonem Argiuam alteram, haud inſolito Graeculis adulandi artificio, referunt numum; ſed negat hoc annus L. IA. ſeu 14. Neronis vltimus capiti in antica parte adpoſitus. *Galland.* Dictionn. Numiſm.

ΑΡΓΕΙΑΣ, *Argeas.* Iupiter ſtans.)(ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Meſſeniorum Achaeorum.* Mulier ſedens. Æ. apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 12. fg. 6. — *Al.* Signum Iouis ſtantis.)(ΑΧΑΙΩΝ ΑΡΓΕΙΑΣ, *Archaeorum Argeas.* Mulier ſedens. Æ. *Haym.* ib. fg. 7. p. 113. Priorem *Haymius* ad foedus Argiuorum cum Meſſeniis retulit; eius vero commentator *Kbellius* ibid. obſ. 73. ratus, ΑΡΓΕΙΑΣ nomen magiſtratus eſſe.

ΑΡΓΕΙΩΝ, *Argiuorum.* v. *Argos.*

ΑΡΓΕΙΡΑΩΝ nomen plane ignotum quod occurrit in Fuluiae Auguſtae, alias Furnillae dictae numo, de quo pluribus *Spanh.* II. p. 286.

ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Argei Regis* Macedoniae. v. *Argeus*, Macedonum dynaſta, qui Tulli Hoſtilii aetate vixit.

Argennos inſula Aſiae ad Ioniam. v. ΑΡΓΕ.

ΑΡΓΙΛΟΣ, *Argilus*, *Stephano*: *Ἄργιλος πόλις Θρᾴκης πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ. Vrbs Thraciae ad Strymonem fluuium.* In n. Antonini Pii nomen ſcribitur ΑΡΓΙΛΟΣ, teſtantibus

bus *Guſſeme* I. 262.) *Harduino* p. 87.) *Pyrrho Ligorio*, et *Spanhemio*.

Argentei Graeci numi habentur: *Tetradrachmi*, *Tridrachmi*, *Didrachmi*, *Drachmales* etc. id eſt, Drachmarum quatuor, trium, duarum, et vnius Drachmae, qui poſtremi frequentiores ſunt; maiores vero argentei, *Stateres* ſeu *Tetradrachmi* ac reliqui, maiuſculae formae, ſeu *Medaglioncini* vocari ſolent. Superſunt quoque argentei Graeci *Trioboli*, ſeu pondere trium obolorum, id eſt, quinarii, ſeu drachmae dimidiae; item alii duorum obolorum, ſiue *Dyoboli*, tum *Oboli*, *Hemioboli*, et quidam *duas tertias oboli* etc. aequantes. Erat vero *obolus* pars drachmae ſexta, *Polluce* teſte. *Drachma* eſt octaua pars vnciae; *libra* porro Romana, quali hodie pharmacopolae vtuntur, continet vncias duodecim: ergo drachmas ſex et nonaginta.

Argentei Romanorum numi non ſunt ante Pyrrhum regem deuictum, ſed primum A. V. C. 485. C. Fabio Pictore et Q. Ogulnio Gallo Conſulibus quinqennio ante primum bellum Punicum aereis decuplo cariores cudebantur. *Plin*. L. XXXIII. c. 3. Fabii huius numum *Harduinus* habuit ita inſcriptum: C. FABI. C. F. EX. A. PV. — Argentei numi alii *Denarii* dicti, quod decem aſſes valerent; eorum nota X vel ✳ decimum numerum denotat. Alii *Quinarii*, quia quinque aſſibus aeſtimati, littera Q. vel numerali nota V. ſignati ſunt. *Seſtertius*, quaſi Sesquitertius, numus dicitur, qui duos aſſes cum ſemiſſe valet; hinc ita notatur HS vel ĦS vel IIS i. e. duo aſſes et ſemis. — Reperiuntur etiam denarii notae XVI. et quinarii VIII. qui tunc temporis totidem aſſibus, variato valore, mutati ſunt. — Argentei numi primum capite galeato Romae, aut Caſtore et Polluce in equis, ſtella vtriusque pileo imminente, ſignati ſunt; deinde bigis item aut quadrigis, vnde *bigati*, et *quadrigati* nominantur; *Victoriati*. quibus victoriae ſimulacrum ineſſet; *Ratiti* autem adpellata ſunt, qui ratem prae ſe ferrent, quales etiam aenei quadrantes et trientes viſuntur. — Subinde moneta argentea, pariterque aurea, quae tertio decimo anno belli ſecundi Punici, qui fuit V. C. 547. percuſſa eſt, variarum rerum figuris et virorum illuſtrium nominibus ac geſtis ſignatae fulſerunt, praeſertim inclinante republica; quo tempore et aeneos complures monetarii ſuis nominibus inſigniuere, addito muneris indicio IIIVIR A. A. A. F. F. *Triumuir Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo*.

Argentei exſtant cum ex argento puro, quales vetuſtiores, cum ex impuro, quales Romanae ſignaturae tertio Auguſtorum ſaeculo, atque antea quoque alii in Aegypto ſignati, iique craſſiuſculi proferuntur. Eiuſcemodi monetas Galli adpellant: *Billons d'argent*, aut generatim *Billons*; Latine: *Aeroſas*, et *Incoctiles*, ob aes argento incoctum, dicere licet. *Bimard*. ad *Iobert*. Notit. rei numar. I. p. 58 ſq.

Argento tincti duntaxat exhibentur numi aerei tertio et quarto Auguſtorum ſaeculo, *Metalline* apud Italos audiunt. Denique antiqui monetae adulteratores non raro *pellicula argentea* (rarius aurea) obduxere ſubtili artificio numos plumbeos, ſtanneos, aeneos; id numorum genus *Bracteatos*, *Ferruminatos*, *Subaeratos*, vel *Pelliculatos* nominant; Galli *Médailles fourrées*, atque interius vile metallum adpellant *l'ame*, animam numi. *Iobert* Science des Médailles I. p. 339. 345.) *Froelich*. Not. Elem. p. 3.

Ex nonnullorum recentiorum ſententia a Claudio Gothico vſque ad Diocletianum moneta argentea cuſa non eſt. Sed non ceſſant numi argentei cum Claudio Gothico. Reperi-

periuntur enim in Muſeo *Florentino* huius aetatis argentei, qui ſuſpecti viſi non ſunt. Id pariter euincunt argentei numi Probi puriſſimi, M. Aur. Iuliani, et Magniae Vrbicae, quos continet Muſ. *Caeſareum* P. II. p. 412. et 427, ac *Pellerianum* Mel. T. I. Tb. 9. n. 12.

ΑΡΓΕΣ pro ΑΡΕΟΣ, *Martis* vel regis *Arei* nomine apud *Parutam* Tb. 24. n. 49 ſed *Hauercamp*. Comment. p. 159. nomen illud ΑΡΕΣ vt magiſtratus cuiusdam proprium credit. cf. *Burmann*. ad *Dorvill*. Sicul. p. 304.

Argeus Macedoniae rex, cuius numum *Golzius* in Theſauro inſcriptum; ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Argei Regis*, diuulgauit, quem vero ille non ad ſecundum, iuxta *Herodotum*, aut tertium quintumue apud *Iuſtinum*, *Diodorum* ac *Euſebium*, ſed demum ad decimum octauum ab *Euſebio* memoratum hoc nomine Macedonum regem refert. *Scaliger*. Animadu. ad *Euſeb*. p. 113.) *Harduin*. Oper. p. 27.

Argia, vel *Argolis*, Gr. Ἀργεία, ſupra Laconiam ad Orientale Peloponneſi latus.

A) *Autonomi* huius Argolidis in Peloponneſo numi ſunt: 1. Lupi pars anterior ad ſ.)(A. in quadrato incuſo. Æ 3. Muſ. *Hunter*. p. 43. n. 1.) *Peller*. Tb. 20. fg. 1.) *Harduin*. Oper. p. 27. — 2. Typus idem.)(A. in area quadrata incuſa, ſupra ΑΡ. infra mon. [75] Æ 3. *Geſner*. Tb. 12. fg. 9.) M. *Hunter*. ib. n. 2.) *Beger*. Th. Br. I. p. 437. — 3. *Alius* ſimilis.)(A. vt antea, ſupra ΑΡ. infra luna creſcens. Æ 3. Muſ. *Hunter*. ib. n. 3.) *Eckhel*. Cat. I. p. 122. n. 1.) *Guſſeme* I. p. 263. n. 3. — 4. *Alius* ſimilis, ſed infra claua. Æ 3. *Guſſeme* ibid. n. 2.) M. *Hunter*. ib. n. 4.) *Wachter*. Archaeol. Num. p. 74. — 5. *Alius*, ſed infra triquetrae ſpecies. Æ 3. *Eckhel*. Cat. ib. n. 2.) *Eiusd*. Num. Vet. p. 79.) *Golz*. Graecia Tb. 12. fg. 5. — 6. *Alius*, ſed ſupra lupum Θ.)(ſupra ΔΕ. infra aquila harpae inſiſtens. Æ 3. *Beger*. Th. Br. III. p. 48.) *Eckhel*. Cat. ib. n. 3.) *Eiusd*. Num. Vet. p. 78 — 7. *Alius*, ſed ſupra NI. Æ 3. *Eckhel*. Cat. ib. n. 4. — 8. Idem typus lupi ad d.)(A. vt antea, ſupra ΤΡΥΗΙC. infra duo pilei cum ſtellis. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 5.) *Peller*. Tb. 20. fg. 3. — 9. Typus idem ad ſ.)(A. vt in prioribus, ſupra ΠΡ. infra delphinus, et claua. Æ 3 M. *Hunter*. ib. n. 6.) *Guſſeme* ib. n. 1. — 10. Typus idem ad d.)(A. vt antea, ſupra ΠΡ. infra arcus, et claua. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 7. — 11. *Alius*.)(A. vt antea, in area ΞΕΝΟΦΙΛΟΥ, praetoris nomen, infra facies Solis radiata. Æ 3. M. *Hunter*. p. 44. n. 8.) *Guſſeme* ib. n. 4.) *Golz*. Graecia Tb. 12. fg. 2. p. 66. ſed ſub lupo ΑΡΓ.) *Harduin*. Oper. p. 27. — 12. Typus idem ad ſ.)(A. vt antea, in area ΙΕΡΩΝΟΣ. infra aquila. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 9.) *Eckhel*. Cat. ib. n. 6.) *Golz*. Graecia Tb. 12. fg. 4. ſed ſub lupo ſcriptum ΑΡΓΟΣ. — 13. Typus idem ad d.)(A. vt antea, in area ΕΥΘΥΚΛΕΟΣ. infra noctua. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 10.) *Eckhel*. Cat. ib. n. 5.) *Golz*. ib. fg. 6. iterum ſub lupo ΑΡΓΟΣ. — 14. *Alius* ſimilis)(A. vt antea, in area ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. infra gladius vnco munitus. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 11. — 15. Typus idem, ſupra patera.)(A. vt antea, ſupra ΠΥ. infra auis inſidens gladio vnco munito. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 12. — 16. Typus idem, ſine patera.)(A. vt antea, in area ΑΙΛΙΑΔΑ. infra caput apri. Æ 3. M. *Hunter*. ib. n. 13. — 17. Caput lupi ad d. ſupra ΣΙ.)(A. ſupra ΗΡ. infra ſcutum. Æ 4. M. *Hunter*. Tb. 7. fg. 8. — 18. *Alius* ſimilis.)(ſupra ΠΡ. infra claua. Æ 3. *Eckhel*. ib. n. 8. — 19. ΑΡΓ. Caput muliebre tiara ornatum ad d.)(Minerua galeata cum haſta et ſcuto ad ſ. Æ 3. *Peller*. Tb.

Tb. 20. fg. 6.) M. *Hunter.* p. 44. n. 15. — 20. Caput Palladis galeatum ad d.)(ΑΡΓΕ. Figura muliebris ſtolata ſt. ad ſ. dextra pateram, ſ. cornucopiae. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 9. fg. 4. p. 136.) M. *Hunter.* ib. n. 16.) Apud *Argonium* in ſimili numo legitur ΑΡΓΕ. quem auctor *Argenno* inſulae ad Ioniam ignobili tribuit, quae ſententia minus placet *Eckhelio* l. c. — 21. ΑΡΓ.... caput muliebre cum corona faſtigiata.)(Pallas gradiens, pendente ex vtraque manu ala, d. haſtam intorquens, ſ. clipeum praetendens. AR 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 122. n. 8. qui non dubitat, quia idem caput in aduerſa ſpectetur, *Argos Argolidis* pertinere numum praeſentem, quem vero *Pellerin.* Suppl. I. p. 48. ad *Argos Amphilochium Acarnaniae* refert. — 22. Caput muliebre corona ſingulari ornatum, pone monogramma.)(ΑΡΓΕΙΩΝ. Vir nudus defluo poſt tergum pallio, d. enſem, ſ. palladium. AR 3. edit. ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 9. fg. 2. p. 136. — 23. Caput Palladis galeatum.)(ΑΡ. Vir curto habitu gradiens, d. baculum tranſuerſum, in area pileus, vt videtur. Æ 3. *Eckhel.* ib. fg. 3. p. 136. — 24. Cuput lupi, ſine epigraphe.)(Α. et infra Ε. Ἀργείων καὶ Ἐπιδαυρίων, *Argiuorum* et *Epidauriorum.* Æ 3. edit. a *Froelich.* Animaduerſ. in quosdam Num. Vet. Florentiae recuſ. 1751. in *Gorii* Symbol. Litter. Tb. 2. fg. 12. — 25. Caput imberbe diadem.)(ΑΡΓΙΩΝ, *Argiuorum.* Lupus ſtans, in area Ε. Æ 3. Muſ. *Theupol.* p. 1251. — 26. ΑΡΓΕΙΩΝ, *Argiuorum.* Vas vtrimque anſatum.)(*Absque epigr.* Congeries armorum. Æ. *Guſſeme* I. p. 162. n. 8.) *Muſell.* Num. Pop. Tb. 4. fg. 7. — 27. Caput Iouis barbatum et laureatum.)(AR. Hercules ſedens in rupe, d. clauam, ſ. exuuias leonis. *Guſſeme* ib. n. 5. — 28. Caput barbatum nudum.)(Idem monogramma compoſitum ex litteris ΑΡ. in imo fulmen, deſuper quid ignotum. Æ. *Guſſeme* ib. n. 7.) *Muſell.* ib. fg. 6. — 29. Caput Iunonis Argiuae pelle caprina tectum.)(Litterae ΑΡ nexae intra quadratum. *Guſſeme* ib. n. 6. — 30. ΖΕΥΣ ΚΑΣΙΟΣ, *Iupiter Caſius.* Iupiter ſedens, d. elata.)(ΑΡΓΕΙΩ.. *Argiuorum.* Mulier ſtans in templo duarum columnarum. Æ 3. Muſ. *Theupol.* p. 1251. — 31. ΑΡΓΕΙΩΝ. Iupiter Lariſſaeus nudus ſedens in rupe, d. clipeum, ſ. lituum.)(Caput Apollinis Lycaei radiatum. AV. *Golz.* Graecia Tb. 12. fg. 1. et Comment. *Nonn.* p. 66.) *Harduin.* Oper. p. 27. — 32. ΑΡΓΟΣ. Lupi dimidiati effigies.)(Quadratum, in quo Α magnum, prima *Argiuorum* nominis littera, ſubtus delphinus, Neptuni ſymbolum, et bipalium, vt videtur, agriculturae. AR. *Golz.* ib. fg. 3.) *Harduin.* ib.

B) Eodem ΑΡΓΕΙΩΝ, *Argiuorum* nomine inſcripti ſunt numi:

a) *Neronis.* 1. ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕ. ΑΥΤΟΚΡΑΤ. Caput Neronis corona radiata cinctum, in area L. ΙΔ. *Anno* 14.)(ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ, *Iuno Argiua.* Iuno ſt. d. haſtam, ad pedes pauo, ei ſacra. vid. ΑΡΓΕΙΑ. — 2. ΑΡΓΕΙΩΝ. Gryphus. Argiui ſingulares Apollinis Lycii cultores, cui gryps erat conſecratus, inde hoc animal in eorum moneta. *Woltereck.* Elect. Tb. 3. fg. 4.

b) *Hadriani,* 1. ΚΑΙCΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟC. Huius caput laur.)(Α intra coronam formae inſolitae. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. p. 122. n. 9. cui non placet ſententia *Patini*, qui Α. *Antinoia* legit, et coronam cenſet eſſe *Antinoiam.* — 2. ΑΡΓΕΙΩΝ. Caput Iouis barbati. Æ 2. *Guſſeme* I. p. 264. n. 10.) *Vaill.* Num. Gr. — 3. *Ead. inſcr.* Mulier ſuccincta ſt. d. vaſculum, ſ. haſtam, pro pedibus canis. Æ 2. *ibid.*

c) *Antonini Pii.* 1. ΑΡΓΕΙΩΝ ΗΡΑ. Pauo Iunonis, cauda expanſa. Æ 2. *Guſſeme* ib. n. 11.) *Harduin.* Oper. p. 27.

p. 27.) *Vaill.* Gr. — 2. ΑΡΓΕΙΩΝ. Caput Mercurii pectore tenus, pone caduceus. Æ 2. *Guſſ.* n. 12.) *Vaill.* Gr. — 3. *Alius*, ſed caput muliebre turritum. Æ 2. *ibid.* — 4. *Al.* ſed caput muliebre alatum, ante quod vncus. Æ 2. *ib.* — 5. *Al.* ſed mulier cum calatho ſt. d. ſiſtrum, ſ. ſubmiſſa ſitulam. Æ 2. *ib.* — 6. *Al.* Mulier, vel Iſis ſtolata ſt. d. ſiſtrum, ſ. florem, a tergo animal. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Harduin.* p. 27.) *Vaill.* Gr. — 7. *Al.* ſed aquila alis expanſis. Æ 3. *Guſſ.*) *Vaill.*

d) *L. Veri.* 1. ΑΡΓΕΙΩΝ. M. Aurelius, et L. Verus dextras iungunt. Æ 1. *Guſſeme* n. 13.) *Hard.* p. 27.) *Vaill.* Gr. — 2. *Al.* Mulier tunicata ſt. ambabus erectis ſpicas, et papauer. Æ 3. *ib.*

e) *Sept. Seueri.* 1. ΑΡΓΕΙΩΝ. Hercules ſuffocans leonem. Æ 3. *Guſſ.* n. 14.) *Harduin.* p. 27.) *Vaill.* Gr. — 2. *Al.* Mulier turrita ſt. d. pateram ſuper aram, ſ. c. c. Æ 3. *Guſſ.* ib. — 3. *Alius* ſed mulier turrita d. haſtam, ſ. c. c. Æ 2. *Vaill.* Gr.

f) *Iuliae Domnae.* 1. ΑΡΓΕΙΩΝ. Iupiter ſt. d. haſtam, pro pedibus aquila. Æ 2. *Guſſ.* n. 15.) *Hard.* p. 27.) *Vaill.* Gr. — 2. *Al.* Mulier turrita ſt. cum haſta et c. c. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

g) *Getae.* ΑΡΓΕΙΩΝ. Mulier turribus coronata ſt. d. pateram ſuper aram, ſ. c. c. Æ 2. *Harduin.* 27.) *Vaill.* Gr. — 2. *Alius*, ſed mulier turrita d. haſtam, ſ. c. c. Æ. *Guſſeme* I. p. 265. n. 16.

h) *Elagabali.* ΑΡΓΕΙΩΝ. Corona apii, in qua Α. Ἀκτια, *Actia* certamina. Æ 2. *Guſſ.* n. 17.) *Harduin.* p. 27.) *Vaill.* Gr.

ΑΡΓΩ, *Argo*, nauis in qua Iaſon cum heroibus Theſſalis nauigauit Colchos, depicta in n. Magneſiae c. inſcr. ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΡΓΩ, *Magneſiorum Argo.* n. Gallieni. *Patinus* putat Magnetes, qui non iuxta montem Sipylum, ſed ad Macandri oram in Aſia. At ex *Pellerin.* Rec. I. Tb. 27. n. 26. et *Neumann.* Pop. Num. II. p. 30. *Argo* nauis inter ſidera relata lucet in numis Magnetum Theſſaliae.

Argolis ſeu *Argia* regio in Peloponneſo ad ortum mare habens, ad occidentem agrum Laconicum. v. *Argia.*

Argonautae heroes, qui cum Iaſone in Argo naui Colchos profecti ſunt ad diripiendum vellus aureum.

Argos regio, vnde *Argi* et *Argiui* populi, qui *Argolici* a Perſis dicti, et *Argolis* regio, omnis denique Peloponneſus, praeſertim Laconica, *Argea Straboni*, et *Homero Helena Argea* adpellata.

Argos Amphilochium Acarnaniae, ſic dictum ab Amphilocho, qui in ſinu Ambracio vrbem condidit, et de patriae nomine *Argos* adpellauit. v. *Amphilochia*, ſupra p. 538.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 889. — 1. ΑΡΓΙΩΝ, *Argorum.* Caput Palladis gal.)(Pegaſus infra quem ΑΡ. et animal iacens. Ꝗ 2. edit. ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 8. fg. 20. p. 125. Ex acutis auribus et rictu id animal lupi ſpeciem praebet, ac tum is typus adluſio eſſet ad primos vrbis conditores Argis Peloponneſi, quorum in numis lupus typus perpetuus. — 1. ΑΡΓΕΙ. Caput Mineruae galeatum ad ſ. pone galea.)(Α. Pegaſus volans ad ſ. Ꝗ $129\frac{1}{2}$ pond. *Peller.* Tb. 13. fg. 7.) *Hunter.* p. 44. n. 1.) *Eckhel.* Cat. I. p. 107. n. 2. — 2. ΑΡ. Caput idem Palladis, pone ſcutum, infra ΑΙ.)(Α. Typus idem. Ꝗ. $126\frac{3}{4}$ pond. M. *Hunter.* ib. n. 2. — 3. ΑΡ. Caput Mineruae gal. et laur. ad ſ. pone caput humanum, vt videtur, in corona.)(Α. Typus idem. Ꝗ. $127\frac{3}{4}$ pond. M. *Hunter.* ib.

ib. n. 3. — 4. ΑΡ. Caput idem, pone aratrum.)(Α. Typus idem. Ⓐ. 131[1] M. *Hunter.* ib. n. 4. — 5. Caput imberbe exuuiis leonis tectum ad d.)(ΑΡ. Caput leonis ad ſ. ſupra claua, omnia in quadrato incuſo. Ⓐ 4. M. *Hunter.* Tb. 7. fg. 9. —. 6. ΑΡΓ... Caput Palladis, retro ΑΩ. et ara ignita.)(Pegaſus volans, infra monogramma ΑΝ. Ⓐ 2. *Eckhel.* Cat. I. 107. n. 3. — 7. ΑΜ. quae litterae forte *Amphilochium* indicant. Caput Palladis, retro pilum haſtae.)(Pegaſus volans, infra Α. Ⓐ 2. *Eckhel.* ib. n. 4.

Argos Ciliciae, iuxta *Stephanum* dicta et Ἀργειόπολις, *Argeopolis.* Conjectat *Pellerinius*, hanc vrbem reuera fuiſſe Argiuorum coloniam, quod pauonem Iunoni ſacram auem, cuius deae ſummi fuere Argis Peloponneſi honores, in numo ſuo oſtentat. Ab aliis antiquariis pro Argiua Peloponneſi moneta habiti fuerunt Argorum Ciliciae numi, etſi pauci numero hactenus editi ſunt. Sed eorum fabrica, et imperii anni adſcripti permouere *Pellerinium* Mel. I. p. 22. vt aliud Argos in Piſidia, Pamphylia aut Cilicia, quibus in regionibus ſaepe hi anni numis inſcribuntur, inueſtigaret. Dubium omne remouent Valeriani Iunioris numi aenei: Ι. ΠΟ. ΛΙΚ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC. Illius caput laureatum.)(ΑΡΓΕΙΩΝ. Perſeus ſtans, d. caput Meduſae, ſ. harpam, in area ΙΑ. Praeter habitos Perſeo honores Argiui quoque dicti fuerunt Perſidae, vt docet *Stephan.* in Ἄργος. Æ 1. *Eckhel.* Cat. I. p. 186. — 2. ΠΟ. ΛΙΚ.... ΙΑΝΟC. Caput laur. Valeriani Iunioris.)(ΑΡΓ...ΩΝ. Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes adſurgit ſerpens, pone triquetra. Æ 2. edit. ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 13. fg. 10. p. 226.

Argos Hippium vid. *Arpi* Apuliae.

Argos princeps in Peloponneſo vrbs. v. *Argia.*

ΑΡΓΟC ΑΜΦΙ. vid. *Amphilochia* Acarnaniae.

Argus a Graecis Πανόπτης cognominatus, quod totus oculis ſcateret. Mythologici Argum interpretantur ſphaeram ſtelliferam, innumeris oculis, h. e. ſtellis refulgentem.

— canis Vlyſſis, ſolus dominum viceſimo demum anno domum redeuntem agnouit. *Homer.* Odyſſ. L. XVII. — adblanditur Vlyſſi reduci. Ⓐ. Mamiliae gentis.

Argyripa vid. *Arpi* Apuliae.

ΑΡΙ. *Aricanda* Lyciae. Aquilae.)(Caput muliebre. *le Bret.*

ΑΡΙ. Ἄριστος, *Optimus.* ΑΥ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΡΙ. Ϲ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. *al.* ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΡΙ. ΓΕ. ΔΑ. *al.* ΑΡΙ. ΓΕΡ. ΔΑ. *Traianus Optimus Auguſtus, Germanicus, Dacicus.*

ΑΡΙ. Aquila inſiſtens ſerpenti, infra duo globuli)(ΣΙΛΑΝΟΣ. Pagurus. Ⓐ. Muſ. *Pembrok* I. Tb. 5. n. 1.

ΑΡΙ.... Vir nudus in equo currente capite radiato d. elata haſtam vibrans.)(ΤΑΡΑΣ. *Tarentum.* Vir nudus inequitans delphino, d. victoriolam, ſ. haſtam et clipeum. Ⓐ 2. Tarentinor. Muſ. *Pembrok.* p. 1302.

Aria in Hiſpania Baetica, *Plinio* et *Feſto* Rufo *Arium*, in itinerario Antonini *Mons Ariorum*, hodie *la Maria.* Cuius in numo aeneo ſuperſtite: Caput imberbe nudum, ante ſpica.)(Piſcis aloſa, deſuper CVNB. infra ARIA. quas litteras interpretatus eſt *Florezius*: *Ciuitas Victrix NoBilis Aria.* *Velazquez* Enſayo Tb. 11. fg. 10. p. 90. *Guſſeme* I. p. 265.

Ariadna, Leonis Senioris et Verinae filia, Zenonis ſecunda vxor; ex hac natus Leo Iunior. Nupſit ipſa poſtea Anaſtaſio Imperatori, quae

quae moritur annis 60. aetatis, anno Chr. 515. — E *Golzio* hanc FL. ARIADNES AVGVSTA, ſiue inſcriptionem, ſiue numi partem exhibent *Mdb.* p. 557.) *Bandur.* II. p. 615.) *Guſſeme* I. p. 266.

Ariadne, ſiue *Ariadna*, Minois Cretenſium regis filia, Theſeum, cuius amore detinebatur, per filum a labyrintho extricauit, eumque redeuntem in patriam vſque ad Naxum inſulam inſecuta eſt, quo loco a perfido Theſeo relicta, ac lugens Libero patri nupſit, a quo donata eſt corona Cnoſſia, ſeptem ſtellis adornata, quam ille a Venere acceperat. Poſtremo a Diana dicitur ſagitta percuſſa atque occiſa, quod virginitatem non ſeruaſſet. — Comparent Ariadne et Bacchus ſeſe amplectentes in curru a centauris, mari et femina tracto; ante eos graditur Cupido, alius volitat. n. Nicaeenſ. *Schlaeger.* Comm. de Num. Alex. M. p. 29.) *Vaill.* Graec. p. 93. — *Al.* ſed in curru 2. pantherarum. n. Attaliae Lydiae, pariter ac Magneſiae Theſſaliae. — *Al.* ſed Cupido deſuper. n. Maeoniae Lydiae. *Guſſeme* I. p. 265.) *Vaill.* Gr. — *Al.* ſed Bacchus, et Ariadne nudi ſtantes in curru a ſatyro et panthera tracto, ille thyrſum geſtat. Æ max. mod. Antonini Pii. *Vaill.* Pr. III. p. 124. — An Ariadnae caput in Cnoſiorum numo, quem *Haym.* Th. Br. II. Tb. 16. n. 2. vulgauit; vid. *ib.* p. 146.

ΑΡΙΑΝΟϹ, *Arianus*. ΕΠΙ ϹΤΡ. ϹΕΠΤ. ΑΡΙΑΝΟΥ ΚΟΙνὸν ΛΕϹΒΙΩΝ, *Sub Praetore Septimio Ariano. Commune Leſbiorum.* Qui praetor addendus eſt catalogo τῶν ϛρατηγῶν, quem *Vaillantius* contexuit.

Ariarathes plurimorum Cappadociae regum nomen, cum titulis quidem variis, qui vero in antiquis hiſtoriarum ſcriptoribus non leguntur, vnde difficile eſt, numos ſuis regibus rite adſignare. *Froelichius* concilianda duxit ea, quae apud *Dionem*, *Strabonem*, *Tacitum*, et *Valerium Max.* lecta expenderat, ſerieinque regum Cappadociae dedit in Not. Elem. p. 183 ſqq. inſertis numis, additaque ratione. Illud generatim praemonuit: numos Cappadociae regum non admodum antiquos, et fere omnes ſimilis fabricae, ac elegantiae videri; atque idcirco primis regibus eos tribuendos non putauit. *Ariarathi* porro *octauo* ac *nono* numi non tribuuntur, quia anni ſignati in argento excedunt horum regni annos. Itaque numos Ariarathis varios *quinque* adſcripſit *Ariarathibus*, nimirum IV. V. VI. VII. et X. eique vltimo.

a) *Ariarathes* IV. *Philometor*, rex iam erat cum patre huius nominis III. Vxor ei Stratonice Antiochi II. Syri filia. Tradit viuens regnum filio Ariarathi V. puero ante Chr. 223. — Huic tribuit *Froelich.* l. c. Tb. 15. n. 6. numum arg. in quo: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ Θ. *Regis Ariarathis Philometoris Anno Nono.* Pallas galeata ſt. d. victoriolam, ſ. haſtam et clipeum humi.)(Caput regis ore paruo, mento curuato. Ratio alia *Froelichio* non eſt, quam quod regibus aliis numi reliqui aptius quadrare videantur. Cenſet vero *Haymius*, qui in Th. Br. Tb. 5. fg. 11. eundem edidit numum, Ariarathi VIII. adſcribendum eſſe ob titulum *Amantis Matrem* p. 48. Ab *Harduino* deſcriptum quidem fuit numiſma ſimile cum anno *vndecimo*; verum a nullo adhuc eius effigiem in lucem datam obſeruauimus. — Pallas, quae in omnium horum regum auerſis partibus eſt caelata, originem a Macedonibus inde ab Eumene declarat.

b) *Ariarathes* V. *Epiphanes* tenera in aetate patris regnum adeptus, Romanis prius hoſtis, dein mulctatus amicus fuit; filium Romam educandum miſit, ex Antiochide, Antiochi III. filia, natum. Regem eum viuus conſtituit, paullo poſt

poſt exſpirat ante Chr. 163. — Huic quia puer regnum nactus eſt, adſcripſit *Froelich.* ib. p. 185. numum, vultu plane iuuenili, et elegante diademato.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, *Regis Ariarathis Illuſtris* cum *anno* Ε. *Quinto.* Pallas eadem ſt. cum victoriola, haſta et clipeo, in area Τ. AR 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 205.) *Haym.* l. c. fg. 10. ſed ad Ariarathem VI. refert, et annus Δ. *Quartus* conſpicitur in altero.) *Harduin.* Oper. p. 611. horum aliquos recenſet cum nota anni 2. 4. et 6 vel 16. *Guſſeme* I. p. 267.) *M. Pembrok.* Tb. 2. Tb. 70. fg. 2. — *Alius,* in cuius imo ΔΙ. *An.* 14. AR 3. Muſ. *Theup.* p. 1200. — *Alius,* ſed addito Ι. *decimum* regni annum indicans, et eadem Pallas pro haſta palmae ramum, in area duo monogrammata. AR 3. *Cim. Vindob.* II. p. 40.) *Eckh.* Cat. ib. n. 2.) *Khell.* ad Haym. l. c. obſ. 16. non adſcriptum eſſe Ι, ſed Ε adſerit, et indicare annum *Quintum.*

c) *Ariarathes* VI. *Philopator* apud *Diodorum Siculum* dictus, quia funus patris ſplendide curauit; idem matris exuuias e Syria magna cura obtinuit; vnde eum ΕΥΣΕΒΟΥΣ, *Pii* titulum amaſſe exiſtimat *Froelich.* l. c. Laudatus princeps varia fortuna regnauit annos ſolidos triginta tres. Pro Romanis contra Ariſtonicum pugnauit, et occubuit ante Chr. 131 vel 130. *Epit. Liuii* diſertis verbis adfirmat, Ariarathem hunc A. V. C. 587. mortuum. — Titulo ΕΥΣΕΒΟΥΣ, et cum annis regni 4. 5. 11. 12. 13. 14. 30. 31. 32. 33. in eius numis obſeruatur. e. c. Caput diadematum vultu pinguiculo, ſat adultae aetatis, perhoneſta ſpecie.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ Λ. *Regis Ariarathis Pii, Anno* 30. regni. Pallas ſt. d. victoriolam, ſ. haſtam cum clipeo ad terram. *AV. Golz.* Inſul. Graeciae Tb. 2. fg. 7. — *Al.* ſed AR 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 205.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70. fg. 1.) Muſ. *Theup.* p. 1200.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 5. fg. 7. cum nota anni Ε. 5. *al.* fg. 8. cum anno ΒΛ. 32. *al.* cum ΓΛ. 33. edidit argenteos, ſed Ariarathem huius nominis IV. conſtituit. — *Al.* cum ΙΑ. *An.* 11. AR 3. Muſ. *Theup.* l. c. et *al.* cum nota ΓΔ. loco ΓΛ. *ibid.* — Cum anno ΓΛ et in area duo monogrammata AR 3. in *Cim. Vind.* I. p. 39.) apud *Guſſeme* I. p. 267. — *Al.* ſed d. noctuam tenet Pallas apud *Spanhem.*

d) *Ariarathes* VII. natu minimus Ariarathis VI. filius ex Laodice, quae regni auida quinque filios occiderat, ipſa a Cappadocibus peremta. Vxorem duxit Laodicen, Mithradatis VI. Eupatoris filiam. Soceri artibus per Gordium ducem e medio tollitur circa 96. ante Chr. — *Spanhemius* numum exhibuit inſcriptum: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, *Regis Ariarathis Philoromaei,* qui vel huic Ariarathi, aut eius patri ex *Haymii* ſententia II. p. 46. dari poterit, cum vterque populi Romani amicitiam coluerit, vt teſtatur *Liuius* L. XXXVIII.

e) *Ariarathes* X. vltimus, Ariobarzanis II. filius, cui Cappadociam abiudicat, et auferre conſtituit M. Antonius, a quo occiſus eſt circa an. 35. ante Chr. Huic Ariarathi X. ſequentes numos adplicauit *Froelich.* p. 188. in quibus caput imberbe diadematum, virili aetate, naſo aquilino.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Pallas more ſolito. Titulum *Euſebis* vel *Pii* a patre, *Philadelphi,* ab amore fratrum, quorum plures fuerunt, accepiſſe videtur. AR. *Beger.* Th. Br. III. p. 14. — in area monogramma et Є. *Guſſeme* I. p. 267.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70. fg. 6.

Alius eiusdem nominis Cappadocum rex apud *Begerum* cum ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ et ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ cognomentis.

ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ, *Ariarathis.* v. *Ariarathes.*

Ariaſſus, Gr. Ἀρίασσος, in Pamphylia, iuxta alios in Lycaonia. In Notitia eccleſiaſtica eſt inter Pamphyliae oppida. Legitur in Æ 3. Getae ΑΡΙΑϹϹΕΩΝ, *Ariaſſenſium.* Mercurius ſt. d. crumenam, ſ. caduceum. *Harduin.* Oper. Sel. p. 28.) *Vaill.* Gr.) *Guſſeme* I. p. 267.

Aricia Graeciae. v. ΑΡΥ. *Aryca.*

Aridaeus Macedoniae rex, cui Philippi ex ſaltatrice Lariſſaea ſpurio atque Alexandri M. fratri notho attribuit *Haym.* Th. Br. II. Tb. 2. fg. 1. p. 14. numum aeneum, in quo caput galeatum.)(Nauis dimidia cum litteris et ſigla: BA. ℞. quas legit editor: *Regis Aridaei.* Alii monogramma ad *Aradum* vrbem referunt.

Aries animal pugnax et bellicoſum, a pugna nomen accipit in plurimis et vetuſtiſſimis linguis, vt docet *Wachter.* Archaeol. Num. p. 65. — Idemque eſt dux gregis et ductor ſignorum coeleſtium; conſequenter ſymbolum belli ducis et herois, qui exercitum ſuum ipſe ducit. Ob eandem cauſam cornua arietis, quia huic animali non ſolum ornamento, ſed etiam praeſidio ſeruiunt, cenſentur regiae poteſtatis et dignitatis inſignia. Et hiſce cornibus Ammonem in expeditionibus bellicis galeam ſuam ornaſſe tradit *Diodor. Sic.* L. III. p. 144. Vnde mirum non eſt, eum a ſuis ſub effigie hominis cornuti conſecratum eſſe ac in tot numis capite cum cornibus arietinis depictum, vt in numo Cyrenaeorum aureo et peruetuſto in Faſtis eruditorum Triuultienſibus 1725. Aug. p. 1444. publicato. — De origine cornuum in diademate Alexandri Magni duae ſunt eruditorum opiniones, quae etiamſi ſe mutuo tollant, et vna conſiſtere non poſſint, coniungi tamen a *Spanhemio* P. I. diſſ. VII. p. 397. videntur. Sed non conſtat, an inſignia illa capitis, cornua ſcilicet arietina ad ſucceſſores Alexandri vna cum imperii dignitate tranſierint. *Spanh.* ib. p. 389. 397. Contrarium potius patet ex Ptolemaeorum, Seleucidarum, aliorumque, qui Alexandro ſucceſſerunt, numis, in quibus nullum cornuum iſtorum veſtigium. *Wachter.* Archaeol. Num. p. 66. 67. 68. — *Arietino cornu* ad robur ac potentiam ſignificandam ſuum quoque ornarunt caput Imperatores quidam.

Aries Mercurio comes additur, vt in Corinthiorum, et Patrenſium numis, quod Mercurius prae ceteris greges tueri et augere exiſtimetur, vulgo enim *Nomius* a νέμω, *paſco,* adpellatus eſt paſtorum deus; vel ad mercaturam ſpectat pro pedibus Mercurii, quorum alii pro cibo, alii pro veſtibus et lanificiis venunduntur, illos autem tueri dicitur Mercurius apud *Pauſaniam.*

Aries coeleſtis anni initium ad Niſan, aequinoctio verno, cum ſol hoc ſignum ingreditur, in Syriae, Phoeniciae, Coeleſyriae, ac Bithyniae numis denotat. Eodem ſigno annum inchoare ſolebant Antiocheni, Damaſceni, Neapolitani, Niſibenſes, aliique, qui arietem, vel caput arietis, veris tempus deſignantis, pariter in ſuis numis eam ob cauſam exhibent. Quaedam enim vrbes in hoc tractu, et populi, vt Chaldaei et Iudaei, ab aequinoctio autumnali annum ordiebantur. Varia enim anni apud diuerſos Orientis populos erant principia. Vnde aries ſupra caput genii Antiochiae Syriae, et Niſibenſis, vt et arietis caput in numis Damaſcenorum anni initium verno aequinoctio demonſtrat. Illud Zodiaci ſignum Bithyniae incolas ſibi quoque vindicaſſe, ex huius regionis numiſmate Æ 3. quod *Liebius* Goth. Num. p. 397. et *Schlaeger.* in Europae raptu p. 13. adſeruit, diſcimus; hinc in corona laurea S C A O, cuius *Sexti* *Cato-*

Catonis in numo alio meminit *Vaill.* Fam. Rom. II. Tb. 117.)(Aries ſt. ſidere deſuper adfulgente. Ex *Liebii* ſententia aries cum ſtella expreſſus ſymbolum Bithyniae eſt ob praeſtantiam paſcuorum, quam Bithyniae tribuit *Strabo* L. XII. p. 565. At dum demum haec obſeruatio ipſius ſententiae pondus adderet, ſi adiunctas arieti videremus ſpicas, aſtro deleto. Ex aſtro autem perſuaſum habeamus neceſſe eſt, Bithyniae ſignum fuiſſe illum coeleſtem arietem non minus ac in n. Niſibis. — Vetuſtiſſimus erat mos Aegyptiorum ſub animalium figuris deos ſuos effingendi; arietis vero, vt fecundatis ſymboli, praecipuus apud eosdem cultus. cf. *Spanh.* I. p. 203.

Aries ſolus. n. Aeginae inſulae, Antiochiae in Syria, et ad Daphen, Cranii Cephalleniae, Damaſci, Gelon. Siciliae, Heracleae in Sicilia, Hipſelis in Aegypto, Nicomediae, Panormi, Samae, Smyrnae, g. Ruſtiae, Antinoi.

— pone ſtella. n. Bithyniae. — in aſtrum Solis reſpiciens. n. Antiochiae Syriae, Nicomediae, g. Porciae. — deſuper ſtella et lunula. Antioch. Syriae,

— et aquila cippo impoſita. n. Amaſtriae. — inter aquilae ſtantis crura. n. Antioch. Syriae. — et aquila legionaria etc. n. Neapolis Campaniae, et Samariae.

— pone pyramis, ex qua arbor, n. Magneſiae ad Maeandr.

— ante quem fax accenſa. n. Hephaeſtii.

— et cornucopiae in manu Fortunae. n. Pompeiopolis Paphlagoniae.

— et piſcis. n. Panormi.

— et caput Iunonis. n. Panormi.
— ſuper caput muliebre turritum velatum. n. Antiochiae Syriae, et Niſibis Meſopotamiae. — cum loto in capite, ſupra quem Iouis Serapidis caput. n. Alexandriae Aegypti.

Aries pone Cererem. n. Pagarum Atticae.

— currens, et reſpiciens. n. Antioch. Syriae, *it.* g. Caeciliae.

— Mercurii ſymbolum praecipuum, ad cuius pedes. n. Acmoniae, Aphrodiſiae, Corinthi, Hadrianae, Patrarum, Smyrnae; *it.* Hadriani Imp. et Antinoi ab Aegyptiis; *it.* Æ max. Anton. Pii. — cum caduceo. Antinoi a Smyrnaeis. — quem cornibus trahit Mercurius. n. Aphrodiſiae. — cui Mercurius inſidet. n. Pautaliae.

— cui Victoria inſiſtit. n. Syracuſarum. —

— cui figura virilis nuda inſiſtit. n. Anazarbi, Panormi, Triacalae.

— quem vtraque manu ſuper humerum portat vir nudus, n. Aeginae. — quem figura nuda ducit ad aram. Æ max. Hadriani. — ſt. ad aram ſuccenſam, a tergo illius arbor. Æ max. Iuliani.

— decumbens, adſcriptis tribus litteris peregrinis. *Froelich.* Not. El. Tb. 1. fg. 10. p. 23.

— pro Ioue Ammone exaratur in n. Graeco g. Papſae.

— in vertice templi. n. Antioch. Syriae, Cyrrhi.

— pone ara. n. Hadriani Imp.

— dimidius adſiliens in area. n. Clazomen. Ioniae, Triccae Theſſaliae.

— marinus c. epigr. MERCVRIO CONS. AVG. Æ 3. Gallieni.

Aries ſilueſter ſeu peculiaris, quales apud paſtorales Afros exſtare tradit *Herodot.* L. IV. c. 192. in n. Panormitanor. ſignatus apud *Paruteam.* Sicil. Tb. 5. fg. 44.

— loco canis in Æ. Samaeorum ab *Haymio* in Th. Br. II. p. 88. exhibitus. In aliis duobus AR. apud *Eckhel.* Num. Vet. canis Laelaps conſpicitur.

— Marti adſignatus, vt teſtatur *Macrobius* L. I.

Arietes duo erecti coniſcantes. Æ. Amphipolis Macedoniae. *Peller.* Tb. 30. fg. 23.

Arietis caput n. Aeginae inſulae, Carthaginis, Cephalleniae inſulae, Cranii Cephalleniae.

— ſupra aſtrum. n. Aeginae inſ.

— et aquila. n. Caenae.

— tribus aut quatuor litteris ignotis circum colli partem poſitis. n. Aeginae. *Froelich.* Not. El. Tb. 1. fg. 10.

Arietis caput effigiatum habebat Ammon, quod hoc ſigno galeam in bellis ornatam geſtaſſet. *Diod. Sicul.* L. III. p. 144.

Arietinum cornu. vid. *Ammon.* — in capite regum. v. *Cornu.* — pone caput Bacchi. n. Thaſi inſulae.

ΑΡΙΑ. abruptum magiſtratus nomen in AR 3. Tarenti. *Magnan.* Miſcell. Num. III. Tb. 47. n. 4.

ΑΡΙΜΕΙΝΕΩΝ. v. *Ariminium,* quod oppidum.

Ariminium Vmbriae, ex *Plinio* L. III. c. 20. in octaua Italiae regione, hodie *Rimini.* *Golz.* Magna Graecia p. 307. Culus numi ſunt: 1. Caput barbatum pileo conico tectum ad ſ.)(ARIMI. Vir galeatus gradiens ad ſ. d. haſtile, ſ. ſcuto longiore fere obtectus, ex quo alud haſtile prominet. Æ 3. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 1. fg. 6. p. 5 ſqq.) Muſ. *Hunter.* p. 45. — 2. ΑΡ vel litterae ΑΡ. iunctae; ſubtus fiſtulae, quas inueniſſe Pan creditur.)(Caput diadematum imberbe, retro ARIM. AR. *Golz.* Magn. Graec. Tb. 34 fg. 8.) *Harduin.* Oper. p. 28. — 3. Eaedem litterae nexae ΑΡ et in area ΙΜΕΙΝΕΩΝ adpoſita Panis fiſtula.)(Caput fere idem. AR. *Golz.* ib. fg. 7.) *Harduin.* l. c.

ΑΡΙΜΝΑΣΤΟΥ magiſtratus nomen in n. Dyrrhachii Illyrici.

ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. vid. *Ariobarzanes* Cappadociae rex. Duo Cappadociae reges eo nomine *Ariobarzanes,* quorum prior a Mithridate regno pulſus, in illud dein Sullae opera reductus; eius autem filius Ariobarzanes II. a Pompeio, confecto bello Mithridatico, poſt patris obitum, in eodem Cappadociae regno adſertus, ac vnde etiam in ciuili bello copias ad Pompeium aduxiſſe ab ipſo *Caeſare* L. III. Bel. Ciuil. c. 4. dicitur. Ita *Spanhemius;* at *Belley.* Tom. XXIII. Mem. des Inſcr. et bell. Lettr. p. 189. e duobus marmoribus docet, *tres* fuiſſe poſterioris lineae *Ariobarzanes,* quod eruditis ad id tempus ignotum aut controuerſum, ſed ſingulorum tituli primi ſcilicet ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, filii ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, nepotis denique ſeu III. ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, id confirmant.

a) *Ariobarzanes* I. in cuius numis modo cum, modo ſine nota anni vultu pingui, amoeno, honeſto et imberbi cernitur diademate ornatus.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, *Regis Ariobarzanis Romanorum Amici.* Pallas ſt. d. victoriolam, ſ. haſtam et clipeum ad terram. AR 3. *Cim. Vind.* I. p. 40. — 2. *Alius* cum anni nota ΙΕ. (15.) AR 3. *Froelich.* Not. Elem. p. 187. — 3. *Alius* cum anno ΙϚ. (16.) et in area Τ. AR 3.

AR 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 205. — 4. *Alius* cum anno ΚΒ. (22.) et monogrammate in area. AR 3. *Eckh.* ib. n. 2. — 5. *Alius* monogrammate diuerſo. AR 2. Muſ. *Theup.* p. 1201. — 6. *Alius* ſed ΦΙ. ΚΑ. *Anno* 510. regni 24. *Guſſeme* I. p. 268. n. 2. — 7. Caput idem diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. Typus idem alio monogrammate, et anno ΖΚ. (27.) AR 3. *Eckhel.* ib. n. 3. — 8. *Alius*, ſed annus extritus, et diuerſum monogramma AR 3. *Eckh.* ib. n. 4.) *Golz.* Inſul. Graec. Tb. 2. fg. 9. — 9. *Alius*, ſed in area ΓΑ. AR 2. Muſ. *Theup.* p. 1200. — 10. *Alius*, ſed ſcriptum: ΒΑΣΙΛΕΩΣ (*ſic*) ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΟΜΑΙΟΥ (*ſic*) infra ΙΕ. *An.* 15. et monogramma. AR 3. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70. fg. 5. — 11. *Alius* vt 7. inſcriptus, ſed Pallas galeata ſedens, d. haſtam, ſine anni nota. AR 3. *Golz.* l. c. fg. 10.) *Guſſeme* I. p. 267. n. 1.

b) *Ariobarzanes* II. cognominatus *Philopator*, vel *Amans Patrem.* Huius caput diademate cinctum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, infra Η. *Anno* 8. Pallas ſt. cum attributis ſolitis. AR. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70. fg. 4.) *Guſſeme* I. p. 268.

c) *Ariobarzanes* III. macro vultu, naſo modeſte aquilino in numis depictus. 1. Caput eius imberbe diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΕΥΣΕΒΟΥΣ. Pallas ſtans more ſolito, in area aſtrum ſolis et lunae, cum monogrammate. AR 3. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 70. fg. 3.) *Vrſin.* ad *Ciceron.* L. XV. Epiſtol. Famil. ep. 2.) Idem numus a *Guſſemio* I. p. 268. Ariobarzani Parthorum regi attribuitur. — 2. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΦΙΛΟ., vltimae nimirum litterae non bene diſcernuntur, ſed ſatis e *Cicerone* et ex aliis huius regis numis explentur. *Cim. Vind.* iuxta *Froelich.* Not. Elem. p. 187. — 3. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. Pallas ſt. vt in prioribus. in area Θ. cui aſtrum imminet. AR 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 205. n. 1. — 4. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, in imo ΙΕ. *An.* 15. Pallas ſt. in area monogr. AR. *Beger.* Th. Br. II. p. 14.) *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 6. fg. 1. p. 50. — In aliis apud *Harduinum.* anni leguntur 22 et 24. apud *Haymium* anni 13 et 15. et *Pellerin.* indicat numum cum ΘΚ. (29.) Adnotatur etiam a *Khellio* annus ΓΛ. (33.) tanquam ex detectis poſtremus.

ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ. v. *Ariobarzenes.*

ΑΡ. ΙΟ. ΑΙΒΩΝΙΑΝΟΥ, *Sub Archonte Iulio Liboniano.* n. Sardianorum. *Vaill.* Gr.

Arion Methymneus ex Leſbo inſula, citharoedus, et poeta Lyricus, quem, vt vulgo notum, in mare praecipitem, delphinus dorſo exportauit. Inde Ariona delphino vectum d. lyram, Methymna Leſbi, Arionis patria ſignauit in numis, quos Alexandri M. Macedoniae regis honoribus feriri iuſſit. *Pellerin.* Mel. Tb. 2. n. 7.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 43. fg. 7. p. 350 ſq. — Idem delphino inſidens, d. victoriolam, ſ. lyram c. inſcr. BRVN. *Brundiſii.* Æ. *Golz.* Tb. 33. fg. 8.) *Harduin.* p. 36.) *Muſell.* Num. Pop. Tb. 5. fg. 10. — Idem Arion delphino vectus cum victoriola et corona in n. Aliſarnae Troadis. *Guſſ.* I. 113 et 268. — Vel etiam in moneta Corinthi, Taranti et Carteiae depingitur iſte Arion.

ΑΡΙΩΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ, *Arion Apollonii*, quod hominis magiſtratu fungentis nomen eſt in Æ. Erythrae in Boeotia. *Liebe* Goth. Num. p. 171.

ΑΡΙΣ. Ἄριστος, *Optimus*, Traiani Imp. cognomen, qui ſcribitur: ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΡΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. etc. *Traianus Optimus Auguſtus, Germanicus, Dacicus, Parthicus.*

Ariſbe, oppidum Troadis, Mytilenaeorum colonia, ex *Stephano*. Alio eiusdem nominis eſt in Leſbo, ex *Herodoto*, et *Plinio* cuius gentile nomen Ἀρισβαῖος indicat *Stephanus*; alterius, quae in Troade vrbis, non ſatis liquido prodit; at idem ex numis liquet ab *Ariſbe Troadis* oppido cuſis:

a) *Traiano*. ΑΡΙϹΒΕΩΝ, *Ariſbenſium*, vel *Ariſbeorum*. Hercules nudus ſuffocans leonem. Æ 2. Traiani. *Gusſeme* I. 269.) *Harduin*. Oper. p. 28.) *Vaill*. Gr.

b) *Peſcennio*. ΑΥΤ. Κ. Γ. ΠΕϹ. ΝΙΓΡΟϹ ΙΟΥϹ. Ϲ. Huius caput laur.)(ΑΡΙϹΒΕΩΝ. Minerua gal. ſt. d. ſpiculum, ſ. clipeum. *Gusſeme* l. c.

ΑΡΙΣΣΩΦΙ. magiſtratus nomen in n. Thuriorum. *Eckhel*. Cat. I. p. 26.) *Magnan*. Brutt. Num. Tb. 104.

ΑΡΙΣΤ. Ἀριςέυ *Ariſtei*. ΦΙΛΟΚΡΑΤ. ΑΡΙΣΤ. *Philocrate Ariſteo*, magiſtratu fungente Apameae in Phrygia. Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 4. n. 7.) *Gusſeme* I. p. 216.

ΑΡΙϹΤ. Ἄριςος, *Optimus*. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ϹΕΒ. Γ. *Traianus Optimus Auguſtus*, *Germanicus* etc.

ΑΡΙϹΤΑ, *Optima*. ΑΥΓΟΥϹΤΕΙΑ ΑΡΙϹΤΑ ΟΛΥΜΠΙ. *Auguſtea Optima Olympia*. n. Thyatirenor.

Ariſta ſymbolum fertilitatis atque annonae. Ob vbertatem agrorum regionis in n. Arpinorum Apuliae, Metaponti Lucaniae, Neapolitanorum Italiae etc. — pone vaccam cum vitulo lactante n. Dyrrhachii Illyrici. — ſuper minotaurum n. Calenorum Campaniae. — Ariſtis et ſpicis coronatum caput Cereris, pariter ac Hiſpaniae. — Ariſtae tres ante pedes mulieris, inſigne Alexandriae Aegypti.

Ariſtaenetus nomen archontis in n. Byzantiorum. ΕΠΙ. Γ. ϹΑΛΛ. ΑΡΙϹΤΑΙΝΕΤΟΥ. n. Getae. *Harduin*. p. 799.) *Vaill*. Gr. ſed ΕΠ. ΑΡΧ. Γ. etc.

Ariſtaeum in Thracia, cuius numus Æ 3. in Muſeo *Hunteriano* Tb. 7. fg. 13. depictus. Caput eſt in eo imberbe galeatum ad d.)(ΑΔΙ. Aries ſtans ad d. — Alium recenſet *Gusſeme* I. p. 269. hinc caput Herculis.)(ΑΡΙΣΤΙΩΝ, *Ariſtiorum*. Aquila alis expanſis.

Ariſtaeus, Apollinis e Cyrene filius, cuius cultus per Adriaticas, Ionias, Aegaeasque inſulas plurimum vigebat; prae reliquis Cea, nota Aegaei maris inſula, ſub eius tutela floruit, ex quo toties in Carthaeae ac Iulidis, aliisque totius inſulae nomine ſignatis numis comparet. Fuit etiam Sicinus, non admodum Cea diſtans, eidem deuota, teſtibus numis, qui hic Ariſtaei vultum, vt *Neumannus* arbitratur, illic apem vel botrum offerunt, teſtante *Pellerin*. Rec. T. 3. pl. 112. n. 1. 2. — Similes item Corcyrae Ioniae ſunt apud *Arigonium*. — In aliis eiusdem inſulae numis heros ille conſiſtit agnoſcendus nomine ΑΓΡΕΥϹ, i. e. *Venatiani praefectus*, cum ſerpente in dextra, quos *Eckhel* Num. Vet. p. 107. praeclare illuſtrauit. — Eiusdem ſimulacrum, vt iudicat *Neumannus* Pop. Num. I. p. 169. eximium Zacynthi quoque tetradrachmum exhibet a *Pellerinio* Rec. T. 3. pl. 98. n. 1. vulgatum, cuius auerſae parti figura ſeminuda ac imberbis inſidet, anguem dextra prehendens. — A veteribus traditum, in Adriatici maris inſulas commigraſſe colonos Siculos; ac Iſſam definite compellat *Scymnus* Chius Perièg. v. 412. inter *Hudſoni* Geogr. Min. vol. II. Coloniam Syracuſanorum: „Inſula vero apud illos eſt, Iſſa dicta, Syracuſanorum habens coloniam. — A Siculis proinde coloniis, vt veterus mos ferebat, auita religio et patria numina in Adriaticum ſunt aduecta. Ad haec probabile, Adriaticos rei venaticae ac paſtorali operam

ram dediſſe, quos magno ouium, hircorum, ceruorum, aliorumque varii generis animantium ferarumque numero abundaſſe nouimus. — Ariſtaeum primum omnium ferunt, mel miſcuiſſe vino, *Plin.* H. N. L. 14. c. 6. Mellis etiam praeſtantia inclaruiſſe videntur Iſſenſes; mel enim Iſſenſe hodiedum in honore eſt ob eximium ſaporem. cf. *Fortis* T. 2. p. 167. Hinc per eas inſulas Ariſtaeum credidit antiquitas repertorem mellificii, tutoremque paſtorum et venatorum. — Enimuero Chiron centaurus de naſcituro puero ſic patri Apollini vaticinatur apud *Pindarum* Pyth. od. 9. vſ. 110. „Proximum comitem ouium, venatorem, et paſtorem, ab aliis vero Ariſtaeum adpellari. — Et haec diuerſa Ariſtaei munera in cauſa ſunt, quod diuerſis quoque modis in aere vetere fingitur. Plerumque ſolo capite comparet, ac iam imberbis, iam barbatus laureatusque nunc Iouem ſimulat, nunc Apollinem, prout eius habitus eſt in numis a *Neumanno* P. I. Tb. 5. fg. 9. ad 14. promulgatis. In elegante Iulidis numo imberbi mento cernitur, ſed lauro ſimul redimitus et taenia. Imberbem nudoque capite finxere Sicinus et Iſſa; Pharus nudo quidem capite, ſed aliquando barbatum, aliquando et imberbem. Frequenter apis ex altera parte additur, aliquando botrus, quod homines mellificium docuit, vſumque mel miſcendi vino. A Corcyraeis, Phaeacibus et Zacynthiis integro corpore proponitur, ſerpentem tenens, ſalutis ſymbolum, ob herbas ſalubres inuentas, liberatamque a peſte vniuerſam Graeciam; de qua re conſulendus *Diodorus Siculus*, qui omnem Ariſtaei vitae rationem, cauſasque apotheoſeos fuſius L. LIV. Hiſtor. enarrat. Scilicet vt varia et multiplex eſt vetus mythologia: ſic et varia deorum, heroumque ſimulacra. — In numo aeneo Phari caput Ariſtaei eſt barbatum. cf. *Neumann.* Part. I: Tb. 6: fg. 6. qui p. 126. de Ariſtaeo in numis Maroneae differit. Idem P. II. Tb. 4. fg. 3. Ariſtaeum in Æ 3. Neapolis Campaniae iudicat p. 111. In Sicilia praecipue obſeruatum eum heroem teſtantur praeter *Diod. Siculum*, *Pauſanias*, et *Cicero*, vnde pronum eſt intelligere, eius religionem in proximam tranſiiſſe Graeciam Magnam. Nec defuit Neapolitanis peculiaris ratio colendi Ariſtaei. Vt Apollinis filius quandoque laureatus cernitur, vt in ſimili Neapolis numo apud *Magnan.* Miſcell. Num. P. I. Tb. 28. fg. 26. capillis tamen curtis, vt eſſet, quo a patre bene crinito diſcerneretur. Eadem videtur ratio lucentis a tergo ſideris, quod a tergo eius capitis nudi imberbis ſiſtit *Neumann.* l. c.

ΑΡΙϹΤΑΙΝΕΤΟϹ archontis nomen apud Byzantinos. v. *Ariſtaenetus.*

ΑΡΙΣΤΑΙΣ ΚΩΙΩΝ. vid. *Cos* inſula.

ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ, in orbe numi, quem *Haym.* Th. Br. I. p. 147. *Ariſtocrati* tribuit. v. *Ariſtocrates.*

ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΥ, *Ariſtandri* nomen. v. *Dyrrhachium.*

Ariſtarcha Epheſina quaedam matrona, quae Dianae iuſſu, vna cum Phocenſibus nauigationem ſubiit, atque in Maſſilia templi Dianae conſtructi ſacerdos eſt deſignata, ex *Strabonis* L. IV. — Cuius caput *Guſſemii* aliorumque iudicio inde repraeſentatur in moneta Maſſilienſium et Phocenſium.

ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ magiſtratus nomen Apolloniae Illyrici. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 6. fg. 21. p. 92. — In gignendi caſu ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ. n. Dyrrhachii. Muſ. *Pembrok* II. Tb. 9. n. 2.) Muſ. *Hunter.* p. 129.

ΑΡΙΣΤΕΑ nomen magiſtratus a) *Stratoniceae* in Caria. ΕΠΙΜΕΛΗΤΙ ...ΡΙΣΤΕΑ ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ, *Templi curam habente Ariſtea Stratonicenſium.* Æ. max. mod. *Neumann.*

Pop. Num. P. II. Tb. 2. n. 3. p. 46. Ariſteas nempe curam geſſit conſeruandi reficiendique templi, quod habuit Stratoniceae Diana Epheſia, cuius icon in eodem numo conſpicitur. Ariſtearum quidem familia et nomen nobile fuerit in ea vrbe. *Pauſanias* in Eliac. p. 432. memoratur Ἀριςέας inter victores, qui in ludis Olympicis Elide celebratis coronati ſunt. Etiam *Vaill.* P. II. p. 165. raritatis eximiae Æ. numum Antonini Pii cum ſtatua Imperatoris equeſtri vulgauit, inſcriptum: ΚΛΑΥΔιος ΑΡΙΣΤΕΑΣ ΣΤΡΑΤΟνικέων, *Claudius Ariſteus Stratonicenſium*, ſub cuius ſcilicet magiſtratu ſtatua illa in numo ſignata eſt. *Al.* ΕΠΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΑΡΙCΤΕΟΥ, *Sub Claudio Ariſtea*, qui a *Vaill.* Gr. Num. in Anton. Pio ſcriba Stratonicenſium coniicitur. — b) *Corcyraeorum.* ΚΟΡΚΥ·ΑΙΩΝ ΑΡΙΣΤΕΑΣ, *Sub Ariſtea.* Muſ. *Theup.* p. 1263. — c) *Erythrarum* Ioniae. ΑΡΙΣΤΕΑΣ. *Vaill.* Gr.

ΑΡΙΣΤΕΟΥ, *Ariſtei.* ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΡΑΣΙΠΠΟΣ ΑΡΙΣΤΕΟΥ, *Magnetum*, cum *Eraſippus* filius *Ariſtei* magiſtratum gereret Magneſiae ad Maeandrum. *Vaill.* Graec. qui in alio legit: ΕΠ. ΓΡ. ΗΓΗCΙΠΠΟΥ ΑΡΙΣΤΕΟΥ. *Sub Scriba Egeſippo Ariſtei* filio. — ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥ ΑΡΙΣΤΕΟΥ, *Sub Philocrate Ariſteo.* n. Apameae Phrygiae. Muſ. *Hunter.* p. 33. n. 7. — ΕΠΙ ΑΡΙCΤΕΟΥ, *Sub Ariſtaeo.* n. Nicaeenſ. in Etruſcilla. *Vaill.* Gr. — ΕΠΙ ΑΥΡ. ΑΡΙCΤΕΟΥ, *Sub Aurelio Ariſteo.* n. Trallianor. *Vaill.* Gr.

ΑΡΙΣΤΗΝ. abruptum nomen magiſtratus *Apolloniae* Illyrici. Muſ. *Hunter.* p. 37. n. 9. — ΑΡΙΣΤΗΝΟΣ magiſtratus *Dyrrhachii* Illyrici. *Eckhel.* — ΑΡΙΣΤΗΣ eiusdem Dyrrhachii. *Golz.* Graecia Tb. 2. n. 4.

ΑΡΙΣΤΙΩΝ, *Ariſtion.* a) magiſtratus *Cnoſſi* Cretae. — b) ſcribae *Epheſiorum.* ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΑΡΙΣΤΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΕΦ. n. Auguſti. *Vaill.* Gr. — c) *Coiorum.* ΑΡΙΣΤΙΩΝ ΚΩΙΟΝ. (*ſic*) Muſ. *Hunter.* p. 113.

ΑΡΙΣΤΙΩΝ, *Ariſtiorum.* v. *Ariſtaeum* Thraciae.

ARISTIPITANORVM. v. *Ariſtiſpi.*

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ, *Ariſtippi* nomen. a) *Apameae* Phrygiae magiſtratus. ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥ ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ, *Sub Philocrate Ariſtippo.* Muſ. *Hunter.* p. 34. — b) *Apolloniae* Illyrici. ΑΠΟΛ. ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ. Muſ. *Hunter.* p. 37.

ARISTO. MVTVMBAL RICOCE. in Æ 1. apud *Eckhel.* Cat. I. p. 284. et in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 89. n. 8. 9. vid. *Carthago* vetus Africae.

Ariſtocrates, ciuis Rhodius, qui ciuium omnium conſenſu belli dux electus eſt, in quo vero ſpem ſuorum fefellit. De eo *Suidas*: Ariſtocrates Rhodiorum dux adſpectu venerando et paene terribili. Quare Rhodii ex omnibus plane parem imperio, et dignum principatu iudicarunt; ſed ſpe ſua fruſtati ſunt. Nam cum ad res gerendas, tanquam ad ignem ventum eſſet, inſtar adulterini numiſmatis, exſpectationi hominum de ſe non reſpondit. — *Haymius* in Th. Brit. II. Tb. 13. fg. 4. p. 147. ad eum refert aeneum numum, in quo hinc caput diadematum.)(Balauſtio vel roſae ſubiectus caduceus, ad quem littera P. ac litterae in arcum poſitae ΑΡΙΣΤ. ad quas recentior manus ΑΚΟΣ.., refictas addidit.

ΑΡΙCΤΟΔΑΜΟC, *Ariſtodamus* nomen magiſtratus a) *Aegienſium* Achaiae. *Guſſeme* I. p. 35.) *Harduin.* Oper. p. 10.) *Muſell.* Num. Pop. Tb. 1. n. 5. — b) *Dyrrhachii* Illyrici. *Golz.* Graecia Tb. 2. n. 1.

ΑΡΙΣΤΟΚ. ΚΩΙΩΝ. vid. *Cos* inſula.

ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ, *Ariſtocrates* magiſtratus. ΛΑ. ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ, *Laconum Ariſtocrates.* *Froelich.* Not. Elem. p. 30.

ΑΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟϹ, *Ariſtomachus* a) praetor *Mytilenae*. ΕΠΙ c. *al.* ϹΤΡ. ΒΑΛ. ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ, *Sub Praetore Valerio Ariſtomacho*. n. Iul. Domnae. *Vaill.* Gr. — *Al.* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΔΟΡΙΛ. ΒΑΛ. ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ, *Sub Praet. Doril... Valer. Ariſtomacho*. n. Iul. Domnae. Muſ. *Piſan.* I. Tb. 37. n. 3. p. 105. — ΕΠΙ C. ΒΑΛ. ΑΡ..... *Sub Praet. Valer. Ariſtomacho*. n. Valeriani. *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 48. n. 7. p. 380. — b) ſcriba *Magneſiae* ad Maeandrum. ΕΠΙ ΓΡ. ΑΥΡ. ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ, *Sub Scriba Aurel. Ariſtomacho*. n. Elagabali. *Vaill.* Gr.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΣ magiſtratus Dyrrhachii Illyrici. *Eckhel. Cat.*

Ariſton, Audoleontis Paeoniae regis filius, de cuius fortitudine egregia narrat *Curtius* L. IV. c. 9.) *Froelich.* Num. Reg. Vet. p. 43. 44.

ΑΡΙϹΤΩΝ ſcil. ϹΕΒΒΒ. *Optimorum Auguſtorum*. v. ΜΕΓΙϹΤΩΝ.

ΑΡΙΣΤΩΝ magiſtratus a) *Apolloniae* Illyrici. Muſ. *Hunter.* p. 37. 38. — b) *Dyrrhachii* Illyr. *ibid.* p. 129.

ΑΡΙϹΤΟΝΕΙΚΟϹ, *Ariſtonicus* praetor Germenorum. ΕΠΙ ΑΡΙϹΤΟΝΕΙΚΟΥ vel ΕΠ. ΑΙΛ. ΑΡΙϹΤΟΝΕΙΚΟΥ, *Sub Aelio Ariſtonico*. n. Gordiani. *Harduin.* Oper. p. 829.) *Vaill.* Gr.

ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ, *Ariſtonis* nomen. ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΕΦ. *Sub Scriba Ariſtone Menophantis* filio *Epheſiorum*. n. Auguſti; in *al.* ΑΡΙΣΤΙΩΝ etc.

ΑΡΙϹΤΟΦΑΝΗϹ, *Ariſtophanes* nomen a) magiſtratus *Aegaeorum* Achaiae: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ. *Golz.* Graecia Tb. 9. n: 7. — praetoris *Pergamenor.* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΡΙϹΤΟΦΑΝΟΥϹ ΑΝΘΙΜΟΥ, *Sub Praetore Ariſtophane Anthimi* fil. n. Getae. *Guſſeme* V. p. 380. n. 103.) *Vaill.* Gr. — c) praetoris *Smyrnaeor.* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΚΛ. ΑΡΙϹΤΟΦΑΝΟΥϹ, *Sub Praetore Claudio Ariſtophane*. n. Sept. Seu. Muſ. *Piſan.* I. Tb. 35. n. 1. p. 99. *it.* Iul. Domnae. *Vaill.* Gr.

ΑΡΙΣΤΙΠΙΟΣ (*ſic*) *Ariſtippus* magiſtratus nomen Apolloniae Illyrici. *Eckhel.*

ΑΡΙΣΤΟΦΙΛΩ in n. Athenarum: ΑΘΕ. ΗΡΑ. ΑΡΙΣΤΟΦΙΛΩ. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 20. n. 2. p. 218.

ΑΡΙϹΤΟϹ, *Optimus*. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤΟϹ ϹΕΒ. etc. *Traianus Optimus Auguſtus*. — ΤΡΑΙΑΝΩ ΑΡΙϹΤΩ etc. *Traiano Optimo*.

Ariſtoteles Stagyrita, philoſophus, peripateticorum princeps, paruus, gibboſus et balbutiens, ſed ob ſummam eruditionem focius ac praeceptor Alexandri M. factus, exceſſit anno 68. eodem quo Demoſthenes anno mortuus eſt, hic in Apulia, ille in Euboea, ambo profugi, perſequente Antipatro. — Cuius effigies in Æ. numo inſcripto: ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ. *Ariſtotelis Nicomachi* medici filio. Io. Andr. *Schmid.* Antiquitates Macedonicae fg. 8. p. 77. ſuſpicatur numum ab Alexandro in honorem magiſtri excuſum fuiſſe. — In adulterini cuiusdam auerſa parte natura dea c. inſcr. ΕΝ ΓΕΑ ΣΕΙΑ, *In Terra Dea*, apud *Anton. Auguſtin.*) *Guſſeme* I. p. 270. ſed ENTELECHIA ſcriptum.) Conr. Dietr. *Koch.* diſſ. de *Ariſtotele* in numo aureo. Helmſt. 1703. 4.) Chr. Aug. *Heumann* Abhandlung von einer dem *Ariſtoteli* zu Ehren geſchlagenen Münze, in Act. Philoſ. Tom. II. p. 70 ſqq.

infra flos et monogramma. *AV.* max. mod. *ibid.* Tb. 15. fg. 14. *Alius* ſimilis, ſed L B in area ŋ. *AV.* max. mod. Vt plures fuere Aegypti reginae *Arſinoes* nomine, ita dubium non eſt propter adiectum ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, hoſce numos ad Arſinoen Ptolemaei II. cui *Philadelpho* cognomen, pertinere. At et huic binae fuere vxores *Arſinoes* dictae, prior Lyſimachi Thraciae regis filia, quam rex inſidiarum, quas ſibi ſtruxerat, conuictam exſilio multauit; altera ſua ipſius ſoror, quae poſt varias fortunae vices fratris thalamum nulla in Aegypti regibus ignominia inuaſit. Vtri ſimiles numi tribuendi ſint, inquirit *Eckhel.* l. c. Arſinoe, inquit, priori nullae fuere cauſae, *Philadelphi* adſcititium nomen numis inſcribendi, cum huius ipſius regis moneta illo careat, perpetuo et vnico titulo: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ, at multae Arſinoe poſteriori, quae ex hoc regis fratris, et mariti amore magnam percepit et voluptatem, et fructum, ex quo factum, vt mallet quaeſtuoſo ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, quam communi ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ nomine in publica moneta gloriari. Anni praeterea vtrique numo inſerti alteram quoque Arſinoen grauiter infeſtant. Ediderunt eosdem aureos Arſinoes numos *Froelich.* Not. Elem. Tb. 11. fg. 7. p. 159. ſed ſub gemino cornucopiae eſt littera K.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 3. fg. 3. et II. Tb. 55. fg. 4.) Muſ. *Theup.* p. 1204.) *Guſſeme* II. p. 276.

Arſinoe vxor Ptolemaei Philopatoris, vulgo Tryphonis. Inde ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, *Arſinoes Philopatoris.* Cornucopiae, in area ΣΠ. in imo Α.)(Caput huius Arſinoes diadematum, ſupra humerum baculus. *AV.* mai. Muſ. *Theup.* p. 1204.) *Froelich.* Not. Num. p. 159.

ΑΡΣΙΝΟΗ. vid. *Arſinoe.*

ΑΡCΙΝΟΙ. Ἀρσινοιτῶν, *Arſinoitarum* in Aegypto, adſcripto L. ΙΑ. *Anno* 11. Caput velatum Arſinoes, a qua nomen *Arſinoites.*)(ΑΥΤ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑ. CΕΒ. Caput Hadriani laur. Æ 3. Hadriani. *Harduin.* Oper. p. 759.) *Guſſeme* II. p. 275.) *Vaill.*

ΑΡCΙΝΟΙΤΗC L. ΙΓ. *Anno* 13. Iupiter ſt. d. caput velatum Arſinoes tenet, ſ. haſtam puram, ad pedes aquila.)(ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Traiani caput laur. Æ 1. Arſinoes Aegypti. *Harduin.* p. 28. 750.) *Guſſeme* ib.) *Vaill.*

ΑΡCΙΝΟΙΤΩΝ, *Arſinoitarum* Aegypti adpoſito L. Κ. *Anno Viceſimo.* Iupiter ſt. cum haſta pura, d. tenet caput Oſiridis.)(ΑΥΤ. ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ CΕΒ ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙ.... Traiani laur. caput. Æ 1. *Harduin.* p. 28. 753.) *Vaill.*

ΑΡΤ. Ἄρτεμις, *Diana.* ΑΡΤ. ſub Dianae capite. Æ. Neapolis Campaniae. — ΑΡΤ. ΣΕΒΑ. Ἄρτεμις Σεβαστή, *Diana Auguſta.* Caput Liuiae Auguſtae.)(*Sine epigr.* Ceruus ſtans. Exiguum, ſed elegantem numulum, in quo veluti Dianam ſuam celebrant Epheſini Liuiam, edidit et explicauit *Seguin.* Sel. Num. ed. pr. p. 53. et ſecundae p. 67. depictus quoque a *Morell.* in Liuia Tb. 3. fgg. 40. 41.

ART. abruptum duumuiri nomen. L. ART. C. COM. IIVIR. n. Paeſtanorum Lucaniae.

Artabanus rex Parthorum vltimus. Caracalla cum immani cognominis Parthici flagraret deſiderio, Parthis ſub ſpem matrimonii cum Artabani regis filia in colloquium accitis, imparatos fraude adgreſſus eſt, et plurimos interfecit. Numos illius effigie ſignatos non reperiri arbitratur *Haym.* Th. Br. II. p. 38. 42.

Artace Bithyniae, aut *Artacoana* Arianae legitur in n. ΑΡΤΑΚΑΙΩΝ ex *Maffei* ſententia inſcripto *Corſinus* Phrygiae tribuit. *Froelich.* Not. Elem. p. 76.

Artaclia ignoti ſitus ciuitas, ad quam *Muſell.* Num. Pop. Tb. 4. n. 9. et ex eo *Guſſeme* II. p. 277. refert aeneum numum, in quo caput muliebre turritum.)(ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ ωC ΑΡΤΑΚΛΙΩΝ, *Metropolis Artacleorum*, l. *Artaclienſium*. Spica, in area litterae ΙΒ. Ω. et monogramma.

Artationis litterarum pauca in nůmis exempla ſunt, v. c. FOSTLVS pro FAVSTVLVS in n. Pompeiae gentis. *Froelich.* diſſ. de num. monetarior. veter. culpa vitioſis c. 3. in 4. Tent. p. 385.

Artauaſdes II. Armeniae rex, quem dolo cepit M Antonius Ao. ante Chr. 34. eundemque aureis vinculis conſtrictum, cum liberis Alexandriam in triumphum duxit. *Froelich.* Not. Elem. p. 182. *et* ei. 4. Tent. p. 154. Hinc in Antonii Æ. numo tropaeum de hoc Artauaſde capto, et in alio tiara, ſeu cidaris monumentum eſt Armeniae regni ab Antonio ſubacti. *Vaill.* Pr. II. p. 11.

Artauaſdes, ſiue *Artabaſdus*, et *Artabaſus*, Conſtantini V. gener, eodem in Aſia contra Saracenos occupato, imperium inuaſit Conſtantinopoli Ao. Chr. 741. ac per duos circiter annos tenuit. Reuerſus autem Conſtantinus, eiusdem filium ſibi occurrentem vicit, inde et ipſum pariter tyrannum. Vrbe demum potitus, fugientem cepit, et oculis priuauit cum eiusdem duobus filiis, ipſiusque ſectatores occidit; id quod factum A. 743. Anna, Leonis tertii filia, Artauaſdi huius vxor. — Protome Artauaſdi d. globum crucigerum, in ambitu: DNO. ARTAVASDO.)(Protome Conſtantini Copronymi d. globum ſimilem, cum perigraphe: DNO. CONSTANTINVs, in area hinc inde ſtella. AV. RRR. quem illuſtrauit *Maffei* Gall. Antiq. Sel. p. 111. cuiusque delineationem dedit *Bimard.* ad *Ioberti* Notit. rei numar. II. Tb. 12. fg. 6. p. 386. et ex eo Kenntniſs antiker Münzen II. Tb. 12. fg. 6. p. 520. pariter *Venuti* diſſ. ſupra nouva ſcoperte Tom. III. diſſertat. Acad. Etr. Corton. p. 156. n. 12 et p. 183. — Ex argento et aere nulli in cimeliis reperiuntur.

Artaxias Armeniae rex, per cuius mortem Armenia in poteſtatem Romanorum recepta.

ΑΡΤΕ. inde ΜΕΝ. Gubernaculum in medio numo erectum, infra iaculum, in antica vero numi parte caput laureatum, epigraphe deleta. Æ 3. editus ab *Odericio* Num. Graec. p. 14. qui priorem epigraphen legit ΑΡΤΕμιδι, *Artemidi*. Agamemnonem ad Troiam proficiſcentem, vt Dianam, cuius ira detinebatur, placaret, nauis gubernaculum in eius Deae templo dedicaſſe, memorat *Callimachus* Hymn. in Dianam vſ. 228 ſq. Gubernaculum non temere Dianae dicatur, vtpote quae portubus praeeſſet. Qua ſuper re plura notauit *Spanhem.* in *Callimach.* — De poſteriore ſyllaba ΜΕΝ. vid. ΜΕΝ.

ΑΡΤΕΜ. *Artemas*, magiſtratus Apameae in Phrygia. ΑΠΑΜΕ. ΑΛΕΞΑΝ. ΑΡΤΕΜ. *Guſſeme* I. p. 216.) Muſ. *Hunter.* p. 34. ſed ΑΡΤΕΜΑ.

— Ἀρτέμιδος, *Dianae*. ΠΕΡΓΑΙΑC ΑΡΤΕΜ. *Pergaeae Dianae*, cuius figura in templo diſtylo. n. M. Aurel. *Vaill.* Gr.

ΑΡΤΕΜΑΓ. *Artemagorae* magiſtratus nomen. ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑΓ. *Sub Agonotheta Artemagora.* n. Apamenſ. *Vaill.* Gr.) Muſ. *Alb.* I. p. 99. ſed ΑΡΤΕΜΑ. Γ. *Artema Tertium.*

ΑΡΤΕΜΑΓΟΡΑC, praetoris nomen Thyatirae. ΕΠΙ CΤΡ. ΑΡΤΕΜΑΓΟΡΟΥ *Sub Praetore Artemagora.* n. Alex. Seueri. *Vaill.* Gr.

ΑΡΤΕΜΑΓΟC, *Artemagus* praetor Magneſiae Sipyli. ΕΠΙ CΤΡ. ΑΡΤΕΜΑΓΟΥ, *Sub Praet. Artemago.* n. Etruſcillae. *Vaill.* Gr.

Artemas, nomen in lapidibus occurrit, et in numis. Habetur in lapide *Gruteriano* p. 902. Et apud *Harduinum* praetor eſt huius nominis in numo Caracallae, et in altero Herenniae Etruſcillae. *Vaillantius* Gr. Num. p. 309. *Artemagoram* vocat, quem alii *Archemachum* dicunt. ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑ. Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ, *Sub Agonotheta Artema Tertium, Apamenſium*. Æ max. Sept. Seu Muſ. *Alb.* I. Tb. 49. n. 2. — ΕΠΙ ΑΥΡ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑ, *Sub Aurelio Iuliano Artemae* filio n. Gordenorum. *Vaill.* Gr. — ΕΠ ΓΡ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΑΡΤΕΜΑ, *Sub Scriba Traiano, Artemae* fil. n. Trallianor. *Vaill.* Gr.

ΑΡΤΕΜΙΔος, *Dianae*. v. ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟϹ, *Artemidorus* praetoris vel archontis nomen. ΕΠΙ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ etc. *Sub Artemidoro*. n. Philadelph. — ΕΠ. Ϲ. ΑΥΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. n Teiorum. — ΕΠ. Γ. ΟΚΤ. vel ΕΠ. ϹΤΡ. ΟΚΤ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. n. Thyatiren. — ΕΠΙ ϹΤΡ. Π. ΑΙΛ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. n. Cyzicenor. — ΕΠΙ ϹΤΡ. ΤΙΒ ΚΛ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. n. Colophon. — ΛΟΥ. ΚΛΑΣΟΥ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. n. Aegaeor. Aeolidis.

ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ, *Dianae*. ΕΦΕϹΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗϹ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ, *Ephesiorum Iterum Neocororum* i. e. Auguſtorum, *Et Dianae*. *Al.* ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Ter* nempe Auguſtorum, ΚΑΙ ΤΗϹ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ. n. Epheſior. — ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΗϹ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ, nempe *Leucophrynes*, vt Epheſii erant *Dianae Polymammiae* neocori. n. Magnet. ad Maeandr. — ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ ΠΕΡΓΑΙΑϹ ſiue ΠΕΡΓΑΙΑϹ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ, *Pergaeae Dianae, Venatricis* ſcilicet, quae vel ſt. in templo, vel d. arcum. In aliis Pergae numis ΠΕΡΓΑΙΑϹ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ ΑϹΥΛΟΥ, *Pergaeae Dianae Inuiolatae*, vti in Epheſiorum numo ΑϹΥΛΟΥ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ ΕΦΕϹΙΩΝ.

ΑΡΤΕΜΙϹ, *Diana* in Epheſiorum numis frequens. In quodam Epheſino apud *Spanhemium* numo ϽΙΜƎΤqΑ loco ΑΡΤΕΜΙϹ inuerſo ac perturbato ſcribendi ordine, dextra ſiniſtram verſus, more Phoenicum, inuenitur. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΑ, *Diana Epheſia* cum adminiculis et ceruis; vel Diana cum verubus in templo 4. col. vel *Diana Venatrix* diſcerpens ceruum; vel arcum tenet; vel arcum tendit, prope eam canis; vel telum dextra depromit, ſ. arcum, ad pedes ceruus, pone eam arbor; vel in curru duorum ceruorum, ſ. telum. ΕΦΕϹΙΑ ΑΡΤΕΜΙϹ et Dianae ſimulacrum in templo tetraſtylo. n. Domitiani. *Morell.* in Domit. Tb. 16. n. 10. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΑ ΑϹΥΛΟϹ, *Diana Epheſia Inuiolata* cum admin. et ceruis. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΩΝ, *Diana Epheſiorum* c. admin. vel *Diana Venatrix* ceruum diſcerpens; vel ſtans inter duas arbores; vel ſt. d. facem ardentem; vel ambabus facem, pro pedibus canis; vel telum depromit; vel in bigis d. aurigante, ſ. arcum; vel in curru duorum ceruorum, d. ſagittam e pharetra, ſ. arcum; vel caput Dianae in creſcente luna cum pharetra ſupra dorſum; vel caput Iuliae. *Vaill.* Gr. Num. p. 6. — Rarius legitur ΕΦΕϹΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙϹ. Sic in n. Tranquillinae ſcribitur, et Diana Venatrix biga ceruorum vecta, *Haym.* Th. Br. II. Tb. 45. fg. 8. — Similiter in n. Valer. Sen. Diana cum cane venatico, arcu pharetraque pone arbor. *Hulſ.* XII. Impp. p. 89. — ΕΦΕϹΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙϹ ΑϹΥΛ. *Diana Epheſiorum Inuiolata* cum adminic. et ſole et luna. n. Phil. Iun. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙΑ, *Diana Claria*. In Colophoniorum Ioniae n. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙΑ, vel ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙΩΝ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Diana Clariorum Colophoniorum*. Diana expanſis brachiis, quae verubus fulciuntur. Æ 2. Domitiani cum eius cap. laur. *Morell.* Imp. II. in Domit. Tb. 21. n. 12. p. 482. Variat epigraphe, nam apud

apud *Harduin.* p. 252. ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙΑ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Sed et in numis Traiani penes *Harduinum* ΚΛΑΡΙΩΝ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ legitur, adeoque ex nomine tutelaris Dei ſui adpellationem vſurpaſſe clariſſime liquet. Ceterum frequentius in numis ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙΑ, *Diana Claria*, habetur. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ, *Diana Colophonia*. Diana polymammia cum adminiculis et ceruis. — ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΑΡΤΕΜΙϹ, *Metropolitarum Diana.* — ΑΡΤΕΜΙΣ ſub capite Dianae. Æ. Neapolitarum Campaniae. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΠΕΡΓΑΙΑ, *Diana Pergaea* in Pamphylia. Diana Venatrix telum depromit e pharetra, ſ. arcum. *Al.* Diana Pergaea in templo a. col. n Pergaeor. — ΑΡΤΕΜΙϹ ΤΥΧΗ ΓΕΡΑϹΩΝ, *Diana Fortuna Geraſorum* in Decapolitana Syriae. Caput Criſpinae, cuius numus eſt, ſub Dianae forma, cum creſcente luna in capite et pharetra in dorſo. — De numo ΦΙΛΑΡΔΕΜΙΔα, *Amicum Dianae* inſcripto, v. ΦΙΛΑΡΔΕΜΙΔ.

Artemiſia, Hecatomni Cariae regis filia, ſoror ſimul et coniux Mauſolei, cui in dynaſtia Cariae ſuccedit ad biennium, et quam diu vixit, vixit in luctu. In numo argenteo vnciali, vt creditur ficto, hinc cum ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΣ, illinc cum Mauſolei, in mariti defuncti memoriam icone et inſcr. ΜΑΥΣΩΛΕΙΟΝ. Artemiſiae facies admiratione intuentes tenet, ſiue decus oris, formamque ſuauiſſimam et vere regiam, ſiue circinatos crines, diadema et velum poſteriori capitis parti admotum meditentur. Auerſa pars frontem dextrumque latus mauſolei ſplendidiſſimi ſecundum perſpectiuae artis regulas delineat, inter ſeptem mundi miracula numerati. cf. Collect. *Genouef.* p. 39.) Polyc. *Tenzelii* Sel. Num. Argentea. p. 33.) Io. Chriſtoph *Auenarii* diſſ. de Artemiſia et mauſoleo, occaſione numi. Lipſ. 1714. 4.) Marie Dorothee *Loeſcher* reflexions ſur une médaille d'Artemiſe et de ſon mauſolée. à Potsdam 1748. 8.) *Guſſeme* II. p. 277. qui vero legit: ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ.)(ΜΑΥΣΩΛΕΙΟΝ, *Mauſoleum*, in cuius vertice quadrigae. *Froelich.* Not. Elem. p. 135. ſed fatetur, ſe Artemiſiae reginae vetus numiſma non conſpexiſſe.

Artemius, qui et *Anaſtaſius* II. adpellatus, Philippici a ſecretis, a populo ſimul et ſenatu Conſtantinopolitano Imperator dictus eſt Ao. Chr. 713. Vir omni doctrinae genere eruditus, et agendo verſutiſſimus. Claſſem miſit in Saracenos, ſed milites, infecta re, ne ad Imperatorem iratum reuerterentur, Theodoſium Imp. pronuntiarunt, qui Conſtantinopoli potitus, Artemium cepit, et in ordinem redegit. Alii dicunt, Artemium a Theodoſio Nicaeae victum, et captum. Leone autem III. imperante, priſtinae dignitati ſeſe reſtituere molitus eſt Artemius, Bulgarorum auxiliis inſtructus; ſed ab his ipſis a Leone pecunia corruptis Imperatori traditus eſt, et nonnullos poſt annos occiſus. Imperauit annos 2. cum dimidio circiter. — Ex auro tantum reperitur eius moneta rariſſima, in qua ſcriptum: DN APTEMIVS (*ſic*) ANASTASIVS MV. Artemii protome a fronte ad pectus cum paludamento, d. tenet globum crucigerum. Monetarii illius aetatis Graecas litteras cum Latinis ſaepe commiſcebant, hinc APTEMIVS cum P Graeco.)(VICTORIA AVGuS. Crux iugata in medio numo, in ima partte CONOB. *Bandur.* II p. 699. 700.) *Guſſeme* II. p. 277.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 34. fg. 8. ſed ibi DM. ARTЄMuS ANASTASIuS P F AV. Artemii protome cum globo crucigero.)(VICTORIA AVGu H●. Crux eadem, infra CONOB.) Muſ. *Theupoli* p. 376. ſed D. N. ARTEMIVS P. F. AVG. Caput diad.)(*ſine perigr.* Crux in corona. Al.

ΑΡΤΕΜΩΝ, *Artemon* nomen praetoris Mytilenaeorum: ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΡΤ...

ΑΡΤΕΜΩΝΟϹ etc. *Sub Praetore Artemone.* n. Sept. Seu. Muſ. *Alb.* I. Tb. 49. n. 3. p. 100. — b) magiſtratus Rhodiorum ΑΡΤΕΜΩ. Ἀρτέμωνος, *Artemonis.* *Vaill.* Gr.

ΑΡΘΕΝVΑΟϹ legitur in n. mediae magnitudinis incerto apud *Schulz.* Numoph. I. p. 71.

ΑΡΤΗΓΛΑϹ ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ, magiſtratus *Ancyranorum* Phrygiae. Muſ. *Hunter.* Tb. 5. n. 2.

Artificium quorundam inſigniorum numi ficticii in conſpectum duxit editor Muſ. *Pembrok.* P. III. Tbb. 110. 111.

ARTIS vid. REGI.

Artium vſus in numis, et per numos. cf. Io. Guil. *Berger.* de muſeis Italicis in Strom. p. 28. ſqq.

ARTV. vel ARTVR. duumuiri nomen. L. ARTV C. COMIN. IIVIR. *al.* L. ARTVR C. COMI. n. Paeſtanorum Lucaniae.

ARVA antiquum municipium Hiſpaniae Baeticae, in cuius numo caput virile, pone aſtrum, infra delphinus.)(ARVA. Eques cum haſta. *Guſſeme* II. p. 277. e *Floretio.*

Aruernae rex v. *Bituitus.*

Arula ignita denotans ſacrificia pro ſalute Imperatoris perpetrata, frequens conſpicitur in coloniarum atque vrbium numis. vid. *Ara.*

Arundo inſigne fluuii, lacus et aquarum, vel in eius manu, vel caput ornat. — *Arundo* in manu figurae obſeruatur in n. Aegyptiis; pariter Amaſiae, Amaſtris, Anazarbi, Ancyrae Galatiae, Antiochiae Cariae, et Piſidiae, Apameae ad Maeandrum, Aſcalonis, Blaundi, Cadorum, Cibyrae, Cilbianorum Superiorum, Colophonis, Cretae, Dioſheris, Epheſi, Germ. Helleſponti, Gordi, Hyrgaleae, Iuliopolis, Metropolis Phrygiae, Nicaeae, Nicopolis Moeſiae, Odeſſi, Pautaliae, Pergami, Perperenae, Philippopolis Thraciae, Phocidis, Saittenorum, Sami, Sardis, Smyrnae, Tarſi, Temni, Tii, Traianopolis, Trallis, Tripolis Cariae; item in n. Impp. Veſpaſiani, Domitiani, Traiani, Hadriani, Antonini, M. Aurelii, Commodi, Pertinacis, Balbini, Maximi Caeſaris, Gallieni, Poſtumorum, Hanibelliani, Iuliani Apoſtatae. — Mulier decumbens cum *arundine* in manu n. Corinthi, Cretae, Phocidis, Pompeiopolis Ciliciae, Topiri; *et* Impp. Traiani, Hadriani. — Caput mulieris *arundinea corona* redimitum n. Bruttiorum, Emporiae, Metaponti, Opuntis, Syracuſae, Tyndaridis. — Piſcator cum *arundine* n. Carteiae, Patrarum. — *Arundo* ſiue ferula in Imperatorum thoracatorum manu haud raro obſeruatur.

Aruntius pontifex et archon in n. Temenothyrenſium Lydiae. *Patin.* Theſ. Num. p. 98.) *Spanh.* I. p. 257.

Aruſpex vid. Haruſpex.

ΑΡΥ. Aquila ſtans.)(Caput Apollinis laureatum. *Arigonius Arycae* Graeciae, vel *Ariciae* Latii tribuit. *Froelich.* Not. Elem. p. 76 De hoc numo diſſerens *Pellerin.* Suppl. II. p. 124. animaduertit, numum *Arycandae* in Lycia tribuendum, ſi modo epigraphe non fallit. At vero ex mente *Eckhelii* Num. Vet. p. 217. eſt *Abydenus* numus, vt typus liquido arguit, legendumque ΑΒΥ pro ΑΡΥ.

Arycanda Lyciae nulla re nobilitata fuit. Arycandi Lyciae fluuii meminit *Plinius* L. V. c. 27. et vrbis cognominis *Stephanus*, vt et *Hierocles* in Synecdemo. Notitiae antiquae Graecae in geographia ſacra Caroli a *S. Paulo* p. 239. *Aucanda*, vel *Acanda* praeferunt, locis manifeſto luxatis, reſtituendumque

Ary-

Arycanda. In aliis notitiis aliter corrupte ſcriptum reperitur. — *Pellerinius* Rec. T. II. p. 134. numum edidit, in cuius antica caput aduerſum.)(ΑΡΥΚΑΝ. Ceruus intra coronam, quare eum tuto *Arycandae* tribuendum cenſet. At *Eckhelio* ſcrupulus haeret, an non legendum potius ſit ΑΒΥ. et reliquae litterae ΚΑΝ. magiſtratum notent, numusque *Abydo* reſtituendus. Confer hunc numum cum altero Abydi ab eodem Tb. 51. n. 13. vulgato. Inferiore τοῦ Β annulo aerugine exeſo facile, quod re ipſa Β eſt, pro Ρ legi poteſt, vti forti in ſimili Abydeno ab *Arigonio* prolato ΑΒΥ. pro ΑΡΥ. legendum erit. Quare nullum hactenus compertum eſt numiſma, vt coniicit *Eckhel.* Num. Vet. p. 217. quod absque erroris metu *Arycandam* referre liceat. Eo immunis eſt Tranquillinae numus magni aeris, isque nitidus et integer, cuius ectypum offert *Eckhel.* l. c. Tb. 12. fg. 19. Legitur in eo: CΑΒ Є ΙΝΙΑ ΤΡΑΝΚΥΛΛ Є ΙΝΑ. Caput Tranquillinae lunae impoſitum.)(ΑΡΥΚΑΝΔ Є ΩΝ. Imperator paludatus capite radiato vectus equo citato, d. haſtam intorquet. Equitis Imperatoris typus, atque in hoc numo Gordiani III. ea aetate, et in hoc tractu obuius; at numus, quod hactenus vnicus eſt certus in hac vrbe ſignatus, eximii eſt pretii.

ΑΣ. *Aſiagenes.* SCIP. ΑΣ. *Scipio Aſiagenes.*

ΑC. 'Ασιάρχου, *Aſiarchae*, munus ſacerdotale, vel etiam politicum.

ΑC. 'Ασίας, *Aſiae* prouinciae.

ΑΣ. 'Ασκαλωνιτῶν, *Aſcalonitarum*, initialibus his litteris Aſcalonitae antiqui Palaeſtinae populi ſaepe vrbis ſuae nomen notant tam in autonomis, quam imperialibus addita plerumque epocha. vid. *Aſcalon.* — *Panelius* eas litteras ad *Aſſam* Macedoniae refert.

ΑΣ. 'Ασύλου, *Aſyli*, ſeu refugii ſacro iure gaudentis, aut *Inuiolabilis.* — ΑΡΑΔΙΩΝ ΑΣ. *Aradiorum Aſyli.* — ΚΑΙC. CΕΒ. ΙΕΡ. ΑC. Π. ΠΑΝΕΙΩ, *Caeſareae Auguſtae Sacrae Aſyli Ad Panium* Ituraeae. — ΚΑΠΙΤΩ. vel ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ ΙΕΡ. ΑC. ΑΥ. *Capitoliados*, vel *Capitolienſium Sacrae, Inuiolabilis, ſuis legibus* Coeleſyriae. CΕΒ. ΑC. *Sebaſte Inuiolabilis* Palaeſtinae. — ΙΕΡ. ΑΣ. *Tyri, Sacrae, non violandae. al.* ΤΥΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΑΣ ΑΣ *Tyri Metropoleos, Sacrae, Inuiolabilis.* vid. *Aſylum.*

ΑΣ. *Harduinus* Oper. Sel. p. 611. in Chronologia veteris teſtamenti ad Antiochi VIII. regis Syriae Æ. numum minus recte interpretatus eſt Πρώτης Συρίας. Sed lectio eſt inſolita. Ex *Froelichii* coniectura τὸ ΑΣ *Aſcalonitas* denotat. Annal. Syr. Reg. p. 101. Ex mente vero *Bimardi* ad *Iobert.* Not. rei numar. II. p. 158. 159. elementum Σ mutandum ſit in Ρ. et tunc ΑΡαδίων, *Aradiorum* legi poſſit.

ΑC forte *Annum* 201. in n. Laodiceae Syriae in Antonino Pio notans.

ΑΣ in area n. Neapolis Campaniae. — in area ciſtophori numi Tryphonis Syriae regis.

ΑC monogramma n. Arcadi inſulae.

A. S. *Aquileiae Signata*, in imo n. Conſtantini M. etc. — *Harduin.* Oper. p. 472 et 479. cui vero *Auguſti Securitas.*

Α. C. 'Αυρήλιος Σεουῆρος, *Aurelius Seuerus.* M. *al.* ΜΑΡ. Α. C. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC, *Alexander Seuerus.*

AS impreſſum cernitur in n. Claudii. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 113. fgg. 5. 6. Huiusmodi numos aereos tali nota inſignitos *Aſſis* valorem obtinuiſſe credimus.

As numi aerei genus er[illegible] nis, qui libralis primum e[illegible]

et *graue as* (vollwichtig) perſaepe a ſcriptoribus dicitur. *Liv.* L. IV. c. 60. Poſtquam vero Romanus populus aere alieno premeretur ex ſingulis aſſibus liberalibus ſextantarii, deinde vnciales, et lege tandem Papiria ſemunciales facti ſunt. *Plin.* L. XXXIII. c. 3. — Diuerſae ſunt eruditorum in determinandis pretiis ſententiae; quodſi vero, quae multorum ſententia eſt, denarium Romanum, ſedecim aſſibus ſemuncialibus conſtantem, tribus groſſis Miſnicis comparamus, in multis videbimur habere, in quo, ſi non plane immoti, at tutiores tamen conſiſtamus.

I. *De aſſium varie diminutorum differentia.*

As liberalis ad noſtram pecuniam exactus exaequat fere	4 gr.	6 pf.
As ſextantarius -	—	9
As vncialis - -	—	4½
As ſemuncialis - -	—	2¼

II. *De aſſe librali ſeu aere graui.*

As libralis - -	4 gr.	6 pf.
Semiſſis - -	2 -	3
Triens - -	1 -	6
Quadrans - -	1 -	1½
Sextans - -	—	9
Vncia - - -	—	4½
Semuncia - -	—	2¼
Sextula - -	—	¾
Dupondius - -	9 -	—
Seſtertius -	11 -	3
Quadruſſis - -	18 -	—

III. *De aſſe ſemunciali.*

As ſemuncialis exaequat -	2¼ pf.
Dupondius - -	4½
Seſtertius quatuor aſſibus conſtans	9

As graue a quinquaginta annis; quibus rei numariae ſtuduit, et poſt duodecim Romam peregrinationes, quo antiqui pro moneta vtebantur, in muſeis non obſeruauit *Vaillantius;* ſed *aes*, cui bos aut vacca erat inſculpta ex vnciis duodecim, et alterum, cui porcus erat inſculptus ex pondere ſex vnciarum, vnde haec moneta ita pecu ſignata, dicta eſt *pecunia*, quae Romae in vſu fuit vsque ad tempora Seruii Tullii regis, quibus *Plinius* monetam cum Iano bifronte atque Saturni naui fuiſſe ſignatam refert, numquam duodecim vnciarum illa fuit, ſed tantum ex vnciis quatuor, vt ex vetuſtiſſimis numis, quales hodie etiam occurrunt Ptolemaeorum. In iis autem primis temporibus nulla erant nomina, ſed tantum in illis qui *librales* dicti erant, quod in librae locum facti eſſent. — Nota I. ſupra caput Iani bifrontis ad eam deſignandam et in aliis nota S. ad dimidiam partem. Bello autem Punico primo, cum impenſis reſpublica non ſufficeret, imminui coepere aſſes quod vocabant librales ex nota I. vnam libram denotante et ſextantario pondere cudi placuit, vnde dimidiam partem lucrata eſt, et tandem ſecundo Punico bello, Hannibale vrgente, aſſes illi facti ſunt vnciales cum eadem ſemper nota I. Placuit enim eo tempore denarium argenteum XVI. aſſibus permutare, et pondus quod in aere erat diminutum ex dimidia parte. In argento ob eius penuriam non quidem materia eſt minuta, ſed pretium auctum eſt, quod poſtea ad priſtinum ſcilicet pro decem aſſibus; quod in aerea moneta non accidit, quae ſemper ab hoc tempore in eo ſtatu permanſit; vnde aerei numi ſextantarii, qui occurrunt ab A. V. C. 489 ſeu 490 vsque ad 535 ſeu 536, quo coepit bellum Punicum ſecundum, percuſſi ſunt et vnde eruendae ſunt familiae, ad quas ſpectant. Nam typus Iani et inde nauis non permutatus eſt, imo fere ſemper conſtitit. *Ouidius* in Faſtis interrogat: — — Cur naualis in aere
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?
Cui Ianus ipſe:
Noſcere me duplici poſſes ſub imagine, dixit,
Ni vetus ipſe dies extenuaſſet opus.

Cauſa

Cauſa ratis ſupereſt: Thuſcum rate venit in amnem
Ante pererrato Falcifer orbe Deus.

De aſſe et aſſibus imminutis fuſius egit *Wachter* Archaeolog. Numar. c. 9 et 10. p. 112 ſq.

Aſſis partes erant 1) *Deunx*, i. e. vndecim vnciae, quaſi dicas *deeſt vncia*, quod verum húius nominis etymon eſt. 2) *Dextans*, decem aſſis partes, ſiue decem vnciae. 3) *Dodrans*, nouem aſſis partes, ſeu vnciae nouem, a demto quadrante, quod quartam aſſis partem demat, ita dictus. 4) *Bes*, ſeu duae tertiae aſſis partes vel vnciae octo; bes enim ex *dues* ortum videtur, vt bis ex duis. 5) *Septunx*, ſeptem vnciae. 6) *Semis*, ſiue *ſemiſſis*, dimidia pars aſſis, ſiue ſex vnciae. 7) *Quincunx*, quinque vnciae. 8) *Quadrans*, quarta pars aſſis, tribus punctis, quae totidem vncias ſignificant, notata. 9) *Sextans*, ſ. ſexta pars aſſis duarum vnciarum, quae duobus punctis notari ſolent. 10) *Vncia* et *ſtips vncialis*, duodecima aſſis pars. Maior ex his aſſis partium numerus, quae quidem adhuc obſeruatae fuerunt, *ſemiſſem*, ſiue dimidiam aſſis partem exhibet; ſed *deunx*, *dextans*, *dodrans*, *bes*, et *ſeptunx* nondum obſeruati fuere. *Aſſis partes* ſic exprimuntur: *As ſextantalis*, in cuius antica Ianus bifrons, cum nota oblonga, ſuperne poſita.)(Nauis prora, cum ſimili nota; adpendit vncias 9. grana 5. librae Norimbergenſis. — *Al.* ſimilis vnc. 8. dr. 5. gr. 5. — *Al.* ſimilis ſed ſine nota inſtar clauae. vnc. 8. dr. 5. gr. 45. — Caput Iani imberbe vtroque vultu.)(Caput Mercurii, retro harpa. vnc. 9. gr. 5. *Eckhel.* Cat Muſ. Caeſ. II. p. 1. — *Stips aſſis ſextantalis* in aduerſa parte caput galeatum, pone quod eſt punctum.)(ROMA. Nauis prora, infra punctum. — Inter Romanorum vetuſtiſſima ſibi locum vindicat Talus adiecto vno globulo.)(Talus ſine globulo. — Caput Solis radiatum.)(Luna falcata adiecto globulo cum duabus ſtellis, infra ROMA. Solem enim et lunam antiquiſſimos deorum iam Aegyptiis creditos, *Diodori* fide conſtat. Et eosdem Romanis etiam cultos non diffitebitur, qui carmen ſaeculare *Horatii* legerit. Stellae Dioſcurorum videntur, quos et ipſos rei Romanae fauentes hiſtoria docet. — Concha margaritarum Veneris inſigne, in imo duo puncta.)(Caduceus, inſigne Mercurii, adiectis duobus punctis. — Concha, ab vtroque numi latere, adiectis duobus globulis. — Caput Mercurii pileatum, adſtant duo globuli.)(Nauis et duo globuli. — Caput Herculis, e rictu leonis proſpiciens, pone tria puncta.)(Prora nauis, ſubtus tria puncta. — Caput galeatum, adiectis quatuor globulis.)(Nauis cum quatuor globulis. vid. *Semiſſis*, *Sextans*, *Triens*, *Quadrans*.

De *aſſe* eiusque partibus conſulendi: Carol. *Arbuthnot* de aſſe, in Tabulis antiquorum numorum cet. cap. 3. p. 9. — *Guil Budaeus* de *aſſe* et partibus eius. Pariſ. 1516. qui liber deinceps ſaepius recuſus et inſertus eſt Adam. *Rechenberg.* hiſtor. rei numariae ſcriptor. Lipſ. 1692. 4. Excerpta libri Guil. Budaei de aſſe, vid. Henr. Gunt. *Thulemarii* de Siclis et talentis etc. Erford. 1676. 12. Extrait ou abregé du Livre de *aſſe* de feu Mr. *Budé* etc. à Paris. 1550. 12. — Henr. *Loritii* lib. de *aſſe* et partibus eius. Baſil. 1550. fol. — Georg. *Heniſchius* de *aſſe* et partibus eius. Auguſt. Vindel. 1606. 8. — Io. Ge. *Wachter* de *aſſe* etc. in eius Archaeol. Num. c. 9. et 10. — I. E. I. *Walch* de *aſſe* Romanorum adpend I. ad *Cellar*. Antiq. Rom. — Io. *Wardi* de *aſſe* et partibus eius commentarius, praefixus eſt Part. II. monumentor. vetuſtatis Kempianor. — Conyers *Middleton as romanorum libralis*, eius partes, auctor,

auctor, imminutiones, notae. vid. inter eius germana antiquitatis eruditae monumenta p. 185-211. — L. Voluſii *Maeciani* diſtributio *aſſis* et vocabula ac notae partium in rebus pecuniariis, pondere, numero, menſura, ſubiecta I. F. *Gronouii* Libb. de ſeſtertiis p. 395-400. — Ibidem p. 400-402. legitur *Balbus* Menſor de *aſſe* eiusque minutis portiunculis. — Eduard. *Brerewood* de ponderibus et pretiis veterum numorum, eorumque cum recentioribus collatione. Londini 1614. inſert. Bibl. ſacr. polyglott. Anglic. cura *Waltonii* Tom. I. Londini 1657. fol. — I. G. *Iani* Opuſcula p. 31 ſqq. — I. Bapt. *Paſſerii* paralipomena in Th. *Dempſteri* libros de Etruria c. 9. p. 185 ſqq. — Oth. *Sperling*. de numis non cuſis cap. 33. p. 200. ſqq.

Aſander in Boſporo ſe initio Ethnarcham duntaxat, ſeu gentis principem adpellauit circa A. V. C. 707. poſtea ab Auguſto Rex Boſpori renuntiatur circa 726 ad 740. *Froelich.* Num. Reg. p. 100. *Si Luciano* in Macrobiis fides tum annum aetatis nonageſimnm agebat; fame ſe enecauit, cum Scribonio militare imperium in Boſporo ab Auguſto daretur. Attamen Aſander, qui male cum Caſſandro confuſus eſt, ante Auguſti auctoritatem accedentem ſe regem ſcripſiſſe videtur, numis teſtibus, qui alioqui diu armis contra Romanos ſua eſt tuitus. — Huius Aſandri numiſmata inuenta ſunt vel cum *Etnarchae*, vel cum *Regis* titulo; priora argentea ſunt, poſteriora etiam aurea: 1. Caput Aſandri nudum imberbe.)(ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΣΑΝΔΡΟΥ ΒΟΣΠΟΡΟΥ, *Principis Aſandri, Boſpori.* Victoria naui inſiſtens d. ſertum, ſ. palmae ramum, in area Χ Η, ΑΠ. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 10. fg. 11. p. 156. — 2. Caput Aſandri imberbis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΣΑΝΔΡΟΥ, *Regis Aſandri.* Victoria ſt. vt in praecedente, in area ΜΓ. *Panticapaeum.* Item aliae in aliis binae, vel ſingulae litterae, quae *annum regni* indicare poſſunt, nempe obſeruatae ſequentes · Δ. ς. Ζ. Η. ΙΔ. id eſt *anno* 4. 6. 7. 8. 14. A) *Cim. Vind.* I. p. 4. cum Δ. in area.) *Eckhel.* Cat. I p. 135.) *Froelich* Not. Elem. Tb. 10. fg. 12. cum monogr. litteram Π Α.) *Eiusd.* Num. Reg. Vet. p. 87. cum Δ et p. 100.) *Guſſeme* I. p. 278. n 1) *Spanh.* I. p. 488. *et* epiſt. III. ad *Morell.* ſed ſignat caput regis diad. cum apluſtri a tergo. — 3. Caput diademate cinctum.)(ΑΣΑΝΔΡΟΥ. Canis vel aliud animal pedem vaſculo imponens. *Guſſeme* I. p. 279. n. 2. — Aſandro exſtincto, Scribonius, ducta Dynami, Aſandri vidua, Pharnacis filia, ſe Boſpori principem tulit, ſed mox a ſuis occiſus eſt. — *Aſandri* nomen familiare dein Boſpori regulis poſteriori aeuo.

Α. Σ. Β. Ν. Ἀρίστων Σεβαστῶν Δὶς Νεωκόρων, *Optimorum Auguſtalium, Bis Neocororum*, ciuium Ancyrae in Galatia. Forte τὸ Α. Σ. *Aſclepia Soteria*, vt in aliis Ancyranorum numis. *Froelich.* Not. Compend. Graec. ad calcem Annal. Reg. Syr. p. 141.

Aſcalon, Gr. Ἀσκαλὼν, vrbs maritima Palaeſtinae, ſeu Iudaeae, antiquiſſima, nunc *Scalona*; vna fuit ex quinque Philiſtinorum ſatrapiis, in Aſſyriorum, dein Perſarum dominium venit, tandem ab Alexandro capta, ſub Ptolemaeo fuit, quam Syriae adiecit Antiochus Magnus, et in ſucceſſorum dominio manſit vsque ad tempora belli ciuilis inter Antiochos Epiphanem et Philopatorem fratres, quibus ſe in libertatem vindicauit Ao. 10. Olympiadis 169 et V. C. 650. ante Chr. 103. quo Aſcalonis noua *epocha* coepit, omiſſa veteri Seleucidarum aera, vt luculenter docuit *Noriſ.* Epoch. Syro Maced. Diſſ. IV. c. 4. §. 1 ſqq. et ex eo *Vaill.* Hiſt. Syr. Regum. p. 351. — *Metropolis* adpellata in Hadriani numo, quem *Holſten.* Not. ad *Stephan.* p. 51. e

Ligorii collectionibus adduxit hac epigr. ΑΣΚΑΛΩΝΕΙΤ. ΜΕΤΡ. *Aſcalonitarum Metropolis*; niſi forte illis litteris ΜΕΤΡ. *Metrodori* aut *Metrophanis* vrbis illius tum praetoris nomen intelligi debeat. *Spanh.* I. p. 595.

A) *Autonomi* Aſcalonis. 1. Caput muliebre turritum ad d.)(ΑΣ. Ἀσκαλωνιτῶν, *Aſcalonitarum*. Nauis cum remis. Æ 3. cuius delineatio et explicatio a *Swintonio* tentata in Philoſ. Tranſact. Vol. LXI. P. II. Tb. 13. fg. 2. p. 348.) in Muſ. *Hunter*. Tb. 7. fg. 14. depictus, et p. 46. recenſitus. — 2. Caput Herculis leonis rictu ornatum.)(ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, *Alexandri* ſcil. Magni, cuius honoribus feriri iuſſit vrbs Aſcalon. Iupiter ſedens, in area ΑΣ. et ſub hiſce litteris triangulum, in cuius centro punctum eſt. ꝶ. vulgatus a *Neumann*. Pop. Num. I. Tb. 5. fg. 5. — 3. *Alius* ſimilis cum annis epochae ΚΓ. (23.) notato, de quo *Pellerin*. Mel. T. I. p. 115 agit, corrigitque *Panelium*, qui tales *Aſſam*, Macedoniae vrbem, traduxit.) *Eckhel*. Num. Vet. p. 72. — 4. *Alius* ſimilis, ſed epocha eſt ΚΗ. (28) et intra Iouis ſellam remus. Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 53. fg. 5.) *Eckhel*. l. c. — 5. Caput barbatum Iouis vel Herculis.)(ΑΣ. ΘΙ. *An*. 19. vel ΘΡ. (109) Aquila cum tranſuerſo palmae ramo inſiſtens fulmini. Æ 2. *Eckhel*. Cat. I. p. 250. — 6. Caput muliebre turritum et velatum ad d.)(Nauis cum remis, addito ΗϘΡ. *Anno* 198. Æ 3. *Peller*. Tb. 84. fg. 12.) Muſ. *Hunter*. p. 46. n. 2.

B) Sunt huius ciuitatis numi ſub Auguſto, Tiberio, Claudio, Nerone, Veſpaſiano, Tito, Domitiano, Traiano, Hadriano, Ant. Pio, Sept. Seuero, Elagabalo, Alex. Seuero. Plerique numi cum ſola epigraphe ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Imperatorum effigies exhibent, ſed ita rudi arte ſculpti ſunt, vt vix dignoſci poſſint. Titi numus Aſcalonitarum primus Imperatoris nomen ſcripſit; ex *Harduini* vero mente numquam ante Sept. Seuerum Ἀυτοκράτορα quemquam Auguſtorum agnouit, aut adpellauit Aſcalon, ſed tantum Σεβαστόν, quoniam vrbs libera, teſte *Plinio* L. V. c. 14.

a) *Auguſto*: 1. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Auguſti laur.)(ΑΣΚΑΛΩ. ΓΡ. Ἀσκαλωνιτῶν. *Aſcalonitarum Ao*. 103. V. C. 752. Mulier turrita ſt. ſupra proram, d. ſceptrum, vel haſtam puram, hinc tridens, inde columba. Æ 2. *Eckhel*. Cat. I. p. 250.) *Guſſeme* I. p. 279. n. 1.) *Harduin*. p. 618. 702.) *Vaill*. Gr.) *Golz*. in Aug. Tb. 54. fg. 16. ſed epigraphe eſt ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ et in area annus ΔΟΡ. — 2. ΣΕΒαστός, *Auguſtus*. Caput Auguſti laur.)(ΑΣΚΑΛ. ΓΙΡ. *An*. 113. V. C. 762. Chr. 9. Mulier turrita ſt. d. haſtam, ſ. arundinem; ante illam ara eſt, pone columba. Æ 2. *Morell*. Th. Imp. in Aug. Tb. 39. fg. 9. p. 397.) *Noriſ*. Epoch. Syro Maced. p. 508.) *Patin*. Imp. p. 46. vbi altera tantum huius numi pars depicta.) *Harduin*. p. 625. 703. — Figura illa muliebris vrbis eſt genius, ſiue ipſa eſt *Aſcalon*, quae more in numis recepto turrito capite atque d. haſtam tenens effingitur. *Eckbelio* videtur *Aſtarte*, d. haſtam in crucis formam, ſ. acroſtolium etc. *Arundinem* vero in poſteriore numo tenet laeua, ſymbolum lacus Aſcaloni vrbi propinqui, in quem Dercetum ſeſe immerſiſſe hiſtoria fabularis refert, poſtquam puellam, cui Semiramidi poſtea nomen fuit, peperiſſet. *Ara* quae ante fig. muliebrem cernitur, diuinos honores, Semiramidi, atque matri eius habitos, ex *Hauercampi* mente denotat. *Columba* ad eandem Semiramidem adludit. Expoſitam enim a matre, partus pudore ſubfuſa, a columbis lacte et caſeo nutrita fuiſſe traditur, et inde ingens ſemper in vrbe Aſcalone atque agro eius columbarum extitit numerus.

b) B

b) *Tiberio.* ΑΣΚΑΛΩ. ΑΛΡ. *An.* 131. V. C. 780. Chr. 27. Tiberii 13. Mulier eadem ſt. d. haſtam, ſ. acroſtolium, vel vt alii malunt, cepam. Æ 2. *Guſſeme* ib. n. 2) *Harduin.* p. 626. 709.) *Vaill.* Gr. — Praeſtantiſſimis cepis ferax, eadem ſignata videri in moneta Aſcalonis, non roſtra nauis, aut acroſtolium, vt *Noriſius* ac *Vaillantius* interpretantur. *Spanh.* I. p. 722 ſq.

c) *Claudio.* 1. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Claudii nudum.)(ΑΣΚΑΛω. ΝΡ. *An.* 156. V. C. 805. Chr. 52. Claudii 12. Mulier turrita ſt. ſuper proram, vt in prioribus. Æ 2. *Guſſeme* n. 3.) *Harduin.* p. 635. 720.) *Morell.* in Claudio Tb. 7. fg. 5. p. 31.) *Noriſ.* ib. p. 508.) *Vaill.* Num. Gr. p. 13. ſed mulier ſt. ſuper anguem, vt pictura numi docere videtur, poſt illam columba, ante eandem ara. — 2. Κ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Caeſar Auguſtus.* Caput Claudii laur.)(ΑΣΚΑΛΟ. ΒΞΡ. *An.* 162. Idem mulieris typus. Æ 2. Muſ. *Theup.* p. 842.

d) *Neroni.* 1. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Neronis laur.)(ΑΣΚΑΛΩ. ΑΟΡ. *An.* 171. V. C. 820. Chr. 67. Idem mulieris ſt. typus. Æ 2. *Guſſeme* n. 4.) *Harduin.* p. 636.) *Morell.* in Claud. Tb. 12. fg. 18 p. 113.) *Noriſ.* p. 506. 507.) *Vaill.* Gr. — 2. *Alius* cum *anno* ΒΟΡ. (172.) *Guſſ.* ib.

e) *Veſpaſiano.* 1. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Veſpaſ. laur.)(ΑΣΚΑΛΩ. ΒΟΡ. *An.* 172 V. C. 821. Chr. 68. Mulier inſidet temoni, ſ. c. c. Æ 2. *Guſſ.* n. 5.) *Hard.* p. 637.) *Vaill.* Gr. — 2. *Alius*, ſed ΑΣΚΑΛΩ. ΡΟΕ. *An.* 175. Mulier, vt in prioribus inter aram et columbam. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Hard.* 732.) *Vaill.* ib. — 3. ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Veſp. laur.)(ΑΣ. ϚΟΡ *Aſcalonitarum Anno* 176. Figura militaris ſt. d. gladium elatum, ſ. clipeum, et palmae ramum. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 250. — 4. *Alius*, ſed ΑΣΚΑΛΩ. ΒΠΡ. *An.* 182. Mulier inter aram et columbam. Æ 2. *Harduin.* p. 734.

f) *Tito*, et quidem 1. cum eadem aera ΒΠΡ. 182. V. C. 831. Chr. 78. eodemque mulieris typo. Æ 2. *Guſſeme* ib. n. 7.) *Hard.* l. c.) *Morell.* Theſ. Imp. in Tito Tb. 13. fg. 14. P. II. p. 386.) *Noriſ.* Epoch. Syro Maced. Diſſ. V. p. 431 ſqq.) *Patin.* Impp. p. 151.) *Triſtan.* I. p. 304. ſed cum vocis formatione ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ.) *Vaill.* Gr.) Muſ. *Theup.* p. 851. ſed ....ΟΥΕΣΠΑ. ΣΕΒ... — Gr. — 2. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Titi laur.)(ΑΣΚΑΛΩ. ΔΠΡ. *An.* 184. *Hard.* p. 736.

g) *Domitiano.* 1. ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Domitiani laur.)(ΑΣΚΑΛΩΝΙΤ. in medio ΔΠΡ. *An.* 184. V. C. 833. Chr. 80. *Harduin.* p. 739.) *Spanhem.* — 2. *Alius*, ſed ΑΣ ΘΠΡ. *An.* 189. Miles ſt. d. gladium elatum, ſ. clipeum, et palmae ramum. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 250. 2. ΑΣΚΑΛΩ. ΘΠΡ. Mulier, vel dea inſidet prorae nauis. Æ 3. *Hard.* p. 741. — 3. Caput Solis radiatum cum litteris ΘΠΡ. *Hard.* ib. — 4. *Alius*, ſed ΑΣΚΑΛΩ ϘΡ. *An.* 190. V. C. 839. Chr. 86. Mulier inſidens prorae etc. *Guſſeme* ib. n. 8.) *Harduin.* p. 741.) *Vaill.* Gr. — 5. *Alius*, ſed figura ſt. turrita gladium attollit ſupra caput, ſ. clipeum. Æ 2. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Gr. — 6. ΑΣΚΑ.... ϘΡ. *An.* 190. Mulier ſtolata turrito capite ſt. d. haſtae innixa, ſ. Aſcaloniam cepam gerit, hinc columella, ſeu ara, inde columba alis elatis. Æ 2. *Morell.* in Domit. Tb. 21. fg. 4.) *Noriſ.* Epoch. Syro Mac. Diſſ. V. §. 1. p. 430. qui explicat ſymbola. — 7. *Alius*, ſed ΑΣ. ΡϘΗ. *An.* 198. V. C. 847. Chr. 94. Vir tunicula ſuccinctus, d. rudem, vel gladium, ſ. rotundum ſcutum cum ramuſculo arboris. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 250.) *Morell.* in Domit. Tb. 26. fg. 1. P. II. p. 500. — 8. *Similis*, ſed ΑΣΚΑΛ. ΗϘΡ. Mulier ſt. galeata, d. ſpicas, ſ. clipeum. Æ 2. *Vaill.*

Vaill. Gr.) *Harduin*. p. 743. qui vero ΑΣΚΑΛΩ. ΗϘΡ. Æ 3.

h) *Traiano*. Epigraphe extrita.)(ΑΣ. ΔΙϹ. *An*. 214. V. C. 863. Chr. 110. Fig. militaris ſt. cum gladio, clipeo et palmae ramo. Æ 3. *Eckhel*. Cat. I. p. 250.

i) *Hadriano*. ϹΕΒΑϹΤΟϹ. Caput Hadriani barbatum, et laur.)(ΑΣΚΑΛΩ. ΕΛϹ. *An*. 235. V. C. 884. Chr. 131. Mulier ſuper prora nauis etc. *Guſſ*. ib. n. 9. — In alio *Ligorius* legit: ΑϹΚΑΛΩΝΕΙΤ. ΜΕΤΡ. *Aſcalonitarum Metropolis*, vel ſub *Metrodoro* vel aliter.

k) *Antonino Pio*. Ι. ΑϹΚΑΛΩ. ΔΝϹ. *An*. 254. V. C. 903. Chr. 150. Idem typus. *Harduin*. p. 772. — 2. *Alius*, ſed cum *anno* ΕΝϹ. (255.) V. C. 904. Chr. 151. Idem typus. Æ 2. *Guſſ*. II. p. 280. n. 10.) *Harduin*. p. 29 et 773.) *Patin*. Impp. p. 227.) *Vaill*. Adpend. Icon. Num. Gr. Tb. 6. — 3. *Alius* eodem cum anno, ſed mulier cum creſcente luna in capite, d. columbam, ſ. haſtam, inſiſtit Tritoni conchylium gerenti. Æ 2. *Vaill*. Gr. p. 265. — 4. *Alius* eodem cum typo, ſed annus eſt ςΝϹ. (256) V. C. 905. Chr. 152. Æ 2. *Guſſ*. n. 10.) *Harduin*. p. 773.) *Vaill*. Gr. — 5. *Alius* cum eadem epocha, ſed mulier turrita inſidet prorae, ſ. c. c. Æ 2. *Guſſ*. ib.) *Vaill*. ib. — 6. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. Cap. laur.)(ΑϹΚΑΛΩΝ. ΞϹ. *An*. 260. vt n. 3. Mulier cum luna Tritoni inſiſtit. Æ 1. Muſ. *Theup*. p. 887. — 7. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΚΑΙ .... Caput Pii laur.)(ΑϹΚΑΛΩ. ΒΞϹ. *An*. 262. V. C. 911. Chr. 158. Ant. Pii 21. Neptunus pede ſupra ſaxum, d. delphinum, ſ. tridentem. Æ 2. *Guſſ*. n. 11.) *Hard*. p. 29 et 775.) *Vaill*. Gr.

l) *Sept. Seuero*. ΑΤ. Κ. Λ. Ϲ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ ..... Caput eius laur.)(ΑϹΚΑΛΩ. ΑΤ. *An*. 301. V. C. 950. Chr. 197. Sept. Seueri 5. Mulier ſt. cum loto, Derceto piſci conculcam d. tenenti impoſita; illa d. columbam, ſ. ſcipionem. Æ 2. *Guſſ*. n. 12.) *Hard*. p. 800.) *Vaill*. Gr.

m) *Elagabalo*. Ι. ΑϹΚΑΛΩ. ΑΚΤ. *An*. 321. V. C. 971. Chr. 218. Mulier cum creſcente luna inſiſtens derceto, d. c. c. ſ. acroſtolium, vel cepam. Æ. 2. *Guſſ*. n. 13.) *Hard*. p. 29 et 813.) *Vaill*. Gr. — 2. *Alius* cum eodem anno, ſed caput muliebre velatum. Æ 2. *ibid*.

n) *Alexandro Seuero*. ΑϹΚΑΛΩ. ΒΛΤ. *An*. 332. V. C. 981. Chr. 228. Caput Mineruae galeatum. Æ 2. *Guſſ*. ib. n. 14.) *Hard*. p. 29 et 822.) *Vaill*. Gr.

Aſcanius, Aeneae filius, ex Creuſa, Priami filia, poſtea *Iulus* a prima barbae lanugine dictus *Virgil*. Aen. L. I. — E Troia diruta cum patre poſt multos errores in Italiam venit. — Troiae ludi in memoriam Aſcanii, qui primus omnium in Italia eos celebrauerat, a pueris maioribus et minoribus edebantur, *Virgil*. Aen. L. V. Illis vero qui praeſidebat, princeps iuuentutis adpellabatur; quo deinde titulo viſi ſunt deſignati imperii heredes et Caeſares. — Conſpicitur Aſcanius cum patre Aenea atque auo Anchiſe in n. Beryti, Dardaniae, Otri, Sccpſis, Segeſtae; *item* Impp. Traiani, Antonini Pii. — Aſcanius cum Aenea in naui. n. Ant. Pii. *vid*. *Aeneas*: — Aſcanius pileo Phrygio tectus ſtans pone ſacerdotem. Æ max. M. Aurel. *Vaill*. Pr. II. p. 138.

Aſcaricus rex Francorum a Conſtant. M. captus forte in *N*. aeu. Conſt. M. ad pedes victoris, cum epigr. GLORIA CONSTANTINI AVG. *Vaill*. Pr. III. p. 89.

Aſcia in denariis Valerii Aciſculi. — ſupra proram nauis in quibusdam trientibus.

Aſclas nomen ſummi ſacerdotis in n. Epheſiorum; [illegible]

ΡΕΩΣ ΑΣΚΛΑΣ ΤΡΥΦΩΝος, *Epheſiorum* ſub *Summo Sacerdote Aſcla Tryphone*. Ceruus ſt. Æ. Liuiae. *Morell.* in Liuia Tb. 3. fg. 4. p. 485. — In alio apud *Morell.* ib. Tb. 2. fg. 18. p. 481. magna parte eroſo: ΕΦΕσίων ΣΜΥΡναίων ΑΡΧΙΕΡέως ΑΣ .. *Epheſiorum Smyrnaeorumque ſub Pontifice Aſ*... quem *Morell.* deſumſit ex *Patin.* Impp. p. 57. Priorem numum citat. *Vaillant.* p. 3. ſed pro ΑΣΚΛΑΣ legit ΑΣΚΛΗΠ. atque explicat de *Aſclepiade* Tryphonis filio. Lectionem *Vaillantii* male ex numo exceptam fuiſſe docere poterit praeter *Morellium* teſtis alter, atque diuerſus ab hoc numus cum Auguſti capite ſub eodem ſummo ſacerdote *Aſcla* cuſus. Inuenitur is apud *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 1. n. 13. p. 218. cum Dianae Epheſiae ſimulacro, et inſcriptione: ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΛΑΣ ΕΦΕσίων ΤΑ...... At in Muſ. *Theupoli* refertur numus ita inſcriptus: ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΡΑΣ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΕΦΕ. Qui vero apud *Haymium* ibid. n. 12. praecedit ſcribae nomen deſignat *Ariſſas*: ΓΡΑΜΑΤΕΥΣ ΑΡΙΣΣΑΣ ΕΦΕ. ΤΑ... ex quo conſequitur, detritum in vtroque *Haymiano* nomen alterius magiſtratus eſſe debere; ſuſpicio praeterea ſuboritur, alterutrum antiquarium in legendo nomine ſummi ſacerdotis aberraſſe.

Aſclepia dicti Aeſculapii ludi. Inſcriptio, quae exſtat in aliquot Antonini Caracallae numis Ancyranorum, eaque haud vulgaris ΑϹΚΛΗΠΕΙΑ ϹΩΤΗΡΕΙΑ ΙϹΘμια ΠΥΘΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΑΝΚΥΡΑϹ, nihil aliud innuit, quam ludos in honorem Aeſculapii ſeruatoris, ac inde etiam denominatos, illosque Iſthmicos ac Pythios, ab Ancyranis factos aut renouatos, ad quam celebritatem indicandam Ancyrae, Galatiae metropoli, ſignati ſunt. ΑϹΚΛΗΠΙΑ nempe dicta Epidaurii huius dei, immo Ancyrani feſta, vel apud *Pollucem* legas, Ἀσκληπιεῖ, Ἀσκληπίεια καὶ Ἀσκλήπια L. I. c. 1. n. 32.

Aſdrubal, gener Hamilcaris, de quo *Liuius* L. XXI. vt et numus a *Velazquez* et *Guſſeme* I. p. 281. prolatus. v. *Haſdrubal*.

Aſea, Gr. Ἀσέα, Arcadiae vrbs, in cuius agro emergit *Alpheus* fluuius. *Vicanus* legitur Ἀσεάτης. *Stephanus* vicum dixit, forſan quia ex vrbe in vici formam reducta fuit. Pluribus *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 995. Praefert in Arcadica vrbe Aſea ſignatus ex aere numus hinc Iouem nudum ſtantem, d. victoriolam, ſ. haſtam.)(Mulier ſedens et inſcribitur: ΑϹΕΑΤΩΝ ΑΧΑΙΩΝ, *Aſeatarum Achaeorum*, cum Achaicum adhuc foedus ſtaret. Conſtat enim cum ex aliis, tum ex *Strabone* L. VIII. p. 385. Achaeorum corpus cohaeſiſſe vsque ad Philopoemenem, ac tum Romanis rerum potitis illud quoque diſſipatum fuiſſe. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 12. fg. 5. p. 116. Eius etiam meminit *Eckhel.* Num. Vet. p. 117. — In alio apud *Arigonium* ſcribitur ΑΣΕΤΙΝΩΝ. Bubo cum ramo lauri inſiſtens capitello columnae.)(Caput Palladis. *Froelich.* Not. Elem. p. 76.

ΑϹΓΑΛΑΑϹϹΕΩΝ ex tranſpoſitione litterarum ΑϹ loco ϹΑΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. n. *Sagalaſſi* in Claudio Gothico. *Bandur.* I. p. 336.

Ἄσημος, cui ſignum ſeu nota non eſt impreſſa, vel numus non cuſus, cuius tota ratio in pondere ac menſura erat antiquitus ſita. *Sperling.* diſſ. de numis non cuſis p. 20.

ASI *Aſia*. COM. vel COMM. ASI. *Communitas Aſiae*. Templum diſtylum, cui inſcriptum: ROM. ET AVG. Æ. max. Claudii. v. COM. ASI. — ASI. EVR. AFR. *Aſia, Europa, Africa*, tribus globis inſcriptae, in quas tres illas partes totum terrarum orbem diſtinguere ſolebant veteres; ac numus Auguſti a Cocceia Nerua cuſus indicare vult, omnes totius orbis nationes Romano imperio ſubiectos eſſe. *Spanh.* II. p. 213.) *Morell.* Fam. Cocceia.) *Vaill.* ib.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 15. fg. 10. p. 76.

ΑCΙ. vel ΑCΙΑC, *Aſiae.* CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩ. ΑCΙ. *Smyrnaeorum Primorum Aſiae.*

ASI. *Aſiagenes*, cognomen L. Cornelii Scipionis. v. *Cornelia g.*

ΑCΙ. Ἀσιάρχης, *Aſiarcha.* ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΙ. ΠΟΛΛΙ. ΑCΙ. ΠΕΡΓ. *Sub Praetore Aelio Pollione Aſiarcha Pergamenorum.* n. Fauſtinae Iunioris, in quo Aelius Pollio Praetor Pergami dignitatem Aſiarchae adiungit. In altero Fauſtinae numo Praetor iterum renunciatur, ſed tum non erat Aſiarcha, et comitem hanc non habet titulum. — ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ, *ſub Rufo Aſiarcha Sardianorum. Vaill.* Gr.

ASI. *Aſiſium* Vmbriae oppidum, ad quod inſcriptiones in n. Treb. Galli et Voluſiani ARN. ASI. vel ARN AZI. refert *Pellerin.* Rec. III. p. 52. de *Arna* et *Aſiſio* Vmbriae vrbibus interpretatus.

Aſia, Gr. Ἀσία, dicta antiquitus pars Lydiae iuxta Tmolum, in qua Aſiae parte vrbs *Aſia*, cuius *Stephanus*, et ex eo *Spanhem.* I. p. 622 ſq. et *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 6. mentionem faciunt. Quam clara autem et celebris olim fuerit, ex eodem *Stephano* intelligi poteſt; ſubdit enim paullo poſt: „erat emporium commune Aſianorum, Europaeorum et Nomadum.“ Ita gentium e tribus orbis noſtri partibus concurſu celebrem fuiſſe haec lectio indicat, ſi recta eſt. Hinc admiratio *Thomae de Pinedo* in comment. ad *Stephan.* Miror, inquit, hanc tam celebrem vrbem a nemine praeter *Stephanum* et *Suidam* memorari, et *Suidas* a noſtro accepit. Legitur in Gordiani numiſmate: ΑCΙΑ CΜΥΡΝΑ, *Aſia Smyrna*, in ſumma numi parte ΟΜΟΝΟΙΑ, *Concordia*, vel ΑCΙΑ ΟΜΟΝΟΙΑ CΜΥΡΝΑ ΕΠΙ C. ΠΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Aſia Concordia Smyrna. Sub Praetore Polliano.* Duae mulieres ſtantes ex aduerſo, ambae turrito capite, in area hinc ara, inde roſtrum nauis ad pedes. *Petit.* diſſ. de Amazon. p. 238.) *Hard.* Oper. p. 160.) *Vaill.* Gr. p. 156. 223. — 2. Caput turritum, ex *Haymii* mente Cybeles.)(ΑΣΙΕΩΝ cum magiſtratu .... ΑΝΙΚΟΣ. Satyrus vel faunus ſtans dextra et ſiniſtra tibia canit, in area monogramma. *Haym.* Theſ. Brit. II. Tb. 10. fg. 7. p. 105.) *Froelich.* Not. Elem. p. 76.

Aſia maior dimidia orbis terrarum veteris pars, reliquas duas magnitudine ſuperans, ab Europa Tanai fluuio, ab Africa Nilo dirimitur; ab ortu, ſeptemtrione et meridie alluitur Oceano. Cellar. Not. Orb. Ant. II. p. 1 ſqq. — Dicta ab Aſia nympha, Oceani et Tethyonis filia, Iapeti coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt. — Aſia a veteribus multifarie diuiſa eſt.

Aſia minor, ſuperioris pars, hodie *Natólia* a Turcis adpellatur ab ἀνατολή, quod *orientem* ſignificat. Huius partes ſunt Cilicia, Lycaonia, Paphlagonia, Pontus, Cappadocia, Bithynia, Phrygia, Myſia, Lydia, Pamphylia, Aeolis, Ionia, Lycia, et Caria. Inde Aſia minor ſuperioribus temporibus non ab vno praefecto regebatur, ſed in plures prouincias, vt proconſularis Aſiae, Bithyniae cum Propontide ac Galatiae, diuiſa diuerſis populi Romani vel Auguſtorum rectoribus paruit. *Wiſe* in catalogo Muſei *Bodleiani* et *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 136. teſtantur, frequenter reperiri Smyrnae aeneos numulos, in quibus: ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ. Caput muliebre.)(ΘΕΟΝ CΥΝΚΛΗΤΟΝ. Caput iuuenile ſenatus. In aliis hinc et inde monogramma. Aſiae minoris rex. v. *Antigonus.* — *Aſiam* prodit ſerpens, aut clauus, quaſi quae niſi nauium beneficio adiri non poteſt a proficiſcentibus Roma. *Iobert* Science des Méd. I. p. 401.) *Harduin.* Oper. p. 696.

Aſia proprie dicta, ſeu quae proconſuli parebat *Aſia proconſularis* e qu-

e quibus regionibus conſtabat; quot vrbes in eadem cenſebantur; quae ex iis erant ſuarum regionum capita; quaenam ex iis praefecturae, ſeu iuridici conuentus, conſtitutae, abunde docet *Spanhem.* I. p. 610 ſqq. qui ſimul oſtendit, Aſiae proconſularis plures olim fuiſſe metropoles, quarum vero non certus fuerit numerus, ac vix occurrere illius dignitatis mentionem in numis vrbium eiusdem Aſiae. At quaenam Aſiae metropoles in ſingularibus quibusdam numis vel inſcriptionibus dictae ſunt, et quae in Aſiae vrbium moneta nuncupatae πρῶται, ſeu Aſiae *primae*, quo etiam titulo aut iure ita adpellatae apud eundem *Spanh.* l. c. et p. 659 ſq. — Aſiae ſeptima vrbs Magneſia ad Maeandrum in eius numis ſignata. v. *Magneſia.* — De Aſiae communi ſacerdotio. v. *Aſiarcha.* — Imperatores reſcripta, epiſtolasque ac leges ad conuentus *communitatis Aſiae* dabant; in iis namque vniuerſae prouinciae negotia expendebantur, foedera pactaque inter eiusdem Communis populos aut renouabantur, aut inducebantur, communesque ritus, templa ac religionis ſacra ſtatuebantur. *Bonarot.* Muſ. *Carp.* p. 23.) *Harduin.* Oper. p. 29. v. COM. ASI. vel ASIAE.

ASIA. Figura muliebris tunicata ſtans, pede dextro prorae nauis impoſito, d. acroſterium, ſ. temonem inuerſum. Æ. R. Hadriani. *Vaill.* Pr. II. p. 138.) *Harduin.* p. 761.) *Mdb.* p. 174.) *Theupol.* p. 169, ſed ASIA AVG.) *Ead. inſcr.* Muſ. *Theup.* p. 169. Per *Aſiam* ita depictam non vna ex orbis partibus intelligitur, ſed illa eſt prouincia conſularis imperii Romani, quam luſtrauit Hadrianus, et ideo in eius numis ſignata cum ſymbolis prorae et temonis, ad denotandum nullum eſſe ad eam, niſi per mare, aditum.

— Mulier ſt. d. ſerpentem, ſ. nauis gubernaculum tenens, d. pede roſtro nauis impoſito. n. Hadriani. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 16. fg. 84. p. 84. Serpentem manu forſan comprimit Aſiae minoris typus, quod Aſia ſerpentibus abundaret ex Pompon. *Mela* L. I. c. 19.

ASIA. Figura ſt. tenens tria ſpicula. Æ. Hadriani. *Mdb.* p. 174.

— addita S. C. nota. Æ. Hadriani. *Mdb.* ib.

— COS. II. S. C. Mulier capite turrito ſt. d. coronam, ſ. ancorae innixa. Æ 1. Anton. Pii. *Harduin.* p. 767.) *Mdb.* p. 193.) *Vaill.* Pr. I. p. 72. — *Alius*, ſed d. ſcapham inuerſam, ſ. ancoram, ad pedes dimidiata nauis. Æ. Ant. Pii. *Mdb.* ib.) *Triſtan.* I. p. 573. — *Alius*, ſed ASIA COS. III. Mulier turrita ſt. ſ. ancorae innititur. Æ. Ant. Pii. Num. *Arſchot.* Tb. 41. n. 24.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 16. fg. 4. p. 84.) *Mdb.* p. 197. Videntur hi numi cuſi in memoriam oppidorum Aſiae, quae terrae motu conciderant, ab Antonino inſtauratorum, cuius rei meminit *Capitolin.* in Antonino.

Aſia pro Orientali parte imperii. Sic: ASIA RECEPTA. Victoria ciſtae Bacchicae inſiſtens alis expanſis, d. coronam, inter duos angues, Aſiae ſymbolum. Æ. Quinar. Auguſti obuius, quem ex profeſſo illuſtrare conatus fuit Seb. *Erizzo* p. 112 ſq. verum longe petita eius eſt explicatio, atque in pleriſque a ſcopo aberrans; ex Italo ſermone in Latinam linguam verſa legitur apud *Morell.* in Aug. ad Tb. 17. fg. 5. p. 293 ſq. — Alb. *Ruben.* diſſ. de numo Auguſti, cuius epigr. ASIA RECEPTA, acceſſ. eius lib. de re veſtiaria; legitur etiam in Theſ. *Graeuiani* Tom. XI. p. 1366 ſq. — Editus idem numus a *Golz.* in Aug. Tb. 40. fg. 5.) *Vico* n. 1. inter Æ. Aug.) inter Num. *Arſchot.* Tb. 10. n. 12.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 15. fg 11. p. 77 ſq.) *Oudan.* P. R. Tb. 18. n. 11.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* II. Tb. 6. fg. 3.) Ant. *Auguſtin.* p. 97.)

Bellor. p. 10. n. 1.) *Biaeus* Impp. Tb. 10.) *Geſner*. Tb. 14. n. 35.) *Muſell*. Impp. Tb. 3. fg. 9.) *Schulze* de dea Victoria p. 29.) *Mdb*. p. 26) *Occo* p. 51.) *Harduin*. Oper. p. 29.) Muſ. *Theupoli* p. 117. — Idem ciſtae Bacchicae, cui Victoria inſiſtit, typus, ad cuius latera itidem duo ſeſe erigunt angues. *AV*. RR Veſpaſiani, cuius dignitates PON. MAX. TR. P. COS. VI. perſequitur epigraphe, loco ASIA RECEPTA. Non alius vero typi huius in Veſpaſiani numo eſt ratio, quam in Auguſti quinario; Iudaeis enim debellatis pacata ſimul omnis Oriens erat *Morell*. in Veſpaſ. Tb. 6 fg. 19. Tom II. p. 280) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 80. fg. 12. p. 80.) Aen. *Vicus* inter *AV*. Veſpaſ. Num. n. 3) Varias coniecturas de hoc Veſpaſiani numo adfert *Hemelarius* Comment. ad Impp. Aur. Numiſmata - - Exſtat etiam Titi numus cum ſimili ſymbolo, ſed inſcr. eſt: PONTIF. TR. P. COS. IIII. vnde patet eodem anno vtrumque numum percuſſum, quo nempe Veſpaſianus VI. Titus IIII. Conſules fuerunt. *Oiſel*. l. c. p 81. — *Geruatius* emblema hoc referendum putat ad bellum ciuile Vitellianum, auſpiciis Veſpaſiani Auguſti profligatum; tum enim imperium Romanum in duas quoque factiones diuiſum fuiſſe aeque ac tempore Auguſti. — *Ruben*. vero in numis Veſpaſiani et Titi exiſtimat victoriam Iudaicam cum Cretenſium inſignibus expreſſam eſſe.

ASIA SVBACTA eodem cum ſerpentum typo in n. Auguſti ex mente *Ioberti* ſcience des Méd. I. p. 401. nihil aliud arguit, quam Aſiam inter Auguſtum et M. Antonium diuiſam, poſt pugnam Actiacam, Antonio deuicto, in poteſtatem Auguſti perueniſſe.

ASIA. *Aſiaticus*, vel *Aſiagenes*, Scipionis cognomen. v. SCIP. ASIA. *al*. ASIAG.

ASIAE. v. ADVENTVI AVG. — CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. — COM. — RESTITVRORI.

ASIAG. *Aſiagetes*, non *Aſiagetes*, vt exiſtimabat Ant. *Auguſtinus*, dictus ex victoria Aſiatica frater maioris Africani Scipionis, Antiochi Magni debellator, in denariis L. SCIP. ASIAG. inſcriptis. *Begeri* Florus p. 326.) *Eckhel*. Cat. II. p. 32. 33.) *Golz*. Faſt. p. 122.) *Morell*. Fam. Cornelia.) *Spanh*. II. p. 64.) *Vaill*. Fam. — *Aſiatici* ceteroquin, non *Aſiagenis*, obtinuit dein ac propagatum eſt ad eius poſteros, quod vel e Faſtis Capitolinis, et priſcis auctoribus conſtat huius L. Scipionis cognomen. *Hauercamp*. ad *Morell*. Theſ. Fam. p. 130 ſq.

ASIAO (*ſic*) in ſingulari *AR*. numo: L. SCIP. ASIAO. Iupiter in quadrigis.)(Caput muliebre laur. retro lyra. In aliis ſemper legitur: L. SCIP. ASIAG. additis Iouis quadrigis; ſynchronus hic non eſt, neque enim ſerratus eſt, vt omnes alii, quorum pars aduerſa caput Iouis laur. ſiſtit. Manifeſto mutuatus eſt numus ex denario P. Clodii.

ACIAP. Ἀσιάρχης, *Aſiarcha*. ΕΠ. ΔΟΜ. ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙΑΡ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ, *Sub* Archonte *Domitio Rufo Aſiarcha Sardianorum*. Æ max. Gallieni, Salonini, Valeriani Iun. *Vaill*. Gr. p. 188. 312.) *Bandur*. I. p. 269.) Muſ. *Alb*. II. Tb. 84. n. 3. p. 50 Sardes pro magiſtratu archontes habuit, ſed plurimi ſunt vrbium numi, qui magiſtratus adpellationem in eis non inſcribunt, vt ſatis populo notam. Hic Domitius Rufus archontem ſe haud nominauit, eminentiore Aſiarchae dignitate contentus. — ΕΠΙ CΤΡ. ΑΙΛ. ΑΠΙΩΝΟC ΑCΙΑΡ. ΤΟ Β. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ, *Sub Praetore Aelio Apione Aſiarcha Iterum Hypaepenorum*. n. Seueri. Aelius Apion, vt praetor iterum, nam, in anteriori praetor primum adpellatur, tantum numum ſignat, et non vt Aſiarcha, quam dignitatem

tem honoris cauſa ſibi vendicat. — ΕΠΙ Λ. ΑΙΛ. ΠΙΓΡΗΤΟϹ ΑϹΙΑΡ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Sub. L. Ael. Pigretò Aſiarcha Laodicenorum Neocororum.* Æ max. Caracallae. Muſ. *Alb.* I. Tb. 56. n. 1. p. 113.) *Holſten.* Not. ad *Stephan.* p. 181. qui vero . Λ. ΑΙΛ. ΠΙΓΡΗϹ ΑϹΙΑΡΧΗϹ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. *Lucius Aelius Pigres Aſiarcha Poſuit.*) *Erizzo* p. 446. ſed male repraeſentauit.

ΑϹΙΑΡΧ. *Aſiarcha.* ΕΠΙ ΙΟΤΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΤ ΑϹΙΑΡΧ. *Sub Iulio Hermophilo Aſiarcha.* n. Sardianorum. *Vaill.* Gr. — ΕΠΙ ϹΤΡ. ΚΟΡ. ΟΤΕΤΤΗΝΙΑΝΟΤ ΑϹΙΑΡΧ. Δ. ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ etc. *Sub Praetore Cornelio Vetteniano Aſiarcha Quartum* Sardianorum. Muſ. *Alb.* I. Tb. 48. n. 3. p. 98.

ΑϹΙΑΡΧΗϹ, *Aſiarcha*, ſummus erat totius Aſiae proconſularis conuentus ſacrorum et ludorum communium moderator, quotannis electus vti Lyciarcha, Syriarcha, Ciliciarcha et reliqui in aliis prouinciis; a ſingulis Aſiae ciuitatibus, ſacerdotum cuiuslibet nomina ad concilium gentis commune mittebantur et a ſynedriis ex iis primus *Aſiarcha* ſeligebatur, ceteri dicebantur ſocii, de quibus *Ariſtides.* Vt autem erat tantum dignitas, ſub eius poteſtate non ſignabatur moneta, ſed ille, ſi praetor, aut ſummus vrbis ſacerdos, Aſiarcha renuntiabatur, dignitatem illam in numis denotabat. *Galland* Diction. Num.) *Morell.* Specimen rei numar. p. 28 ſq.) *Seldenus* ad Marmora Arundell. p. 95. edit. Prideauiſii. Talem Aſiarcham ſeu palmae diſtributorem oculis exhibet numus Caracallae Graecus max. formae, quem edidit atque illuſtrauit *Thomſius* Epiſt. Gall. ad de *Boze* de numo ſuo Smyrnenſ. p. 39. vbi plura de his certaminum praeſidibus. Pariter multa de his ſupremis in Aſia ſacrorum antiſtibus et certaminum praeſidibus *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. p. 423.) *Spanhem.* I. p. 643. II. p. 417. — ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΑϹΙΑΡΧΗϹ ΑΝΕΘΕΚΕΝ ΟΤΡΟΗΝΩΝ, *Alexander Aſiarcha Obtulit, Otroenorum.* *Froelich.* 4. Tent. p. 269. *et* Elem. Num. p. 37.

ΑϹΙΑΡΧΟΤ, *Aſiarchae* dignitas in numis Cyzicenorum, Hypaepenorum et Smyrnaeorum. ϹΤΡ. Λ. ΑΤΡΗΛΙΟΤ ΑϹΙΑΡΧΟΤ ΚΤΖΙΚΗΝΩΝ, *Praetore Lucio Aurelio Aſiarcha Cyzicenorum.* Lucius Aurelius vocatur praetor et eo nomine numum percuſſit, dignitate Aſiarchae tantum comite. In alio ϹΤΡ. ΑΤΡ. ΜΕΙΔΙΟΤ ΑϹΙΑΡΧΟΤ eiusdem Cyzici. — ΕΠΙ Μ. ΑΤΡΗΛΙΟΤ ΑϹΙΑΡΧΟΤ ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ, *Sub M. Aurelio Aſiarcha Hypaepenorum*, qui praetores habebant pro magiſtratibus. n. Seueri. — ΕΠ. Μ. ΑΤΡ. ΤΕΡΤΙΟΤ ΑϹΙΑΡΧΟΤ ϹΜΤΡΝΑΙΩΝ, *Sub M. Aurelio Tertio Aſiarcha Smyrnaeorum.* n. Gord. Pii. Tertius ille Praetor et Aſiarcha, quam dignitatem, priore omiſſa, ſibi arrogat. *Spanh.* II. p. 417. — ΕΠΙ ΛΟΤΚΙΟΤ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΤ ΑϹΙΑΡΧΟΤ, *Sub Lucio Apolinario Aſiarcha.* n. Adramytenorum Myſiae. — *Aſiarchae et pontificis dignitas* in vnum ſubinde collata, vti in numis Antonini Pii et M. Aurelii legitur ΚΟΙΝΟΝ ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ ΠΡΟΔΙΚΩ ΟΝΤΟϹ ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟϹ ΑϹΙΑΡΧΟΤ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩϹ ΙΓ. *Commune Tredecim Vrbium, Curatore Exiſtente Claudio Frontone Aſiarcha Et Pontifice Tredecim* vrbium Ioniae. Aelius Fronto dignitates Aſiarchae et ſummi ſacerdotis ſeparatim accipit, vt eſſet ſummus vrbis ſuae pontifex cum Aſiarcha nominatus eſt; et numus curatoris vrbium conuentus tantum in hac re exiſtentis nomine cuditur absque vllius vrbis adpellatione. *Morell.* Spec. rei num. Tb. 1. n. 1. p. 25 ſq.) *Froelich.* Not. Elem. p. 36. Sic in Auguſti numo a Pergamenis cuſo quidam M. Furius Pergami ſacerdos, electus Aſiarcha, dicitur Μ. ΦΟΤΡΙΟϹ ΙΕΡΕΤϹ ΚΑΙ ΑϹΙΑΡΧΗϹ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Sacerdos Et Aſiarcha Pergamenorum.* Nec pauci occurrunt Graecorum numi, qui in

auerſa parte aut *Aſiarchae* aut *Sacerdotis* nomine, quaſi loci praeſidibus conceſſo, nonnumquam ſignantur. Memor. Triuult. 1702. Mai. p. 371. — Alias eadem perſona modo ΑCΙΑΡΧΗC modo ΑΡΧΙΕΡΕΥC compellatur.

ΑCΙΑΡΧΥ (*ſic*) ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΑCΙΑΡΧΥ etc. *Claudio Frontone Aſiarcha.* vid. *Ionia.*

ΑCΙΑC, *Aſiae.* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ, *Communitatis Aſiae*, intra coronam ciuicam. n. Druſi et Germanici. *Morell.* Th. Imp. Tb. 10. n. 12 14. p. 523. — ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC, *Prima* certamina *Communia Aſiae.* v. *Smyrna.* — De elogio ΠΡΩΤΩΝ vel ΠΡΩΤΗΣ ΑΣΙΑΣ in Epheſi et Smyrnae vrbium numis *Spanh.* I. p. 639 ſq. In *Epheſiorum* moneta ſub Caeſaribus modo legitur: ΕΦΕCΙΩΝ Α. ΑCΙΑC, vel ΕΦΕCΙΩΝ ΑCΙΑC Α. in plurimis autem ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩ. vel integre ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, *Epheſiorum Primorum Aſiae.* In aliis ΕΦΕCΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC, vel ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, vel ΕΦΕCΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum Metropoleon Aſiae Ter Neocororum.* Immo Epheſii Iouem Aſiae primum ſcil. deum in Sept. Seueri numo e maximorum genere adpellant inſcripto ΖΕΥC ΕΦΕCΙΟC ΠΡΩΤΟC ΑCΙΑC. — *Smyrna* vrbs porinde numos ſignauit: CΜΥΡ. ΠΡΩ. ΑCΙΑC, vel CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, *Smyrnaeorum Primorum Aſiae.* *Vaill.* Gr.) *Haym.* Th. Br. II. p. 330. — *Pergamenorum* numiſma maioris formae in Caracalla editum in *Cimel. Vindob.* II. Tb. 59. n. 1. cuius auerſa in ſcuti formam vndique conſcripta, inſignem hanc habet epigraphen: Η ΠΡΩΤΗ ΤΗC ΑCΙΑC ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΠΡΩΤΗ ΚΑΙ ΤΡΙC ΝΕΟΚΟΡΟC ΠΡΩΤΗ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΟΛΙC, *Prima Aſiae Et Metropolis Prima, Et Ter Aeditua, Prima Auguſtorum, Pergamenorum Vrbs.* Fruſtra hic primum πρωτη *Haymius* cum *Harduino* ad aedituos Auguſtorum detrahet, qui eodem adpoſito iam cohoneſtantur. *Khellio* inde dubium non leue oritur, an non, dum titulo ΠΡΩΤΗC vel ΠΡΩΤΩΝ adiungitur prouinciae nomen ΑCΙΑC aliud aliquid deſignari debeat; ſatis quidem accurate a *Spanhemio* I. diſſ. 9. ex *Ariſtidis* oratione comprobatum eſt, ΠΡΩΤΕΙΟΝ ſeu primatum, de quo Epheſus, Smyrna, et Pergamus litigabant, templa et ludos ſpectaſſe potiſſimum. — *Magneſia* Ioniae inter tredecim illuſtriores Aſiae vrbes eminentem locum obtinuit, quem etiam in Gordiani Pii numiſmate indicauit hac epigraphe: ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC ΑCΙΑC, *Magnetum Septima Aſiae.* Muſ. *Alb.* I. p. 52.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* p. 29.) *Haym.* Th. Br. II. p. 348.) *Patin.* Impp. p. 373. — *Sardes* in Lydia legitur: CΑΡΔΙC ΑCΙΑC ΛΥΔΙΑC ΕΛΛΑΔΟC Α. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC, in *al.* CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΑCΙΑC Α. *al.* CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΚΟΙΝΟΥ ΑCΙΑC, *Sardianorum Communitatis Aſiae.*

ΑΣΙΑΤΗΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, *Aſiatici Antiochi*, cumque capite eius diademato.)(Mulier ſedens in monte d. ſagittam, ſ. ſcutum tenet. Æ 3.

Aſiba, Gr. Ἄσιβα, Ponti Cappadocici oppidum mediterraneum, cuius meminit *Ptolemaeus* L. V. c. 6. — Ad eam vrbem pertinet Gordiani Pii numus ΑCΙΒΑΙΩΝ, *Aſibaeorum*, inſcriptus, in quo Iupiter ſedens, d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes aquila. Æ 2. *Guſſeme* I. p. 282.) *Harduin.* Oper. p. 29.) *Vaill.* Gr.

Aſida oppidum mediterraneum in Baetica. *Plin.* L. III. c. I. — Huic attribuit *Velazquez* Enſayo p. 137. et *Guſſeme* I. p. 283. ſequentes numos: 1. ASIDO. Caput virile diadematum.)(Inſcriptio peregrina. Taurus currens, deſuper lunula cum aſtro. — 2. ASIDO. Caput virile nudum.)(*Eadem.* — 3. Taurus ſt. ſuper quem aſtrum.)(Delphin deſuper lunula, ſubtus litterae peregrinae. — 4. ASIDO. Caput Hercu-

Herculis pelle leonina tectum.)(Cornucopiae cum fulmine intra lauream.

ΑΣΙΕΩΝ. v. *Aſia* Lydiae.

ΑΣ. ΙΕΡ. ΑΣΥ. L. ΕΣ. in Æ. Antiochi Epiphanis vulgo Grypi, vel Philopatoris cognomine Cycizeni, regis Syriae iuxta *Harduini* explicationem in Chronologia Vet. Teſt. p. 611. Operum prolatam: Πρώτης Συρίας Ἱερᾶς Ἀσύλου Αὐτοκράτορος 205. Videtur *Harduino* numus plane ſingularis quo ſe *Primam Syriae* ciuitatem *Typus* adpellat, donatam iure ac titulo *Sacrae* et *Inuiolatae* ciuitatis. Accedit Harduinae ſententiae *Iobert* dans Science des Méd. II. p. 158. cuius vero commentator *Bimardus* refutauit merito hanc explicationem ibid. p. 159. quia Tyrus in Phoenice ſita, aquila vero in Tyriorum numis frequens eſſet typus. Lectionem quoque *Harduini* eſſe inſolitam cenſet *Froelich*. Annal. Syr. p. 101.

ΑΣΙΝ. Ἀσίνιος, *Aſinius* archontis nomen. ΕΠ. Γ. ΑΣΙΝ. ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ ΑΡΧ. *Sub Caio Aſinio Nicomacho Archonte*. n. Sardianorum. *Vaill.* Gr.

ASINA cognomen Cn. Cornelii Scipionis proconſ. legitur pone caput Romae. Æ. *Golz*. Faſt. p. 91. pariter P. SCIPIO ASINA ad quadrigam, cui victoria inſiſtit. Æ. *Golz*. ib. p. 104.

Aſina, *Stephano* Ἀσίνη πόλις Λακωνική, τὸ ἐθνικὸν Ἀσιναῖος καὶ Ἀσινεύς, vrbs Laconicae regionis, *Plinio* L. IV. c. 7. oppidum *Aſine*. — Legitur in numis.

a) Sept. Seueri: ΑΣΙΝΑΙΩΝ, *Aſinaeorum*. Aeſculapius ſtans cum baculo, qui deus vrbis eius fuiſſe praeſes videtur. Æ 3. *Guſſeme* I. p. 283.) *Harduin*. Oper. p. 29.) *Vaill*. Gr.

b) *Iuliae Domnae*. I. ΑΣΙΝΑΙΩΝ. Aeſculapii ſtantis effigies. Æ 2. *ibid*. — 2. *Alius*, ſed ſerpens in gyros circumuolutus ſuper aram. Æ 3. *Guſſeme* ib.) *Vaill*., ib.

ASINI. *Aſinius* v. *Aſinia* gens.

Aſini caput in apice ſcipionis numorum Daciae, in Hadriano, Decio, Voluſiano, Valeriano, inſcriptorum DACIA, DACIA FELIX, quoniam videlicet ea regio aſinos gignit laudatiſſimos, vt vult *Harduin*. Oper. p 837 et 863. vel Dacia tenet contum, cui caput aſininum eſt, Dacorum arma. *Vaill*. Pr. II. p. 322. — *Aſini* caput in apice baculi, quo vtebantur Hiſpani, vt obſeruari licet in plurimis denariis ad res Hiſpaniae ſpectantes. Sic in memoriam victoriae in Hiſpania relatae in n. Aureliae, Domitiae et Valeriae g. — Similis baculus cum aſinino capite in manu figurae bigis inſiſtentis. n. Domitiae et Pomponiae g. — in manu centauri. n. Epheſi, Pergami. — pone caput Palloris. n. Hoſtiliae g. — pone Victoriam tropaeum coronantem. n. Fundaniae. g. — *Aſini caput* retro collum Romae cernitur in denariis M. Iunii Bruti apud *Golz*. Faſt. p. 132.) *Morell*. Fam. Iunia p. 121. fg. 3. p. 221. *et* Num. Conſular. Tb. 21. fg. 12. p. 578. quod aſininum caput *Hauercampo* ad Brutorum cognomen et ſimulatam conſulis primi ſtultitiam ſpectare videtur. — Cum *capite aſinino*, ſculptoris forſan vitio, cum deberet eſſe caput caninum deſignatur Anubis Aegyptiorum deus in Iuliani numo VOTA PVBLICA inſcripto. *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 43. fg. 3. p. 221.

Aſinia gens plebeia ſed conſularis. An ab aſinis dicta, vt Porcia a porcis? In plures ſtirpes erat diuiſa, de quibus duo tantum in numis ſuperſunt cognomina, vnum *Pollio*, alterum *Gallus*. *Aſinius Pollio* inſignis orator, Auguſti Caeſaris amicus, ſcripſit bellum Caeſaris ac Pompeii; omnium primus Romae

Romae bibliothecam feciſſe dicitur, teſte *Plinio* L. XXXV. — Honores et ſtudium eloquentiae in eiusdem familia hereditaria quaſi bona fuerunt. — 1. CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC*ia* POTEST*ate*. Caput Auguſti nudum.)(C. ASINIVS GALLVS III.VIR. A. A. A. F. F. in area S. C. litteris maiuſculis. Æ. 2. *Golz.* in Aug. Tb. 63. n. 58.) *Guſſeme* I. p. 284.) *Morell.* Fam. Aſinia fg. 1. p. 36. *et* in Aug. Tb. 31. fg. 5.) *Mdb.* p. 42. qui vero addit M. N.) Muſ. *Theup.* p. 12. — 2. OB cIvIs SERVATOS. Corona quernea inter duos ramos laureos.)(C. ASINIVS C. F. GALLVS III.VIR. A. A. A. F. F. in area S. C. Æ. 1. *Golz.* in Aug. Tb. 60. fg. 21. *et* Faſtor. p. 216.) *Guſſeme* ib.) *Mdb.* p. 43.) *Morell.* Fam. Aſinia fg. 2. p. 36. *et* in Aug. Tb. 25. fg. 4. p. 349) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 11. fg. 7.) Muſ. *Theup.* p. 13. — 3. AVGVSTVS TRIBVNIC*ia* POTEST*ate*, in corona ciuica.)(C. ASINIVS III.VIR. A. A. A. F. F. in area S. C. Æ. *Guſſeme.* ib.) *Mdb.* p. 43. qui et in alio C. ASINIVS M. N. etc.) *Morell.* Fam. Aſinia fg. 3. ib. *et* in Aug. Tb. 31. fg. 6. — 4. *Alius* ſimilis, niſi quod cognomen GALLVS in)(addatur. Æ. *Guſſeme* ib. n. 4.) *Morell.* Fam. Aſinia fg. 4. ib.) Muſ. *Theup.* p. 13. — 5. ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣ*αρ* ΓΕΡΜ*ανι*κος ΚΑΙΣ*αρ* ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus Caeſar, Germanicus Caeſar, Noui Dii Philadelphi.* Inſident ſellis curulibus Druſus et Germanicus Caeſares, filius ille naturalis Tiberii, hic adoptiuus; ex quibus ille ſimpulum geſtat, vt pontifex; hic lituum, vt augur.)(In corona quernea legitur: ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ, *Communitatis Aſiae*, et in circuitu: ΓΑΙΩ ΑΣΙΝΙΩ ΠΟΛΛΙΩΝΙ ΑΝΘΥΠΑΤΩ, *Caio Aſinio Pollioni Proconſuli.* Æ. *Liebe* Goth. Num. p. 35.) *Morell.* Fam. Aſinia fg. 5. p. 37. *et* in Theſ. Imp. in Druſo Tb. 10. n. 15. 16. p. 523.) *Vaill.* Num. Gr. p. 10. ſed ΑΝΘΥ. — 6. *Alius* ſimilis, ſed perigraphe eſt: ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ, *Druſus, Germanicus Caeſares* etc.)(Similis corona quernea cum incluſis litteris ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ et in circuitu caſus ſecundus pro tertio: ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, vbi Pollionis nomen per Ω ſcribitur non tantum in fine, ſed in initio quoque. Æ. *Guſſeme* ib. n. 5.) *Liebe* Goth. Num. p. 35.) *Morell.* Fam. Aſinia fg. 6. *et* Specim. rei numar. Tb. 15. n. 4. p. 146. ſed ΕΠΙ. ΓΑΙΟΥ etc. *Sub Caio Aſinio Pollione Proconſule; pariter Morell.* in Druſo Th. Imp. I. Tb. 10. n. 13. 14. p. 523.) *Vaill.* Num. Gr. p. 10. ſed minus ex vero deſcripſit et vocabulo ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ addidit ΑΔΕΛΦΟΙ, pariter in poſtica circum Caeſares ſedentes: ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ etc. in corona quernea autem ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ, *Sardianorum Communitatis Aſiae.* Quidam lauream coronam pro ciuica male ſubſtituunt. — 7. POLLIO. Caput Apollinis radiatum.)(C. ASINI. CN. F. *Caius Aſinius Cnei Filius.* Luna creſcens, circum ſeptem ſtellae. AR. *Golz.* Faſt. ad an. 713. p. 189.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 8. fg. 22. p. 513.) *Vaill.* Fam. Aſinia.) *Guſſeme* I. p. 284. n. 1. — 8. Caput Victoriae humeris alatis.)(Victoria in citis bigis, d. palmam, ſ. habenas equorum, infra ſcribitur: L. ASINI. C. F. GALLVS. AR. *Golz.* Faſt. p 212. ad an. 738.) *Morell.* Num. Conſular. ib. fg. 23.) *Guſſeme* ib. n. 2. — 9. IMP. CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum.)(COL. CAESAREA PHIL*ippenſis* T. RVFO L. GALLO IIVIR*is*. n. Philippi Macedoniae. *Golz.* in Aug. p. 50.) *Morell.* N. Conſul. ib. fg. 24.) *Vaill.* Col.

ΑΣΙΝΙΟΥ — ΑΣΙΝΙΩ — ASINIVS, vid. *Aſinia* gens.

Aſinus, v. *Aſini* caput.

ASIRM.

ASIRM. *Sirmii* in *Prima* officina cuſus in ima parte Æ. Iouiani. *Muſell.* Impp. Tb. 254. n. 3.) *Hard.* Oper. p. 493. — it. Iuliani. *Hard.* ib.

ASIS. *al.* ASISC. *al.* ASIST. *Siſciae* in Pannonia cuſus numus in officina *Prima*, vel A nota eſt monetarii in imo numorum ſequioris aeui.

ΑΣΚ. in area Ꝛ max Philetaeri Pergameni Principis. *Froelich.* Not. Elem. Tb. 12. n. 8. p. 166.

ΑΣΚ. *al.* ΑΣΚΑΛ. *al.* ΑΣΚΑΛΩ. vel ſigma cum rectis lineis Α⊏ΚΑΛΩ. vel Ω in ω mutatum Α⊏ΚΑΛω. vel in Ο paruum ΑΣΚΑΛΟ. *al.* ΑΣΚΑΛΩΝ. *al.* ΑΣΚΑΛΩΝΙΤ. vel. ΑΣΚΑΛΩΝΕΙΤ. *al.* ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ, Ἀσκαλωνιτῶν, *Aſcalonitarum.* v. *Aſcalon* Palaeſtinae.

ΑΣΚΛΑΠΙΑΔΑΣ magiſtratus nomen Apolloniae Illyrici. *Golz.* Graecia Tb. 3. n. 4.

ΑΣΚΑΠΙΟΥ nomen magiſtratus Dyrrhachii Apolloniae. *Golz.* Graecia Tb. 1. n. 9.

ΑΣΚΛΑΣ vid. *Aſclas.*

ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΗΣ, *Aſclepiades*, magiſtratus a) vt videtur praetoris Hierapolit. n. Tiberii. — b) archontis Cadorum: ΕΠΙ ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΟΥ. n. Claudii. *Morell.* Theſ. Imp. II. p. 45.) *Vaill.* Gr. Gr. p. 12. — c) magiſtratus Amaſtrianorum: ΕΠΙ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. n. Domitiae. *Vaill.* Gr.

ΑCΚΛΗ. *al.* ΑΣΚΛΗΠ. Ἀσκληπιάδου, Aſclepiadis a) praetoris Phocaeenſium: CΤΡ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΑCΚΛΗ. ΤΟ Β. *Praetore Heraclide Aſclepiade*, vel Aſclepiadis filio *Iterum*. — b) pontificis Epheſiorum: ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΛΗΠ. ΤΡΥΦΩΝ ΕΦΕ. n. Auguſti. *Vaill.*

ΑCΚΛΗ. Ἀσκληπιοῦ, vel Ἀσκληπιόν, *Aeſculapii*, *Aeſculapium.* CΩΤΗΡΑ ΑCΚΛΗ. ΝΙΚΑΙΕΙC, *Seruatorem Aeſculapium Nicaeenſes.* n. M. Aurel. cum Aeſculapii in templo ſtantis figura.

ΑΣΚΛΗ. Ἀσκληπιεῖοις. *Aſclepiis* ludis ac feſtis, quae Aeſculapio ſacrata erant, quaeque in variis Graeciae vrbibus celebrabantur, vti in Ancyrana Galatiae vrbe, cuius numus inſcriptus: ΑCΚΛΗ. CΩΤΗ. ΙCΘ. ΠΥ. cf. *Corſini* differt. — Magno ſplendidoque adparatu habebantur, vnde in *Gruteri* marmore p. 630. n. 3. adpellantur: Μεγαλασκλήπεια.

ΑCΚΛΗΠΕΙΑ et ΑCΚΛΗΠΙΑ, *Aſclepia* feſta et certamina in Aeſculapii honorem inſtituta, primum et quidem magnifice Epidaurii celebrata, ex hac vrbe poſtea Pergamum translata, Ancyrae vero ſub Caracalla edita: ΑCΚΛΗΠΕΙΑ CΩΤΗΡΕΙΑ ΙCΘ. ΠΥΘΙΑ ΜΗΤΡ ΑΝΚΥΡΑC, *Aſclepia*, *Soteria*, *Iſthmia*, *Pythia*, ſc. certamina *Metropoleos Ancyrae.* Genius vrbis ſedens, d. vrnam in qua palma, ſ. templum ſex columnae. n. Caracallae. In aliis eiusdem Imp. duae vrnae, eademque inſcriptio. *Vaill.* Num. Gr. p. 331. cf. *Spanhem.* epiſt. I. ad *Morell.* de Ancyranorum numis, in quibus certamina ΑCΚΛΗΠΙΑ etc. conſignantur; pariter *Morell.* Specim. rei numar. Tb. 13. p 143 ſq. — In inſcriptionibus aliquot antiquis, cum Epidauri, Pergami, tum huius ipſius Ancyrae, non Aeſculapia ſolum, ſed *ſacra* et *magna* inſuper vocari eadem videas ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑCΚΛΗΠΙΩΝ, aut vna voce ΜΕΓΑΛΟΑCΚΛΗΠΙΕΙΩΝ, *Sacrorum Certaminum*, *Magnorum Aeſculapiorum.* Haec ſollemnia alibi in praeclaris numis etiam dicta ΗΛΙΑ, ΟΛΥΜΠΙΑ, ΛΑΤΩΕΙΑ, ΑΚΤΙΑ, ΗΡΑΚΛΙΑ, ΚΑΒΕΙΡΙΑ, ΔΙΟCΚΟΥΡΙΑ ab Aeſculapio, *Sole*, *Ioue Olympio*, *Latona*, *Apolline Actio*, *Hercule*, *Cabiris*, *Dioſcuris*, quibus vulgo feſta erant ſacra. In antiquis praeterea occurrunt marmoribus: ΚΑΠΕΤΩΛΙΑ, ΒΑΛΥCΙΝΙΑ, ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ,

ΝΑΙΑ, ΕΦΕΣΙΑ, *Ioui Capitolino, Cereri Eleuſiniae, Mineruae, Dianaeque Epheſine* conſecrata; Item apud priſcos auctores: ΔΗΠΟΛΙΑ, ΔΙΑΣΙΑ, ΗΡΑΙΑ, ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΑ, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ, ΕΡΜΑΙΑ, ΔΙΟΝΥΣΙΑ, a *Ioue, Iunone, Neptuno, Apolline, Baccho*que nomina nacta. Inde factum, quod alia etiam a regibus caeſaribusque Romanis denominata ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ, ΔΗΜΗΤΡΙΑ, ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ, ΣΕΒΑΣΤΑ, ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ, *Alexandria* nempe, *Demetria, Auguſtalia, Auguſta, Caeſarea, Traianalia.* Item ΣΩΤΗΡΕΙΑ, a ſotere ſiue ſeruatore Aeſculapio, quod cognomen Σωτῆρος Aeſculapio in veteribus numis aliquoties tributum eſt. Etiam ΙCΘΜΙΑ ΠΥΘΙΑ, vel ISTHMIA PYTHIA vocantur Aeſculapii ſollemnia in Ancyranorum numis. Praeſertin in collectione Gruteriana videas ASCLEPIA ISTHMIA PYTHIA et in alia inſcriptione eodem in theſauro cum ASKLEPIA PYTHIA coniuncta, omiſſa ISTHMIA. Haud vno nempe certaminis genere celebrata olim conſtat ſollemnia deorum apud gentiles feſta. Alii agones illis erant patrii et quaſi domeſtici, alii contra aduentitii. Vnde contigit, vt omni illo certaminum ac feſtiuitatum genere celebrarentur apud Galatas *Aſclepia* gymnicis et muſicis vel Πυθάνλων, quibus Pythia maxime nobilitabantur. Alia adhuc particularis cauſa horum Aſclepiorum apud Ancyranos. Vſitatum olim, vota publice vt pro ſalute Imperatorum nuncuparentur, aut ſuſcepta pari ſtudio exſoluerentur, ſed vt etiam ſollemnes accederent iisdem ludi. Quod ſubinde non ſtatis diebus ſolum, ſed aliis quoque fiebat occaſionibus. Cuius rei frequens occurrit et in numis mentio, vbi pro ſalute Imperatorum ſacra EX VOTO fieri dicuntur.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ, *Aſclepiades*, a) praetoris nomen Hierapolitarum. n. Tiberii. *Morell.* in Tiber. Tb. 13. n. 31. p. 623. — b) ΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, *Sub Aſclepiade* n. Cyzici. — c) ΕΠΙ ΤΕΡΤΥΛΛΕΙΝΟΥ ΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ, *Sub Tertullino Aſclepiadis* filio. n. Dioſhieritar. in Caracalla. Muſ. *Alb.* I. Tb. 58. n. 2. p. 117. — ΕΡΥ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ ΔΗΜΑΔΟΣ, *Erythraeorum Sub Aſclepiade Demado.* Muſ. *Theup.* p. 1268.

ΑCΚΛΗΠΙΟC, *Aeſculapius*, a patre Apolline medicinam edoctus, v. *Aeſculapius.* A Graecis Ἀσκλήπιος dictus eſt, vt quidam putant παρὰ τὸ τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, *ab eo, quod quae morborum aſpera ſunt, mitia faciat*; alii ab ἄκερ καὶ ἤπιος deducunt. Plurimis in locis medicinae deus cultus, et ab Amaſtrianis Paphlagoniae, a Nicaeenſibus Bithyniae et a Tianis Aeſculapius tanquam ſeruator vrbium ſuarum ſub ſerpentis cum ingentibus ſpiris effigie veneratus, inde in Antonini Pii numis ΑCΚΛΗΠΙΟC ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ, *Aeſculapius Amaſtrianorum.* Aeſculapius ſtans, d. baculum, cui inuolutus eſt ſerpens. — ΑCΚΛΗΠΙΟC ΤΙΑΝΩΝ, *Aeſculapius Tianorum.* Typus idem. — CΩΤΗΡΙ ΑCΚΛΗΠΙΩ ΝΙΚΑΙΕΙC, *Seruatori Aeſculapio Nicaeenſes* eodem cum typo. Similiter in Coiorum et Pergamenorum numis ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ *Aeſculapii Seruatoris* et ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, cum ſerpente monticulo ſeu lapidi circumuoluto. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 36. fg. 5.) Muſ. *Theup.* p. 1262. — Pariter ΚΩΙΩΝ ΣΩΤΗΡ, *Caiorum Seruator.* — Aeſculapius et Hygia ſtantes cum attributis, in imo Teleſphorus c. epigr. ΑCΚΛΗΠΙΟC ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ ΝΙΚΑΙΕΙC, *Aeſculapius Et Hygia, Nicaeenſes.* Æ max. L. Veri. — Etiam Iupiter a Pergamenis dictus ΖΕΥC ΑCΚΛΗΠΙΟC.

ΑΣΚΡΑΣ vid. *Aſclas.*

ΑCΜΕΝΟC ΧΙΟC, *Aſmenus Chius.* Æ. Chiorum cum magiſtratu. *Theup.* p. 1259.

ΑCΩ. Ἀσωτίων, *Aſotiorum* Palaeſtinae. v. *Aſotus.*

ΑϹѠΠЄΙΤѠΝ, *Aſopitarum* v. *Aſopus*, de cuius vrbis ſitu *Khell.* ad *Haym.* Theſ. Brit. II. p. 334. obſ. 119.

Aſopus vrbs in Peloponneſi prouincia Laconica, de qua *Strabo* L. VIII. Ἄσωπος πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ. Vrbs parum cognita, et vix veteribus memorata praeter *Pauſaniam* in Lacon. p. 265. Ad hanc referuntur numi:

a) *M. Aurelii.* .... ΑΝΤѠΝЄΙΝΟϹ Κ. *Antoninus Caeſar.* Caput M. Aurelii laur. imberbe.)(ΑϹѠΠЄΙΤѠΝ, *Aſopitarum.* Neptunus ſeminudus ſt. vultu aduerſo, barbato, d. tridentem. Vrbs enim mari adſita Neptunum coluit. Æ 3. *Froelich.* Adpend. II. nouis Tb. 3. fg. 4. p. 77.) *Eckhel.* Num. Vet. p. 134. *et* Catal. I. p. 121. ſed Caracallae tribuitur et Κ in antica omiſſum eſt.

b) *Plautillae.* ΦΟΥΛΒΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ ϹЄΒ. Caput Plautillae.)(ΑϹѠΠЄΙΤѠΝ. Nemeſis ſt. ad pedes rota. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 41. fg. 4.

c. d) Alios binos Seueri et Carallae adiecit *Pellerin.* Rec. T. III. p. 190.

Aſotus oppidum in Iudaea, cuius numi in Sept. Seueri et Iuliae Domnae honorem ſunt: 1. ΑΤΤ. Κ. Λ. ϹΕΠΤ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ ΑΥΓ. Sept. Seueri caput laur.)(ΙΟΥΛ. ΔΟΜΝΑ ΤΥΧΗ ΑϹΩτίων, *Iulia Domna, Fortuna Aſotiorum.* Caput Domnae in templo 2. columnarum. Æ 2. *Vaill.* Gr.) *Triſtan.* II. p. 95. qui vero numum minus feliciter explicauit, vt iam vidit *Harduin.* Num. Vrb. III.) *Venuti* diſſertaz. ſopra i Tempietti degl' Antichi, quae inſerta Voll. II. Differt. Acad. Etruſc. Corton. p. 211 ſqq. — 2. ΑΥΤ. ΚΑΙ. ϹΕ.... Seueri laur. caput.)(ΔΟΜΝΑ ΤΥΧΗ ΑϹѠΤΙѠΝ. Caput Domnae in templo diſtylo. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 250.) *Vaill.* Gr. ſed ΑΥΓ. ΔΟΜΝΑ ΤΥΧΗ ΑϹΩΤΙΩΝ.

ΑΣΠΑΣΙΟΣ ΧΙΟΣ, *Aſpaſius Chius*, in n. Chiorum cum magiſtratu.

Aſpendum al. Aſpendus Pamphyliae oppidum, teſte *Plinio* L. V. c. 26. *Aſpendum* in Pamphylia; ex mox: Eurimedon amnis iuxta Aſpendum fluens. Vrbem in edito autem loco poſitam, et ab Argiuis conditam, atque a finitimis poſſeſſam narrat *Mela* L. I. c. 14. cuius ſitum accurate deſcribit *Arrian.* Lib. I. de Expedit. Alex. p. 26. De ea *Stephanus*: Ἄσπενδος, πόλις παμφυλίας, ὁ πολίτης Ἀσπένδιος. *Iulius Pollux* L. IX. c. 6. Aſpendii luctatores monetae inſculpſere, idque ab Aſpendiis fortaſſe factum ad inſtar Lacedaemoniorum, a quibus ortum illi traxere, vt teſtis eſt *Strabo* L. XIV. p. 667. in quorum quidem numis paſſim athletae bini inſculpti, veluti in procinctu ad pugnam cernuntur.

A) *Autonomi.* 1. Luctatores duo nudi.)(ΕΣΤΓΕΔΙΙΥΣ. Vir veſte ſuccincta ſtans vtraque manu elata euibrare quid videtur, in area triquetra. AR. $166\frac{1}{2}$ pond. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 182.) Muſ. *Hunter.* p. 46. n. 10. — 2. *Alius*, ſed inter luctatores litterae ΑΝ. *Eckhel.* ib. — 3. *Alius* ſed inter eos medio ΑΦ.)(*Eadem*, omnia in area quadrata. AR. 164. pond. *Geſner.* Tb. 60. fg. 7.) Muſ. *Hunter.* p. 46. n. 7. — 4. *Alius*, inter eos ΓΚ.)(*Eadem*, ante trinacria. AR. $166\frac{1}{2}$. M. *Hunt.* n. 8. — 5. *Alius* ſimilis, ſed inter eos ΝΓ.)(*Ead.* AR. $157\frac{1}{2}$. M. *Hunt.* n. 9. — 6. *Alius*, inter eos ΑΣ. AR. M. *Hunt.* n. 11. — 7. *Alius*, inter eos ΤΕ.)(*Eadem*, ſed ante trinacria et claua. AR. 159. M. *Hunt.* p. 47. n. 12. — 8. Typus paullo diuerſus.)(*Eadem*, ante trinacria. AR. $169\frac{1}{2}$. Muſ. *Hunt.* Tb. 7. fg. 19. — 9. Typus vt in prioribus; inter lucta-

luctatores E.)(ΕΣΤΡΕΔΙΤ. Typus idem, ſed in area rotunda; inter crura o. ante trinacria et claua. Æ. $140\frac{1}{4}$. *Peller*. Tb. 70. fg. 5.) M. *Hunter*. n. 14. — 10. Figura nuda galeata ſt. ad d. dextra gladium, ſ. brachio clipeum.)(ΕΣ. Trinacria in aquilam alis expanſis poſita in quadrato incuſo. Æ. $168\frac{1}{4}$. M. *Hunter*. Tb. 7. fg. 15. — 11. Typus idem.)(ΕΣΤΦ. Trinacria, ante gallus gallinaceus in quadrato incuſo. Æ. 169. M. *Hunt*. Tb. 7. fg. 16. — 12. Vir nudus gal. ſt. ad d. dextra gladium, ſ. clipeum, inter crura folium.)(ΕΣΤ. Trinacria, in area folium in quadrato incuſo. Æ. $169\frac{3}{4}$. *Peller*. Tb. 70. fg. 7.) Muſ. *Hunter*. p. 46. n. 3. — 13. *Alius* paullo diuerſus. Æ. $167\frac{1}{2}$. M. *Hunt*. n. 4. — 14. Typus idem, in area folia tria.)(ΕΣ. Trinacria, in area folium. Æ. $170\frac{1}{2}$. M. *Hunt*. Tb. 7. fg. 17. — 15. ΕΣ. Typus idem ſine foliis.)(Typus idem, in area folium in quadrato incuſo. Æ. $166\frac{3}{4}$. M. *Hunter*. Tb. 7. fg. 18. — 16. ΕΣΤΦΕΔΙΙΤΣ. Aper, infra quem hederae folium, in area ſignum incuſum bouem referens.)(Eques citato curſu d. iaculum euibrat. Æ. $84\frac{1}{2}$. M. *Hunt*. p. 47. n. 15.) *Eckhel*. Num. Vet. Tb. 13. fg. 3. p. 219. vbi et rationes adferuntur, propter quas ſimiles numi videantur Aſpendo tribuendi.) *Eiusd*. Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 182. — 17. Bos genuflexus ad d. cum capite retrouerſo.)(Trinacria. Æ. 40. pond. Muſ. *Hunter*. Tb. 7. fg. 20.

B) *Imperiales* ſunt Iuliae Soaemiadis, Alex. Seueri, Galli, Gallieni nominibus.

a) *Iul. Soaemiadis*. ΙΟΥΛΙΑ ϹΟΑΙΜΙΑϹ ϹΕΒ. Huius caput.)(ΑϹΠΕΝΔΙΩΝ, *Aſpendiorum*. Hercules nudus ſt., d. clauae innixa, ſ. tenet caduceum, et ſpolia leonis. Æ 2. *Guſſeme* I. p. 286.) *Vaill*. Gr.

b) Alexandri Seu. ΑϹΠΕΝΔΙΩΝ. Duae dextrae iunctae. Æ 2. *ibid.*

c) *Trebon. Galli*. ΑΥ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟϹ. Huius caput laur. ad humeros cum paludamento.)(ΑϹΠΕΝΔΙΩΝ. Duo athletae nudi luctantes. Æ 2. *Bandur*. I. p. 73.) *Guſſeme* ib. n. 3.) *Harduin*. Oper. p. 29.) *Patin*. Impp. p. 398) *Vaill*. Gr.

d) *Gallieni*. ΑΥΤ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. Caput eius laur. ad pectus cum loriça, a ſin. in area ΙΑ. *Anno* 11.)(ΑϹΠΕΝΔΙΩΝ. Figura iuuenilis rupibus inſidens. Æ 1. *Bandur*. I. p. 193.) *Guſſeme* ib. n. 4.

ASPER, quod infeſtus eſſet patribus, ex *Liuio* L. III. cognomen gentis Treboniae. C. TREBONI. C. F. ASPER. *Golz*. Faſt. p. 182.

Aſpergillum, ſeu ut alii vocant *Adſperſorium*, erat vas, quo ſe antiquiſſimo more luſtrabant Romani adſpergendo aquam, quae in templis erat. De iſto *Virgil*. L. VI. Aeneid. vſ. 229 ſq. itemq. Eclog. VIII. vſ. 64. Poſita nempe erant ante ſacella vaſa pura, religioni atque expiationi conſecrata, aquiminaria ac amulae, quaſi amolae, ab amoliendis periculis dicta, in quae aqua deportabatur, cuius adſperſione corporis labem tolli, et caſtimoniam conciliari credebant priſci Romani, auctore *Cicerone* L. II. de Legibus, et obſeruante *Hippocrate*, Libro de morbo ſacro. Fiebat autem adſperſio vel mediante rore marino, vel oliua felici, vel lauru vel certo inſtrumento ex pilis equinae caudae. Formam eius in variis numis obſeruare eſt, qui ſacerdotia vel pontificatum indicant, vt M. Antonii, Iul. Caeſaris etc. *Morell*. in Iul. Caeſ. Tb. 4. fg. 2 ſq.) *Oiſel*. Sel. Num. p. 541. — Ramus ille, quo cenſores ad luſtrandum vtebantur, qui viſitur in Auguſti numis, aſpergilli nomen quoque tulit.

Aſpe-

…ιος, *Stabilitor*, epitheton …i, quia inconcuſſa terrae fun… …a ſeruare credebatur. *Gal*… …iction. Numiſm.

…, ſerpentum genus, cum tu… …ruice et lato corpore, vt di… …otentiae ſymbolum ab Aegy… …lta praecipuo honore, eique … inſignia ſpica et papauer in …addita. Cuius *aſpidis* forma …culiari capitis ornamento in …ae Sen. numo Aegyptio apud …*m*. I. p. 223. — Aſpides …ea Aegypti reges in diade… …s pictas geſtaſſe docet *Oiſel*. …um. p. 270. occaſione numi … Tb. 47. fg. 6. cum inſcr. … PVBLICA. Duae in eo …es *aſpidem* in capite cum cau… …oſa verſus tergum habentes. …*ſpis* inter ſpicam et papauer. …ronis. — inter ſpicam et … n. Hadriani. — cum flore … capite, hinc ſiſtrum, inde …us. n. Hadriani.

…*ledon* Phocidis *Plinio* L. IV, … *Stephano* Ἀσπληδὼν, πόλις …, τὸ ἐθνικὸν Ἀσπληδόνιος. *Har*… Oper. p. 29. e *Golzii* Theſ. … repetit numum Caii Cali… ΑΣΠΛΗΔΟΝΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ in… …um.

…RENAS cognomen Noniae … Q. NONI. SEX. F. ASPRE… *Quintus Nonius Aſprenas*, *Filius*. *Golz*. Faſt. p. 219.

…ΑΡΙΑ, ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΤΟ, ΑΣΣΑΡΙΑ … ΑΣΣΑΡΙΝ. ΗΜΙΣΥ., ΑΣΣΑΡΙΟΝ …ae pretium quibusdam Chio…rum numis additum. vid. *Chius*. — Graeci hiſtoriae Romanae ſcriptores, dum de pecunia loquuntur, perpetuo *aſſes* per Ἀσσάρια deſignant, exiſtimat tamen *Khellius*, probabilius multo eſſe, hos ad peregrinum *Aſſis* vocabulum indicandum vſitato iam in Hellade, quod ſono proxime accedebat, vti maluiſſe, quam vt nouum aliquod procuderent; Graeci vero, quorum lingua ditiſſima, a Romanis mutuati ſunt ſolum nomen, cetera enim omnia diuerſa: *As* Romanorum in duodecim partes, nempe vncias tribuebatur; nihil ſimile de *Aſſariis* Graecorum nouimus. *As* Romanae pecuniae velut caput erat, et numus communis maximus, rariores enim treſſes, quatruſſes etc. fuiſſe nemo dubitabit, vbi Graecorum aeneos, maiores Ἀσσάρια τρία valuiſſe, Ἀσσάριον vero vltimum obtinuiſſe locum vidimus.

Vulgauit *Khellius* Adpend. altera ad Numiſm. Graeca tabellam ponderum ſua induſtria inuentorum. In columnas diuiſa eſt tabula, quarum prima Graecos numeros continet, quibus deinde proportionem diminutionis arithmeticae confecit; altera Aſſariorum numerum exhibet; tertia et quarta pondus libra antiquaria, quae eſt Norimbergenſis, expenſum; quintam in illorum gratiam adiecit, qui drachmis euoluendis minus ſunt adſueti, redegit has nempe ad grana, eiusdem tamen librae, etſi minutiis neglectis; in ſexta muſea adſcripſit *Khellius*, ex quibus haec cimelia depromta ſunt.

ASSARII CHII.

ΧΙΩΝ ΑΣΣΑΡΙΑ ΤΡΙΑ.		Drach.	Gran.	Reduct. ad Grana.	Muſea.
	α	4 S.	5	275	olim. Apoſt. Z
	β	4 S.	—	270	Caeſ. Vindob.
	γ	4—	21	261	Theupoli.
	δ	4—	18	258	Theupoli.
	ε	4—	—	240	Ilgneri.
	ϛ	3—	8	181	Granellian.
	ζ	2 S.	18	168	Theupoli.
	η	1 S.	29 1/5	119	Savorgnan.
	θ	1 S.	20	110	Granellian.
ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΥΟ.					
	α	2 S.	2 4/5	152	Savorgnan.
	β	2—	16	136	Theupoli.
	γ	2—	15	135	Theupoli.
	δ	1—	13	73	olim. Apoſt. Z
	ε	1—	12	72	Savorgnan.
	ϛ	1—	10 1/5	70	Savorgnan.
ΑΣΣΑΡΙΟΝ.					
	α	1 S.	9 1/5	99	Savorgnan.
	β	—S.	18	48	Savorgnan.
	γ	—S.	17	47	Savorgnan.
α) ΑΣΣΑΡΙΝ. ΗΜΙΣΥ.		2—	5	125	Theupoli.
β) ΗΜΙΣΥ. ΑΣΣΑΡΙΟΝ.		1 S.	19 2/5	109	Savorgnan.
γ) ΗΜ... ΑΡΙΟΝ.		—	23	23	Theupoli.
ΟΒΟΛΟΣ ΧΙΩΝ.		4—	29	240	Theupoli.
ΗΜΙΟΒΕΛΙΝ. ΑΙΓΙΟΝ.		1 S.	19 3/5	190	Savorgnan.
Aegienſis alius.		—S.	25	55	Khellii.

Sch

Schema Diminutionis.

ASSARII CHII.

	Drachm.	Gran.	Reduct.
n antiquiſſimum fuiſſe: probat ΑΣΣΑΡΙΝ. ΗΜΙΣΤ. *poli α.*	4 —	10	250
n - - - probat ΗΜΙΣΤ. ΑΣΣΑΡΙ. *Savorgnan β.*	3 —	19	218
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΟΝ. *Sa-nan. α*, item ΑΣΣΑΡΙΑ . *Zeno α*, et *Caeſar. β.*	1 S.	9	99
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΑ ΤΡΙΑ. *poli γ, δ.*	1 —	28	88
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΥΟ. *rgnan. α.*	1 —	16	76
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΥΟ. *poli β, γ.*	1 —	7	67
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΑ ΤΡΙΑ. *poli ζ.*	— S.	26	56
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΟΝ. *Sa-nan. β, γ.* et ΗΜ... ΡΙΟΝ. *Theupoli γ.*	— S.	17	47
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΑ ΤΡΙΑ. *rgnan.* H. et Granelli ϑ.	— S.	10	40
n - - - probant ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΥΟ. , δ, et *Savorgnan. ε, ϛ.*	— S.	6	36

Maius quidem Aſſariorum diſcrimen ex prima tabella erui potuiſſet, verum quia aliquid adſtrictui, et ſitui, ſeu maiori, minoriue conſeruationi tribuendum ſciebat editor, nequaquam granorum minutias perſecutus eſt, ſed ea interualla ſelegit, in quae vix temporis edacitati aliquod ius eſſe poteſt.

Erit, cui mirum videbitur, obolum apud Chios eiusdem valoris fuiſſe, ac numum inſcriptum: ΑΣΣΑΡΙΑ ΤΡΙΑ, et in eadem vrbe pecuniam diuerſis nominibus inſignitam eiusdem fuiſſe valoris, atque adeo arbitrabitur, Chios ante obolis vſos, his aſſaria tria ſubſtituiſſe. Vtut ſit, quia videmus, aſſaria lentis decrementis imminuta, idem cenſeri debebit de obolis.

Conſequitur ſecundo: quia drachmae, oboli etc. nomina Graecis tam in Aſia, quam Europa erant communia, aſſariorum etiam vſum alibi, quam apud Chios obtinuiſſe, etſi eorum pondus in diuerſis vrbibus variauerit aliquantum. Quod comprobat Hemiobelio Aegienſium *Khellius* Adp. II. Tb. 1. fg. 3. — Tales ſemioboli diminuti cenſeri etiam poterunt parui illi atque ſatis frequentes Chiorum numi, qui ſine ponderis nota magiſtratuum nomina adſcripta habent.

Conſequitur tertio: errare pleroſque omnes, qui aſſariorum nomen a Romanis ad Graecos perueniſſe exiſtimant, vti pluribus docet *Khell.* l. c. p. 22. 23.

ΑCCΕΩΝ loco ΑCCΙΩΝ. *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 255. v. Aſſus.

ASSERTOR. v. HERCVLES.

Aſſes librales XII. vnciarum ponderis. vid. *As.*

ΑΣΣΙ. vid. *Aſſus* Myſiae.

ΑΣΣΙΝΟ in aere Naxio legitur. *Aſines* erat fluuius e regione Aetnae, Siculi fluminibus perſaepe adſcripſerunt nomina in moneta ſua.

ΑΣΣΙΩΝ. v. *Aſſus* Myſiae.

Aſſis, idem quod *as*, antiquiſſimus Romanorum numus, in cuius antica frequens caput Iani bifrontis, in poſtica prora nauis. v. *As.*

ASSORV. loco *Aſſorus* in Sicilia, littera S. finali intercepta.

Aſſorus, hodie *Aſaro*, oppidum fuit non ignobile Siciliae inter Ennam et Agyrinam. *Plin.* L. III. c. 14.) *Fazelius* rer. Sicular. L. I. — Eius numos iam pridem protulit *Paruta*; cernuntur etiam Aſſorinorum aenei tres apud *Torremuzzam* principem in Sicil. Num. Tb. 15. p. 14. qui et alibi exhibentur. 1. obuius, caput habet imberbe lauro coronatum ad d. cum inſcr. ASSORV.)(Iuuenis nudus ſt. ad ſ. d. diotam, ſ. cornucopiae; quae imago ab inſcriptione CRYSAS, fluuii Chryſae, hodie *Dittaino*, qui Aſſorinorum fines adluebat, figuram eſſe demonſtrat. Typus iſte mire illuſtratur a *Ciceronis* loco Act. IV. in Verr. c. 44. Æ 2. *Froelich.* Not. Elem. p. 76.) *Geſner.* Tb. 13. n. 1.) *Guſſeme* I. p. 287. cum capite Apollinis laureato.) *Harduin.* Oper. p. 90.) Muſ. *Hunter.* p. 47. ſed CRVSAS.) *Maffei* Oſſerv. Lett.-Tom. V. p. 387.) *Paruta* Tb. 126. fg. 1.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 6. fg. 10.) M. *Theup.* p. 1251.) *Torremuzz.* Sicil. Tb. 15. fg. 1.) *Zaccaria* Iſtit. p. 360. ſed ASSORY. — 2. Caput non laurea, ſed frumenti ariſtis coronatum, vt Cereris, addita eadem ASSORV. epigraphe.)(Idem Cryſae ſimulacrum et nomen CRYSAS. Æ 2. *Muſell.* Num. Pop. Suppl. Tb. 1. fg. 7.) *Paruta* ib. fg. 2.) *Torremuzz.* ib. fg. 2.) *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. 25. fg. 151. p. 205. cui Cryſas vrbis numen. — 3. non adeo obuius habet caput Veneris.)(ASSORV. Iuncti boues

boues duo. Æ 3. *Guſſeme* I. p. 287. cum capite muliebri diademato.) *Hauercamp.* ad *Parutam*, qui iugatos boues ad quandam Romanorum coloniam Aſſorum forſan deductam refert.) *Torremuzz.* ib. fg. 3.

Aſſus in Myſia, nunc quoque *Aſſum* vocant. *Stephano:* Ἄσσος, πόλις Αἰολίδος, τὸ ἐθνικὸν Ἀσσιος καὶ Ἀσσεύς, *Plinio* L. V. c. 32. *Aſſos* in Aeolide et L. XXVII. In Aſſo Troadis etc. *Strabo* de ea: „Natura et arte munita eſt *Aſſos* a mari, et portu rectam, et longam adſcenſionem habens.

A) *Autonomi* eius numi:
1. Caput Palladis galeatum ad d.)(ΑΣΣΙ. *Aſſiorum.* Gryphus decumbens ad ſ. infra caduceus. Æ 2. *Peller.* Tb. 53. fg. 3.) Muſ. *Hunter.* p. 47. n. 1. — 2. *Alius* ſimilis, ſed infra caput bouis. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 155. — 3. *Alius*, ſed infra flos. Æ 3. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 5. fg. 11.) *Guſſeme* I. p. 287. — 4. *Al.* infra haſtae cuſpis. Æ 3. Muſ. *Hunter.* p. 47. n. 2. — 5. *Al.* infra thyrſus. Æ 3. M. *Hunt.* ib. n. 3. — 6. *Al.* infra fulmen. Æ 3. M. *Hunt.* ib. n. 4. — 7. Idem gal. caput.)(ΑΣΣΙ. Sphinx. *Guſſeme* l. c. — 8. Caput idem.)(ΑΣΣΙ. Facies bouis, ſupra diota. Æ 4. Muſ. *Hunter.* Tb. 7. fg. 21. — 9. *Alius* ſimilis, ſed ſupra bouis caput eſt corona laurea. Æ 4. M. *Hunt.* p. 47. n. 6.

B) Sunt et huius ciuitatis numi ſub
a) *M. Aurelio.* ΑϹϹΙΩΝ. Ara ſuper quam ſerpens, quo Aeſculapius indicatur. Æ 3. *Guſſeme* I. p. 287. n. 1.) *Harduin.* p. 29.) *Vaill.* Gr.

b) *Commodo.* 1. ΑϹϹΙΩΝ. Fortuna ſt. d. temonem, ſ. cornucop. Æ 3. *ibid.* — 2. ΚΡΙΝΑΚΙΔΗϹ ΑϹϹΙΩΝ. *Crinacides Aſſiorum.* Ara cum ſerpente. Æ 3. *ibid.*

c) *Iul. Domnae.* ΕΠΙ. ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΑϹϹΙΩΝ ΠΙΟΝΙΤΩΝ, *Sub Praetore Aurelio, Aſſiorum et Pionitarum* in Aeolide Concordia. Templum quatuor columnarum, in cuius aditu mulier ſt. cum modio in capite ſ. haſtam. *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 255.) *Vaill.* Gr. p. 94.) *Harduin.* Oper. p. 138. ſed ΑϹϹΕΩΝ etc.) *Guſſeme* ib. n. 5.

d) *Caracallae.* ΑϹϹΙΕΩΝ. Æ 1. *Harduin.* p. 29.

e) *Alexandro Seuero.* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΜΗΤΡΩΝΙΚΟΥ ΑϹϹΙΩΝ, *Sub Praetore Aurelio Metronicho Aſſiorum.* Figura more patrio veſtita, d. vas quoddam, de quo forte *Plin.* L. XXVIII. „*Aſſius lapis* guſtu ſalſus, podagras lenit, pedibus in vaſe ex eo cauato inditis etc. Æ. max. *Guſſ.* n. 6.) *Harduin*, qui vero legit ΜΗΤΡΩΝΙϹΤΟΥ, *Metroniſta.*) *Vaill.* Gr.

Aſſyria regio maioris Aſiae, quam *Ptolemaeus* terminat, aliter vero *Plinius* L. V. c. 12. qui docet Aſſyriam Syriae partem eſſe, quae poſtea vocata eſt Adiabene. *Strabo* autem L. VI. longe latiores Aſſyriae fines adſignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, et maximam circumiacentium regionum partem. Eadem et *Syria* a Graecis vocata eſt teſtibus *Iuſtino* L. I. et *Herodoto* L. VII. quamquam multo latiores Syriae fines fuerunt, quam Aſſyriae. Dicta eſt *Aſſyria*, vt refert *Auguſtinus* L. XIV. de ciuit. ab Aſſur filio Sem. — *Aſſyriacarum litterarum* ſeu quae vulgo hodie Hebraicae, et Samariticarum antiquitas vtrimque e numis adſerta. *Spanh.* I. p. 61 ſqq.

ASSYRIA IN POTESTATEM P. R. RED*acta.* Figura ſt. d. haſtam, ſ. c. e. n. Traiani. *Guſſeme* I. p. 288.) *Harduin.* p. 30.) *Occo* p. 214.

ASSYRIA ET PALAESTINA IN POTESTATEM P. R. RED. S. C. eiusd. Traiani. *Hard.* ib.)

Occo p. 215.) *Mdb.* p. 162. ſed REDAC. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Mas et femina Aſſyrii patrio habitu palmae adligati, vtramque manum in capillos et genas iniicientes. Æ. Traiani. *Guſſ.* ib.

VICT. ASSYR. in clipeo a palma pendente, adſiſtente Victoria S. C in ambitu: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Æ. Traiani. *Hard.* p. 29.) *Mdb.* p. 162.) *Guſſ.* ib. ſed VIC. ASSYR. etc.

AST. *Aſtigitana*. COL. AST. AVG. *Colonia Aſtigitana Auguſta*, Hiſpaniae *Ecija* hodie, vrbs illa antiqua *Aſta*, et Hiſpaniae Baeticae colonia. *Vaill.* Col. I. p. 14. — Ex *Harduini* p. 29. et *Ioberti* P. II. p. 160. coniectura hodie *Xerez della Frontera*, ad amnem Guadalete, teſte Martino de *Roa* in Hiſt. Aſtigit. vel vt vult *Guſſeme* I. p. 289. *la Meſa de Aſta.* — *Hauercamp.* ad *Morell.* Theſ. in Aug. Tb. 34. n. 2. P. I. p. 376. eundem exhibet Auguſti ex Æ 2. numum, addita explicatione: COLonia ASTurica AVGuſta. Colonus agens boues. *Aſtures*, vt meminit *Dio* L. LV. ab Auguſto bello dimiti ſunt. Numum vulgarunt primi Ant. *Auguſtin.* in Dialogis, et *Golz.* in Aug. Tb. 49. n. 14. — In *Cimel. Vindob.* I. Tb. 16. fg. 1. p. 88. ſcribitur C. AST. *Colonia Aſtigi*, vel *Aſturica* forſan, ad faciem ſphingis, infra SOCE. — COL. ASTA REG. in n. Neronis e Theſ. *Golzii* p. 237. recenſet *Harduin.* p. 29. prolatis *Plinii* L. III. c. 3. verbis: *Coloniae, Aſta* quae *Regia* dicitur etc. — Florez et ex eo *Guſſeme* l. c. in alio legunt: M. POPILLI. M. F. Caput virile laureat.)(P. COL. ASTA. RE. F. *Princeps Colonia Aſta Regia Felix.* Taurus ſtans.

Aſtapa, hodie *Eſtepa*, vrbs Hiſpaniae Baeticae, in cuius numo: ASTAPA. Caput mulieris.)(Caput radiatum. *Guſſeme* I. p. 289.

Aſtarte, Ἀστάρτης, quae et Οὐρανία ſeu Venus coeleſtis et quarta Venus, item Hebraeis עשתרות *Aſtarot* adpellatur, eadem cum Luna a quibusdam eſſe cenſetur. Alii Aſtartem ferunt paſtorum deam ab ouibus dictam; alii volunt a voce ἄστρον, ſtella; aliis Iuno, aliis Venus eſt: ſed imago, quae in numis Tyriorum, Berytenſium aliorumque exhibetur ſeminuda, Veneri magis conuenit, quam Iunoni. Verum de eius nomine aeque ac de figura nondum conuenit ſatis inter eruditos. *Sanchoniathon*, vetuſtiſſimus auctor Phoenicius Venerem explicat. *Cicero* L. III. de nat. deor. quatuor, inquit Veneres, ex iis quarta Syria eſt, Tyrio concepta, quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt. *Plutarchus* eam in M. Craſſo ita deſcribit: Omen primum ei offertur ab hac dea, quam Venerem, alii Iunonem, nonnulli eam, quae incunabula et ſemina omnibus ex humido praebuit, cauſam et naturam arbitrantur eſſe, et quae principium omnium bonorum docuit mortales. Quidam Aſtartes nomen ab Aſtarto, Tyri rege, deriuant. *Aſtoret* vero I. Regum c. 11. v. 5. et 33. coll. Iudic. c. 2. v. 13. et c. 10. v. 6. item I. Sam. c. 7. v. 3. 4. et c. 12. v. 10. ſeptuaginta interpretes vertunt Aſtarten, cui Salomon, vni concubinarum ſuarum obſequi volens, altaria condidit II. Reg. c. 23. v. 13. vt et narrat *Suidas*: Quam coluit Salomon. Phoenicii Venerem eſſe dicunt Aſtarten, quae et apud Graecos Venus dicta et a plurimis Venus exiſtimata, variisque nominibus celebrata eſt, praeſertim in Syria, vicinisque prouinciis, etiam in Parthia, modo Derceto, modo Atergatis, modo Venus adpellata, vt indicat *Iſidorus* Characenus in Parthiae Periegeſi. A *Macrobio* Saturnal. c. 21. Architis dicitur. Vide varias de hac dea opiniones apud *Lucianum* de dea Syria, qui eam deſcribens turrim capiti, et baculum manui attribuit. Alii cum *Voſſio* de orig. et progreſſ. idolol. L. I.

L. I. c. 14. Aſtarten ab Europa haud diuerſam ſtatuunt. — Illam Aſcalonitarum numi in ſuperiori parte mulier cum infima piſcis exhibent, vt et narrat *Manilius* Aſtron. L. 4. Aſtartis figuram in Berytenſium numis deae Securitati tribuit *Triſtanus* in Elagabalo, quem ſecutus eſt *Harduinus* p. 91. *Rickius* autem de Capitol. Rom. Aſtarten Iouem radiatum cum globo et haſta arbitratur; eiusdemque ſententiae eſt *Mediobarbus*. — Varius erat Aſtartes veſtitus et varia eius attributa, pro diuerſo nimirum honore ipſi in diuerſis Syriae, Phoeniciae et Palaeſtinae vrbibus tributo.

Aſtartes cultum in Palaeſtina antiquiſſimum fuiſſe ex *Ioſepho* L. VI. c. 15. nouimus, qui Sauli regis occiſi et filiorum arma in eius templo conſecrata narrat, coll. I. Sam. c. 31, v. 10. — In Syria etiam et Phoenicia maxime culta eſt Aſtarte, eamque horum coloni Carthaginienſes coluerunt, vti *Saluianus* L. VIII. de gubern. ſuo etiam tum tempore eius cultum Carthagine familiarem fuiſſe deplorat. In n. Demetrii Nicatoris, Syriae regis, ſtat ſtolata d. extendit, ſ. baculum in crucem formatum gerit, vel ſtat in triremem.

Aſtartes huius frequens typus in numis Tyriorum et Sidoniorum, quorum tutelaris et topica dea erat Aſtarte. Sic tutulato capite ſtans inter tropaeum et columnam, cui inſiſtit victoriola, dextram ad tropaeum extendit, ſ. tenet baculum, ad pedes palma et conchylium; manum ſcilicet tropaeo imponit, tanquam Phoenices ipſius ope in longinquas regiones deduxerint colonias, idcirco coronatur a Victoria adſtante. Qui typus in Tyri templo in Elagabalo, Aquilia Seuera, et Philippo Seniore. Vel Aſtarte ſtans d. imponit tropaeo ſ. haſtam, pro pedibus hinc paruum Sileni ſignum, inde conchylium, a ſiniſtris columna, ſupra quam Victoria coronam ipſi porrigens. Tropaeo manum adponit Sidonis in Caracalla, Geta, Elagabalo, Alex. Seuero, Gordiano Pio, Otacilia, Voluſiano, Valeriano, Gallieno. — Capitolenſes a Bybliis Aſtartes acceperunt cultum. In numis COL.*oniae* AEL.*iae* CAP*itolinae* frequens itaque templum, in quo Aſtarte tutulato ſtans capite, d. caput Serapidis, ſ. ſcipionem oblongum, pede ſupra fluuii figuram impoſito; caput tenet, fluuiumque premit in Adoniorum memoriam, fluuius enim, quem pede calcat, eſt Adonis. Sic in templo Aeliae Capitolinae in Sept. Seueri et Diadumeniani numis repraeſentatur. — Eadem in templo 4. col. n. Anthedonis, Aradi, Neapolis Syriae. — ſt. in templo 6. col. ſ. pede prorae nauis impoſito iuxta columna, cui inſiſtit victoriola, quae deae coronam offert. n. Bybli. — Aſtartes templum in numo Caracallae dicato Caeſareae Palaeſtinae, cuius cultus in illam obuius, quo in templo dea d. ſcipionem gerit, ſ. pallium colligit, a ſiniſtris Victoria columnae impoſita ei porrigit coronam. — Eadem Aſtarte ſui cultum apud Boſtrenos indicans ſtat in n. coloniae Boſtrae in templo, d. ſcipionem in crucem efformatum, ſ. cornucopiae, pro pedibus duo centauri buccinam inflantes. — Cum Victoriae columna, Sileno etc. in templo quatuor columnis ſuffulto ſtat Aſtarte in Sidoniorum numis in Elagabalo, Iulia Paula; cuius quidem veſtitus Beryti et Caeſareae paullo diuerſus. — Aſtarten ſeu Venerem Berytenſes in numis frequentius percuſſerunt, illam vrbis tutelare numen, deamque topicam venerantes. Vnde in eorum n. ſtans ſeminuda, qualis Venus depingitur, capite tutulato, vt Beryti genius, ſub cuius tutela vrbs eſt poſita, pede in proram, ad denotandum vrbis ſitum, d. ſcipionem oblongum ſiue ſceptrum, ſ. aliquando acroſtolium vel tanquam maris domina, vel ob vrbis ſitum; a ſiniſtris Victoria, co-

lumnae impoſita ei coronam porrigit, ob fines eius auxilio ampliatos. Qua cum Aſtertes figura Beryti numos Valeriano, Gallieno et Saloninae dedicauere. In templo autem Beryti ſtat Aſtarte d. baculum, in crucem efformatum; ſ. cornucopiae, ad ſiniſtras icuncula alata, columnae impoſita, deae coronam porrigens, in Traiano, Hadriano, Commodo, Seuero, Iul. Domna, Macrino, Elagabalo, Annia Fauſtina et Gordiano Pio. Vel duae icunculae hinc et inde ſupra cippum vexillum gerentes in Berytenſium numis, Macrino et Elagabalo cuſis, vtriusque legionis, V. Macedonicae et VIII. Auguſtae veteranorum genios repraeſentant ad indicandam coloniae originem.

Aſtartae coronam porrigens Victoria columnae impoſita ſaepe huic deae comes in numis tribuitur; vt in n. Bybli in numo Aeliae Capitolinae Diadumeniano dedicato geminae ſunt Victoriae hinc et inde globo inſiſtentes. — *Aſtarte* vt tutelaris dea *turrita* depingitur; taurina vero in Aſtartes capite cornua apud *Euſebium* Praepar. Euangelic. L. I. c. vlt. *Tutulato* capite ſedens. n. Gabalae Syriae in Traiano. —

ATILIVS in numo ſuſpecti commatis, quem *Triſtan.* I. p. 43. vni e percuſſoribus Caeſaris tribuit. v. *Caedes Iul. Caeſaris.*

ATILLIO II.VIRo Caeſar Auguſtae. n. Tiberii.

Atina vrbs Lucaniae in mediterraneis erat ſita prope Tanagrum fluuium, ad radices Apennini montis, XX. circiter milliaribus diſtans a Paeſto in orientem, et XV a Sontia in ſeptentrionem. Ea nunc dicitur *Atena*, eſtque tantum oppidulum prouinciae principatus citerioris. *Cellar.* Notit. Orb. Antiq. I. p. 726. —

Atinatorum numi, Graece ATINAIΩN inſcripti, ſunt ex aere paruo rariſſimi, quos protulit *Magnan.* Lucania Numiſmatica Tb. 32. p. XIII. it. *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. IV. Tb. 5. Caput coronat.)(Miles ſt. cap. gal. d. haſt. ſ. clipeum, pone tres globuli, c. ep. ATINAIΩN. Vbi fuerint cuſi numi illi antiquiſſimi, Graeca ATINAIΩN epigraphe donati, incertus fuit *Froelichius*, vnde ſcripſit Notit. Elem. Num. p. 77. eos pertinere ad Atinam Lucaniae, Campaniae vel Latii. Haec erat apud Marſos, in confinio Campaniae, et ibi cuſos putat *Magnanus* numos cum Latina voce ATINOS. Sed alios Graece inſcriptos Atinae Lucaniae adſcribendos eſſe certum ipſi videtur, cum lingua Graeca vterentur Lucani, non autem Samnites, nec Latini.

ATINOS. *Pellerinius* Rec. T. I. pl. 10. n. 1. in tribus ſui muſei numis cum equite d. coronam ſuſtinente, adfert nomen ATINOS. Vel ſit viri, vel vrbis nomen, perinde eſt incognitum. *Vaillantius*, *Haymiusque* huius generis numos familiae Atiliae; *Magnanus.* Miſcell. Num. IV. Tb. 6. Atinae Marſorum ad Melpim fluuium Italiae vrbi tribuerunt, ſed ex mente *Neumanni* Pop. Num. Tom. I. p. 39. falluntur. Fuit et Lucanorum *Atina*, cui pariter *Magnanus* aereum numum largitur, ex *Arigonio* mutuatum, qui nomen ATINAIΩN mentiebatur. Si idem cum aliis Aetnenſibus conferatur, genuina eſt AITNAIΩN epigraphe, vt vult *Neumann.* l. c.

Atinum in Italia. *Combe* in Muſ. *Hunter.* Tb. 12. fg. 22. p. 64. huic vrbi attribuit Æ 2 numum, in quo caput imberbe galeatum ad d. pone quatuor globuli.)(ΩINITA. Noctua ſt. ad d. ante vas et quatuor globuli.

ATIVS, de quo *Sueton.* vit. Auguſti c. 4. vid. *Atia* g.

Atlas, aſtronomus et philoſophus, humeris globum gerit genu flexo. Æ max. Anton. Pii. Muſ. *Alb.* I. Tb. 20. p. 39.) *Guſſeme* I. 302.) *Harduin.* Oper. 774.) *Maffei* Gemm. P. III. p. 191. numum explicat.) *Vaill.* Pr. III. p. 124.

ATOK. loco Αυτοκράτωρ in n. Abgari regis: ATOK. CEOTHPOC, *Imperator Seuerus.*

ATOAV (*ſic*) in Æ. Mauricii numo, quem recenſet *Bandur.* II. p. 668. VICTORIA ATOAV inſcripto.

ATONAI

ATONAI magiſtratus nomen in n. Coiorum : ΚΩΙΩΝ 'ΑΤΟΝΑΙ, *Sub Atonaeo.* M. *Theup.* p. 1262.

ATQ. *Atque.* R. P. IN AMP. ATQ. TRA. S. E. *Reſpublica In Ampliore Atque Tranquilliore Statu Eſt.*

ATR. vel ATR. *Atratinus* cognomen gentis Semproniae ab atrato, atratus autem ab atro. C. SEPT. ATR. *Caio Septimio Atratino* Duumuiro. v. *Calaguris.* — *Sempronia* g.

ATR. *Treueris* percuſſus numus in officina *Prima*; in ima parte n. Gal. Maximiani, Licinii Sen. etc.

ATRA. vel ATRATIN. *Atratinus.* v. Sempronia g.

ΑΤΡΑΤΙΝ. ΠΥΘΙ. vel ΑΤΡΑΤΙΝΟΣ ΠΥΘΙΑ, *Atratinus*, qui *Pythia* certamina celebrauit. Atratinus ille cum tripode Pythico. Æ max. *Vaill.* Fam. II. Tb. 125. n. 7. p. 369.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 24. n. 5. p. 204 ſq. ſed ΑΤΡΑΤΙΝ. ΠΥΘΙΩΝ. *Atratinus Pythionis* filius.) *Harduin.* Num. Pop. et Vrb. qui vero ΑΤΡΑΤΙΝΟΥ ΠΥΘΙΑ, *Ludi Pythii, adente Atratino.* v. *Lilybaeum.*

ATRATINVS. vid. Sempronia g.

Atrax, vel *Atracia*, *Stephano*, Ἄτραξ καὶ Ἀτραxία, ciuitas Theſſaliae, cui *Eckhel.* Num. Vet Tb. 6. fg. 11. p. 85. contribuit Æ. numum; equus in eo currens,)(Monogramma litteris A T conſtans, intra lauream.

ATREV. *Treueris* in officina *Prima*; vel A eſt nota monetarii. *Wolzereck.* El. Num. p. 325.

Atria, vel *Atriatium*, vrbs Italiae antiqua iuxta Venetias circa paludes Padi fluminis, poſtea *Adria* dicta, a cuius ſubmerſione Adriaticum mare eſt adpellatum, a quo vix IV. milliaribus diſtans. Aliam eiusdem nominis vrbem in Aprutio computatam notauit *Paſſerius* quarum vtraque, ſiue alterutra nomen Adriatico mari feciſſe traditur. cf. *Dempſter.* de Etrur. L. IV. c. 117. — Numos ab Atriatibus percuſſos debemus diligentiae *Arigonii*, quos in Proſpectu rei numariae, quem in lucem edidit, omnium oculos obiecit. — 1. HAT. i. e. *Atriatium.* Caput aduerſum barbatum et vitta vel corona redimitum.)(Lupus dormiens. Æ. e maximorum genere. *Arigoni* Tom. III. Tb. 1. ſed notandum eſt litteras HAT: in parte auerſa inſculptas eſſe, pariter in *Gorii* Antiquitatibus Etruſcis Tb. 55. fgg. 1. 2. p. 125.) Mnſ. *Hunter.* p. 63. n. 1.) *Magnan.* Miſcell. Num. Tom. I. Tb. 22. — 2. Raia piſcis, infra tres globuli.)(HAT. Delphinus. Æ maioris moduli. *Arigoni* Tom. IIII. Tb. 8.) M. *Hunt.* ib. n. 2.) *Gorii* Antiq. Etruſc. ib. fg. 4. ſed globuli deſuper. — 3. Caput mulieris.)(HAT. Vas, additis quatuor globulis, qualis inter trientes vulgo cenſetur, ſed cum illius pondus ſit vnciarum ſex, libram conſtitueret enormis ponderis vnciarum XVIII. quapropter in ſuſpicionem venit *Paſſerius*, quatuor globulos quadripondium importare, cuius ratio ſpectet ad aſſem ſexquiuncialem; nam, licet concedat extitiſſe aliquando aſſes vnciarum XX. tempore rudiori, quo nondum populorum moneta ad aequilibrium redacta erat: attamen eo tempore nondum inſcribi fuerat inſtitutum. — 4. Conſonat huic numus cum nota ſemiſſaria eiusdem ciuitatis, quem expoſuit *Paſſerius* ad *Dempſteri* de Etruria Paralipomena Tb. 3. fg. 5. hinc pegaſus volans.)(HAT. Caput mulieris cucullatae, vnciarum nouem, et propterea pertinens ad aſſem vnciarum XVIII. Firmiter tamen credit *Paſſerius*, globulos ſex non vncias, ſed totidem libras deſignare, et conſequenter a grauitate ponderis nullum argumentum trahi poſſe ad remotiſſimam illam antiquitatem huic numo adſignandam; praecipue cum inſcriptio

ptio compendioſa HAT more Latino a ſiniſtra ad dextram, et Latinis litteris ſit formata, quod euidenter oſtendit, numum hunc et alios ſimiles ſignatos fuiſſe, cum iam Etruſca litteratura eſſe deſiiſſet. Vel inter eos computandi ſunt numi, qui totidem aſſes, quot globulos, deſignant. — 5. Caput muliebre laur. ad ſ. ante quinque globuli.)(HAT. Vas vtrimque anſatum. Æ mai. mod. *Gorii* Ant. Etr. Tb. 55. fg. 5. — 6. Gallus gallinaceus ad ſ. ore aperto, in area duo globuli.)(HAT. Calceamenti genus. Æ 1. *Gorii* ib. fg. 3. — 7. H. littera.)(A. Serpens vel aliquid ſimile. Æ 1. Muſ. *Hunter.* Tb. 12. fg. 23. — 8. Ad eandem ciuitatem refert *Holſten.* in *Stephan.* de Vrbibus p. 9, antiquiſſimum numum, in quo circum caput Neptuni cum tridente legitur HADR.)(Caput muliebre velatum, forte Iunonis, cum ſceptro.

ΑΤΤΑ. in barbaris tetradrachmis, de quibus *Neumann.* Pop. Num. I. p. 143. — cum figura equeſtri. *Harduin.* Oper. p. 30.

ΑΤΤΑ. Ἄτταλος, *Attalus* nomen magiſtratus Antandriorum Troadis. v. *Antandrus.* Fuit tamen qui legendum putaret ΑΤΤΑλέων, ita vt ſit nomen alterius vrbis in Lydia, cui nomen *Attalia,* quae vna cum Antandro numum apud *Oderic.* Num. Graec. p. 1 et 115. percuſſerit. Verum omnino eſt magiſtratus nomen.

Attaea, Gr. Ἀττάια, Phrygiae oppidum iuxta cognominem ſibi paludem, a qua nomen iſtud alterum hauſiſſe videtur, nam et *Botieum,* Βοτίειον *Stephano* adpellabatur. Numos quidem ΑΤΤΑΙΤΩΝ inſcriptos *Triſtanus,* et *Vaillantius* ad Ataeam Laconicae referunt, *Spanhemius* ablegat ad Arabiae Felicis incolas, *Harduinus* coniectat ad Phrygiae Attaeam. Ἀττάιτης eſt gentile nomen.

A) *Autonomi.* 1. ΙΕΡΟΣ ΔΗΜΟΣ, *Sacer Populus.* Caput laurea cinctum.)(ΑΤΤΑΙΤΩΝ, *Attaitarum,* vel *Attaeorum.* Aeſculapius cum baculo et ſerpente. Æ. *Patin.* Impp. p. 7.) *Harduin.* p. 30. — 2. ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟΣ, *Sacer Senatus.* Caput ſenatus barbatum.)(ΑΤΤΑΙΤΩΝ. Pallas galeata ſt. ad aram, d. pateram, ſ. clipeum et haſtam. *Guſſeme* I. p. 302. — 3. *Al.* ſed mulier nuda ſt. ſuper monticulis. Æ. *Guſſ.* ib.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 5. fg. 12. ſed cum capite ſenatus iuuenili.

B) *Imperiales.* a) *Traiani.* ΝΕΡΟΥΑ. ΤΡΑΙΑ ...... Caput huius laur.)(ΑΤΤΑΕΙΤΩΝ, *al.* ΑΤΤΑΙΤΩΝ. Caput faſcia reuinctum, forte ſenatus. Æ 3. *Guſſeme* ib.) *Harduin.* ib.) *Vaill.* Gr.

b) *Sept. Seueri* cum eius capite.)(ΑΤΤΑΙΤΩΝ. Aeſculapius ſt. cum baculo. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Gr.

c) *Getae* cum eius vultu.)(ΑΤΤΑΙΤΩΝ. Fluuius decumbens, d. ramum, ſ. vrnae impoſita Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* ib. ſed fluuii deſidentis icon cum arundine, ſoli paluſtris indice.

ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ, *Attalienſium.* v. *Attalia.*

ΑΤΤΑΛΕΙΑ, *Attalea* ſcil. certamina ab Aphrodiſienſibus Lydiae in honorem Attali, Pergami regis, inſtituta ſunt. Hic frater erat Eumenis regis, qui pro Romanis contra Antiochum M. partes ſuſcepit; ideo hoc deuicto, ab illis Lydiam cum aliis prouinciis proximis in praemium obtinuit, ipſo autem mortuo, Attalus regnum habuit, Stratonice fratris ſponſa in vxorem ducta, Eumeniam in fratris honorem et Attaliam de ſuo nomine condidit. Aphrodiſienſibus multa beneficia contuliſſe videtur, quorum memores certamina de ipſius nomine inſtituerunt. Teſtis eſt perrarus Gordiani Pii numus ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝ, *Aphrodiſienſium.* Menſa, ſupra quam vrna

vrna c. epigr. ΑΤΤΑΛΕΙΑ ΓΟΡΔΙΑΝΕΙΑ, *Attalia Gordianea* certamina. In ora menſae ΚΑΠΙΤΩΛΙΑ. *Froelich.* Not. Elem. p. 85. vid. *Aphrodiſia.*

ΑΤΤΑΛΕΩΝ, *Attaleorum.* v. Attalia Lydiae, et Pamphyliae.

Attalia vel *Attalea*, Gr. Ἀττάλεια καὶ Ἀτταλία. Quatuor occurrunt huius nominis vrbes, vna nempe in Pamphylia, altera in Lydia, tertia in Galatia, quarta in Aeolide, de qua *Plin.* L. V. c. 30. *Stephanus* Attaliam, quae forte eadem eſt cum Attalia in Aeolide vicina, Lydiae tribuit. Reliquis celebrior videtur Attalia Pamphyliae, ab Attalo Philadelpho, Pergamenorum rege, qui eam condidit, cognominata. *Strabo* L. XIV. Maritima eſt, hodie *Satalia* et regionis primaria. — *Harduinus* Oper. Sel. p. 30. numos ΑΤΤΑΛΕΩΝ ad Pamphyliae vrbem retulit, dubium inde non vanum eſt, annon numus ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ inſcriptus apud *Haym.* Th. Br. II. Tb. 10. fg. 9. p. 107. 303. cum aquila alis expanſis)(ΚΟΡΗ. *Puella*, vel pulcra mulier. Caput muliebre pulcerrimum; alteri prouinciae ſit tribuendus, idque, quia Attaliam illam ad mare Pamphylium itinere S. Pauli Perga Antiochiam ſuſcepto illuſtrem monetae ſuae inſcripſiſſe ΑΤΤΑΛΕΩΝ docet numus, qui Neptunum ſtantem delphino ad pedes exſiliente in poſtica exhibet. *Cim. Vind.* I. Tb. 14. fg. 6. p. 81. — Nullum praeterea Auguſtorum numum ſitus maritimi indicium, aut epigraphen ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ praeferre, vel in recentioribus libris obſeruauit *Khellius*, vnicum ſolum praeter *Haymianum* ſine Imperatoris capite, qui)(Fortunam ſtantem d. temonem, ſ. c. c. exhibet, hac inſcriptione inſignem apud *Arigonium* Tb. 4. n. 42. et in Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 6. fg. 3. reperit. Quia ergo vrbes in gentilium nomine non ita variant, in mediterraneis Lydiae cum *Plinio* pro duobus his numis alteram mauult quaerere Attaliam, quae forſan a Cyzicenis cultum Proſerpinae, in quorum numis etiam ΚΟΡΗ. ΣΩΤΕΙΡΑ celebratur, traxerit, atque ad diſtinctionem ab altera diuerſo modo gentilis deriuationem inflexerit. — Caput barbatum nudum.)(ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ. Teleſphorus ſtans. Æ. M. *Pembrok.* II. Tb. 6. fg. 5.) *Guſſeme* I. p. 303.

Attalia Lydiae, Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας, *Stephano*, cui attribuit *Eckh.* Cat. Muſ. Caeſ. Vind. P. I. p. 191 ſequentes numos:

a) *M. Aurelii.* ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. *Aurelius Caeſar.* Huius caput nudum.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. *Attalenſium.* Bacchus ſ. thyrſum humero impoſitum, et Ariadne nuda ſtantes in curru a duabus pantheris tracto; currui retro inſiſtit parua figura tibias inflans, praecedente ſatyro ſimili cum ſcipione. Æ 1. edit. in *Froelich.* Adpendic. II. nouis Tb. 3. fg. 5. p. 78.

b) *Alexandri Seueri.* ΚΑΙΣΑΡ ΑΛΕΞΑΝ.... Caput laur.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Protome Palladis. Æ 3. *Eckh.* Cat. I. 191.

Attalia Pamphyliae, πόλις τῆς Παμφυλίας Ἀτταλὰ ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, ab Attalo II. Philadelpho conditore ſic denominata. *Strabo* L. XIV. Quare caput Attali huius II. vel III. qui barbam aluit, videtur eſſe in Æ 2. numo, quem Romae vulgauit *Zuzzeri* in diſſertatione: ſopra vna medaglia di Attalo Filadelfo. Caput in eo diadematum mediocriter barbatum.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Victoria ſt. d. ſertum, ſ. palmam. *Froelich.* Notit. Elem. Tb. 12. fg. 10. p 166. — In alio autonomo: Caput Iouis barbatum ac laureat.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Neptunus ſt. d. extenta, ſ. tridentem, ad pedes exſilens delphinus. Æ 3. Anecd. edit. in *Cim. Vind.* P. I. Tb. 14. fg. 6. p. 81) *Eckhel.* Cat. I. p. 182. — *Al.* Caput Palladis.

)(AT-

)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Victoria gradiens. *Holſten.* in *Stephan.* p. 57.

a) *Auguſti* cum eius capite.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Caput Palladis. Æ 3. *Guſſeme* I. p. 303. n. 3.) *Harduin.* p. 30.) *Vaill.* Gr. — 2. *Al.* ſed caput ſenatus faſcia redimitum. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

b) *Tiberii.* ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣ. *Tiberius Caeſar Auguſtus.* Caput eius laur.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Caput Palladis galeatum, pone clipeus. Æ 2. *Morell.* in Tiberio Tb. 12. fg. 1. p. 616.) *Guſſ.* ib. n. 4) *Vaill.* Gr. p. 8. — 2. *Al.* Idem Palladis caput, ſed clipeus hic deſideratur. Æ 3. *Morell.* ib. Tb. 13. fg. 28 p 623.) *Harduin.* p. 30.) *Holſten.* in *Stephan.* p. 57.

c) *Hadriani* cum eius capite.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Caput Apollinis. Æ. *Guſſ.* n. 5.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* ib. - 2. *Al.* Bigae aurigante Victoria, ſ. palmam. Æ. *ibid.* — 3. *Al.* Imperator Hadrianus ſt. in templo 4. col. d. victoriolam. Æ. *ibid.* — 4. *Al.* Figura virilis imberbis dextram porrigit mulieri ante eam ſtanti, ara intermedia Æ *ibid.* — 5. *Al.* Pallas d. haſtam ſt. in templo 4. col. hinc noctua galeae inſiſtit, illinc clipeus. Æ. *ibid.*

d) *Commodi.* ΑΤΤ. ΚΑΙ. Λ. ΑΙΛ. ΑΥΡ ΚΟΜΜΟΔΟϹ, *Imp. Caeſ. Luc. Ael. Aurel. Commodus.* Caput laur.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Signum muliebre pantheum alatum ſt. d. rotam gerit, ad pedes gryphus. Æ max. pondere 509. granorum. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 37. fg. 4. p. 302. — 2. *Al.* Caput Palladis galeat. Æ 3. *Guſſeme* n. 6.) *Vaill.* Gr. — 3. *Al.* Caput Serapidis cum modio. Æ 3. *Guſſ.* ib.) *Harduin.* p. 30.) *Vaill.* ib.) *Holſten.* in *Stephan.* p. 57. ſed legit ΑΤΤΑΛΩΝ. in vtroque.

e) *Sept. Seueri* cum eius capite.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Bacchus ſt. cum ſtrophio circa pectus, d. cantharum, ſ. thyrſum, pro pedibus tigris. Æ 2. *Guſſeme* n. 7) *Harduin.* p. 30.) *Vaill.* Gr. — 2. *Al.* Mulier turrito capite inſidens ſcopulis, d. ſpicas. Æ 1. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

f) *Caracallae* cum capite.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Serapis modio inſignis pectore tenus. Æ 2. *Guſſeme* n. 8.) *Harduin.* p. 30.) *Vaill.* Gr. — 2. *Al.* ΑΤΤΑΛΕΩΝ circum ſolem bigis vehentem, *Holſten.* in *Stephan.* p. 57. — 3. *Al.* ſed ΕΠΙ ϹΤΡ. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥϹ ΑΤΤΑΛΕΩΝ ΝΕΩΚ. *Sub Praetore Menecrate Attalenſium Neocororum.* Neocoriae dignitatem Attaliae conceſſiſſe videtur, cum vrbem adpulit Caracalla Parthis bellum illaturus. Templum 4. columnn. in quo Serapis d. demiſſa, ſ. haſtam. Æ 1. *Guſſeme* n. 9.) *Vaill.* Gr. p. 217.

g) *Elagabali* cum capite.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ Triptolemus nudus in bigis draconum. Æ 2. *Guſſeme* n. 10.) *Vaill.* Gr.

h) *Traiani Decii.* ΑΤΤ. Κ. ΓΑ. ΜΕ. ΚΥ. ΤΡΑ. ΔΕΚΙΟϹ, *Imp. Caeſ. Caius Meſſius Quintus Trai. Dec.* Caput eius radiat.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Pallas galeata ſt. d. victoriolam, ſ. haſtam, ad pedes clipeus. *Guſſeme* I. p. 304. n. 11.

i) *Valeriani Sen.* ΑΥ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥΒΕ. (*ſic*) Caput laureatum, ante quod I.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Templum diſtylon, in quo idolum Dianae Pergaeae, vt in numis Pergae, cum luna et aſtro; in templi coronide aquila; intra templum ad baſes columnarum quid inſtrumenti. Æ max. edit. in *Cim. Vind.* P. II. Tb. 89. fg. 2. p. 22.) *Eckh.* Cat. I. p. 182. — 2. *Al.* ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Tres deae ſtantes, nempe Pallas cum haſta, Salus cum ſerpente, et Nemeſis, ad cuius pedes gryphus. Æ max. *Band.* I. p. 114.) *Guſſeme* n. 13.) *Harduin.* p. 30.) *Vaill.* Gr.

k) *Gal-*

k) *Gallieni* cum capite.)(ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Pallas ſt. d. victoriolam, ſ. haſtam. Æ 2. *Band*. I. p. 200.) *Guſſeme* n. 14.) *Vaill*. Gr.

l) *Saloninae*. ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Pallas ſt. d. pateram, ſ. innixa clipeo. Æ 2. *Band*. I. p. 246.) *Vaill*. Gr.) *Guſſeme* n. 15. ſed Salonino attribuit.

m) *Corn. Salonini Valeriani*. ΠΟΥ. ΛΙΚ. Κ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ ΕΥCΕ. *Publium Licinium Caeſarem Valerianum Pium*. Caput laur.)(ΙΕΡΟC ΑΤΤΑΛΕΩΝ ΟΛΥΜΠΙΟC ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟC, *Sacrum* (Certamen) *Attaleorum Olympicum Oecumenicum*, intra coronam lauream. Æ max. Muſ. *Piſan*. I. Tb 69. fg. 3. p. 186.) *Guſſeme* n. 12. ad Valerianum Sen. refert.

ΑΤΤΑΛΙΑΝΟC, *Attalianus* nomen. ΕΠΙ ΑΙ. ΑΤΤΑΛΙΑΝΟΥ etc. *Sub Aelio Attaliano*, Saittenorum magiſtratu. n. Gordiani.

ΑΤΤΑΛΟC, *Attalus* huius nominis I. II. et III. reges Pergamenorum, de quibus *Froelich*. Notit. Elem. p. 165 ſq. et *Haym*. Th. Br. II. p. 32. — *Attalus* II. Philadelphus Ataliam Pamphyliae vrbem condidit. v. *Atalia* Pamphyliae. cf. Gio. Luc. *Zuzzeri* diſſ. ſopra vna medaglia di Attalo Filadelfo etc. in Venezia 1747. 4) *Baudelot* de l'Utilité de Voyages. T. II.) Memoires de l'Academie des Inſcriptions T. XII. p. 204 ſq.

— — magiſtratus nomen. ΑΤΤΑΛΟΥ CΥΝΑΡΧΙΑ, *Attali Conſortium Imperii*. n. Auguſti et Liuiae ab Antioch. Cariae. *Morell*. Specim. p. 207. — ΑΤΤΑΛΟΥ ΒΙΑΝΟΡΟΥ, *al*. ΤΙΑΝΟΡΟΥ. v. *Apamea* Phrygiae. — ΑΤΤΑΛΟC COΦΙCΤΗC ΤΑΙC ΠΑΤΡΙCΙ CΜΥΡ. ΛΑΟ. *al*. ΑΤΤΑΛΟC COΦΙC ΠΑΤΡΙCΙ etc. *Attalus Sophiſta Patriis ſuis Smyrnae* et *Laodiceae*. n. M. Aurelii et Fauſtinae Iun. Muſ. *Alb*. I. Tb. 33. n. 1. p. 65.) *Harduin*. Vrb. Illuſtr.) Collect. Reg. Gall. max. mod. Tb. 10.) Muſ. *Piſan*. Tb 21. n. 3. p. 61.) *Spanb*. Pr. II. 616.) *Patin*. Theſ. Mauroc. p. 62.) *Triſtan*. I. p. 607. 608.) *Vaill*. Num. Sel. Campenſ. p. 33. *it*. Num. Impp. Gr. p. 56. 62. 288. — ΗΓΕ. ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ, *Praeſide Claudio Attalo*. n. Vlpiae Pautaliae in Commodo. *Froelich*. Adpendic. II. nouis p. 84. — CΤ. ΑΤΤΑΛΟC ΑΙΧΙΑΤΡΟC, *Sub Praetore Attalo Aeſchiatro* n. Heracleae in Thracia. Muſ. *Theup*. p. 1267. — ΕΠΙ CΤΡ. Μ. ΚΑΙΡΕΑ ΑΤΤΑΛΟΥ, *Sub Praetore M. Cerea Attalo*. n. Pergamenor. in Caracalla. Muſ. *Alb*. I. Tb. 52. n. 1. p. 105. *et* Tb. 56. n. 2. p. 113.) *Bonarrot*. Num. *Carpin*. p. 192.) *Patin*. Th. *Mauroceni* p. 72.) *Spanb*. Pr. II. 652.) *Vaill*. Sel. Num. *Camp*. p. 65. n. 3. *et* p. 69. n. 5 et 9. p. 128. — ΕΠ. CΤΡ. ΠΑΡ. ΑΤΤΑΛΟΥ Τ. Β. *Sub Praetore Par. Attalo Iterum*. n. Erythraeae in Alexandro Seuero. *Haym*. Th. Br. II. Tb. 43 n. 6. p. 350.) *Vaill*. Gr. p. 136. ſub Iulia Mamaea, ſed magiſtratus nomen deſcriptum eſt: ΕΠ. CΤ Π. ΑΙ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΤΟ Β. *Sub Praetore Publio Aelio Attalo Iterum*. — *Al*. hinc ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC, Caput iuuenile.)(ЄΠ. C. Π. Α. ΑΤΤΑΛΟΥ Τ. Β. n. Erythraeor. *Froelich*. Animaduerſ. Tb. 4. fg. 28. — ΕΠΙ CΤΡΑ. ΔΑΜΑ. ΑΤΤΑΛΟΥ Β. *Sub Praetore Damaſio Attali* filio *Iterum*. n. Aeraſiotar. in Sept. Seuero. *Vaill*. Gr. — Π. ΑΤΤΑΛΟC, *Publius Attalus* magiſtratus Synnadenſium. n. L. Veri. — Π. ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟC ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. n. Laodiceae Phrygiae in M. Aurelio. *Hard*. p. 92.) Muſ. *Piſan*. Tb. 3. n. 1.) *Vaill*. Gr.

ΑΤΤΑΛΩΝ, loco ΑΤΤΑΛΕΩΝ, *Attaleorum* Pamphyliae in duobus Commodi numis apud *Holſten*. in *Stephan*. de Vrb. p. 57.

Attalus. vid. *Priſcus Attalus*.

Atteia gens plebeia, cuius cognomen fuit CAPITO, a vitio capitis, qui

qui caput habet magnum. — 1. CAESAR AVGVSTVS TR. POT. (*Tribunicia Poteſtate.*) Caput Augusti laur.)(C. ATTEI. CAPIT. C. PONTIO P. OREST. IIVIR*is*. Æ. *Golz*. Faſt. p. 226.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 9. fg. 13. p. 517. 518) *Vaill.* Fam. Atteia p. 156. — Ad coloniam deducendam duumuiri paſſim mitti ſolebant, et licet ſupernumerario aliquo augerentur iidem, manebat tamen adpellatio. Hinc tres illi, Atteius, Pontius, et Oreſtes IIviri in numo adpellantur. — 2. C. CAESAR AVG. GERMANIC. IMP. P. M. TR. P. COS. Caput Caligulae laur.)(CN. ATTEI. FLAC. CN. POMP. FLAC. II.VIR. QVINQ. SAL. AVG. Caput Salutis. *Guſſeme* I. p. 304. ad Carthaginem nouam in Hiſpania refert. In ſimili legit *Florez:* CN. ATEL. FLAC. CN. POM. FLAC. II.VIR. Q. V. I. C SAL. AVG.

Attia gens a *Vaillantio* non agnoſcitur; eam autem ex numiſmate Graeco Neronis ob oculos ponit *Morellius* Famil. Attia p. 39. Caput in eo Neronis laur. circumſcribitur: ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ, *Nero Caeſar Auguſtus Germanicus.*)(ΕΠΙ ΑΤΤΙΟΥ ΛΑΚΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, *Sub Attio Lacone Proconſule*, (cuius Bithyniae proconſulis inter alios mentionem quoque fecit *Spanh.* Pr. II. 593.) Ara quadrata, quae ΝΕΙΚΑΙΕΩΝ, *Nicaeenſium*, inſcribitur, deſuper eſt columnae rotundae inferior pars, cui inſcribitur vox ΝΕΡΩΝΟΣ, *Neronis*. Supra columnam eſt globus atque extenta hinnuli pellis, cui incumbit cornucopiae, in cuius ſummitate corona eſt; ad alterum latus exſurgit thyrſus, in nucem pineam deſinens, dependentibus lemniſcis; ad alterum cernitur capricornus, in piſcem deſinens et globo inſiſtens. Æ. Idem numiſma inter Graeca Caeſarea recenſet *Vaillant.* p. 17. ſed deſcriptio eius ab icone *Morelliana* non vno modo recedit.) *Liebe* Goth. Num. p. 35.

Attica regio Graeciae, quae et *Attis* dicta inter Achaiam et Macedoniam ſita, mari, agro Euboico et Megarenſi incluſa fuit. Caput Athenae, Megaram verſus Eleuſis.

ATTICVS, cognomen Manlii Torquati, quod forſan Attice loqueretur, vt aiunt.

ΑΤΤΙΚΟϹ, *Atticus* praetor Colophoniorum. ΕΠΙ ΠΟ. ΑΙΛ. ΑΤΤΙΚΟΥ, *Sub Publio Aelio Attico.* n. Decii.

Attila vel *Atila* et *Ateula*, Hunnorum, Medorum, Gothorum ac Danorum rex, metus orbis, deique flagellum. Multis ac variis ſubactis et ad obſequia redactis, direptisque regionibus, cum exercitu ditato ex Italia in regnum ſuum, quo ſe recepiſſet, triumphauit in bello Italico et Illyrico. Et quamuis de inuadenda Aſia atque Africa cogitaret, ſumma tamen libidine diffluens, inter conuiuia et ingentem concubinarum numerum mentem remiſit, et ſanguinis profluuio e naribus interiit A. V. C. 1207. Chr. 454. Coſulendi ſunt: *I. G. Eccardi* obſeruatio de numis Attilae Hunnorum regis, inſerta Actis Eruditorum 1720. p. 214 ſq. — *Eberh. Rudolph. Roth* Attila Hunnorum rex ex hiſtoricis (numisque) delineatus. Ienae 1679. 4. — *Ayrmanni* diſſ. de numis Ateulae, regi Attilae male attributis. Gieſae 1739. 4. — 1. ATEVLA. Caput barbatum.)(VLATOS. Equus capite erecto, ſupra quem S. et inter pedes equi pentagoni figura. AR. *Guſſeme* I. 305.) *Mdb.* 542. — 2. ATILLA. Caput nudum.)(Leo gradiens. Æ. *Ducang.* Conſt. Chriſt. Tb. 22.) *Guſſeme* ib. n. 2.) *Mdb.* ib.) *Spanh.* I. 556. — 3. ATHIL. Caput nudum.)(Equus. *Guſſ.* ib. n. 3.) *Mdb.* ib.) *Patin.* Ind. p. 35.

ΑΤΤΙΟϹ ΛΑΚΩΝ, *Attius Laco*, proconſul Bithyniae. v. *Attia* g.

ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ, *Attudeorum* in Phrygia. v. *Attuda*.

Attubi,

Attubi, quae *Claritas Iulia*, in Baetica, inter colonias Aſtigitani conuentus. *Plin.* L. III. c. 3. Nunc eſſe *Eſpejo* Marianae videtur L. III. Hiſt. Hiſp. c. 21. At *Harduino* Oper. p. 31. *Olivera*, prope Oſtipponem, quae nunc *Eſtepa*, in agro Oſſunenſi. Huc refert *Golz.* in Theſ. p. 238. numum Neronis: COL. CLARITAS IVLIA inſcriptum.

Attuda, de qua geographi antiquiores ſilent, fortaſſis *Attuſa Plinii* L. V c. 40. Haec Phrygiae vrbs parum nota ſolum ab *Hierocle* et conciliorum ſubſcriptoribus indicatur. In Notitia Eccleſiaſtica inter ſedes epiſcopales Phrygiae Pacatianae p. 27. Ἄττουδα. Apud *Leunclauium* p. 98. ὁ Ἀττούδων. Demum in Concil. Calched. act. VI. p. 604. Symmachius Attudorum epiſcopus legitur. *Harduin.* Oper. p. 30. 31.) *Bandur.* I. p. 246. not. 2.) *Froelich* Animaduerſ. in quosd. numos veteres ad Tb. 4.) *Cellarius* Not. Orb. Ant. II. p. 146. non niſi obiter loquitur de *Attyda.* — Suis in ruinis et obliuione ſepulta velut iaceret *Attuda* vrbs, niſi monetae aliquam eius notitiam ſuppeditaſſent.

A) *Autonomi* huius vrbis numi, qui ſine Auguſti vultu percuſſi ſunt, rariſſimi exſtant. *Golzius* nullum eiusmodi, vnicum *Harduinus* propoſuit. 1. ΔΗΜΟϹ, *Populus.* Caput genii laur.)(ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ, *Attudenſium.* Bacchus nudus ſt. d. cantharum, ſ. thyrſum, ad pedes tigris, vel canis. *Æ.* *Haym.* Th. Br. II. Tb. 10. fg. 10. p. 109. — 2. Caput et epigr. ſimilis.)(ΑΤΤΥΔΕΩΝ. Amazon equo vecta. *Æ.* *Haym.* ib. Tb. 11. fg. 1. — 3. *Ead. adu.*)(Ead. perigraphe. Vrnae, vt videtur, in quas ſuffragia, quibus magiſtratus electi, iniiciebantur. *Æ.* *Haym.* ib. fg. 5. — 4. ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ ΒΟΥΛΗ, *Attudeorum Curia* ſeu *Senatus.* Caput iuuenile laureatum.)(Epigraphe pluribus vocabulis conſtans, ſed plerumque extritis. .... ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ. Figura togata ſt. d. demiſſa quid, ſ. haſtam, ad pedes quadrupes. *Æ* 2. *Froelich.* Animadu. Tb. 4. fg 30. p. 73.) *Eckhel.* Cat. I. p. 196. — 5. ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, *Sacer Senatus.* Caput muliebre velatum.)(ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. Arbor. *Æ.* Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 6. fg 9.) *Guſſeme* I. p. 306. — 6. ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ, *Sacer Senatus.* Caput ſenatus iuuenile diadematum.)(ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. Iupiter nudus gradiens, ſ. extenſa, cui inſidet aquila, d. fulmen intorquet. *Æ* 2. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 14. fg. 7. p. 245. Differt ab illis, qui ab *Haymio*, *Froelichio*, et *Pellerinio* editi ſunt. — 7. ΑΤΤΟΥΔΑ. Caput turritum Cybeles.)(ΔΙΑ ΦΛΑΒΙΑϹ ΙΕΡΙΑϹ, *Per Flauiam Sacerdotem.* Diana Epheſia cum verubus ſt. *Æ.* *Haym.* Th. Br. II. Tb. 11. fg. 2. p. 109. qui ΔΙΑ vertit PER, ſingularis ſane magiſtratus inſcribendi ratio. Vel illud ΔΙΑ vocabuli nobis ignoti initium, quo numus aliquod in Attudeorum republica deſignabatur; vel ΔΙΑ. pro ΔΙΑ legendum eſt. — 8. Caput ſimile, circum ΑΤΤΟΔΕΩΝ.)(ΔΙΑΙ ....Π...ΟΥ. Epigraphe attrita. Tres ſpicae. *Æ.* *Haym.* ib. fg. 3. — 9. ΑΤΤΟΥΔΑ. Idem caput Cybeles turrit.)(ΔΙΑ ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ, *Sub Claudiano.* Mulier ſtans, Spei typus videtur. *Æ.* *Haym.* ib. fg. 5. Ex *Haymii* p. 110. ſententia *Cybele* nomen *Attuda* ab Atyde caſto ſuo amatore adſumſerit, quem etiam ſubinde in pinum transmutauit. Hinc ſuſpicatur, inter vrnas num 3. diſpoſitos eſſe ſtrobilos, vt ciuibus Atydis, ſui forſan conditoris, memoriam refricarent. v. *Atys.*

B) *Imperiales* numi. *Vaillantius* tantam huius vrbis penuriam inter Imperiales Graecos expertus eſt, vt tres tantum, alterum ſub Caracalla, ſub Geta alterum, ſub Salonina tertium recenſeat; ambos eodem Iouis typo in poſtica ſignatos.

a) *Caracallae* cum eius capite.)(ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. Iupiter ſedens, d. pateram,

pateram, ſ. haſtam. Æ 2. *Guſſeme* I. p. 306. n. 2.) *Vaill.* Gr.

b) *Getae* cum capite.)(*Ead. epigr.* Fortuna ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ 3. *Guſſeme* ib. n. 3.) *Vaill.* Gr.

c) *Gallieni.* ΠΟ. ΛΙ. ΓΑΛΙΗΝΟϹ (*ſic*) *Publ. Licin. Gallienus.* Caput eius radiatum et barb.)(ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. Figura ſtolata d. haſtam gerens leone vehitur; forte *Atys*, fundatur Attudae, cuius ſignum, vtpote ſpadonis, muliebri cultu expreſſum. cautumque praeterea, ne, cum leoni, vt Cybele adſolet, inſideat, pro eadem dea haberetur, capillo breuiore, atque haſta in humerum reclinata eum repraeſentando. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 49 fg. 5. p. 384.

d) *Saloninae.* Iupiter pallio tectus ſedens. d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes aquila. Æ. Bandur. I. p. 246.) *Guſſeme* ib. fg. 4.) *Vaill.* Gr.

ATV. in imo Æ 2. Diocletiani. *Eckb.* Cat. II. p. 432.

ATVENTVS (*ſic*) AVG IMP. III. COS. II. P. P. S. C. Imperator eques pacificatoris habitu. Æ 1. Commodi. *Eckbel.* Cat. II. p. 251.

ΑΤΤΑ. Ἀτυλίου *Atylii* nomen magiſtratus. ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΤΤΑ. ΚΡΑΤΙΠΠΟΥ, *Sub Praetore Atylio Cratippo.* Æ max. mod. Pergamenor. in L. Vero. *Morell.* Specim. p. 30. Legitur idem praetor in M. Aurelii et Commodi numis.

Atys formoſus puer Cybeles adamatus, ſacrisque ſuis praefectus, ea lege vt perpetuo caſtitatem ſeruaret. Sed cum poſtea voti ſui parum memor, teſtes ſibi exſecuit, cumque etiam manus ſibi adferre conaretur, miſeratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. *Ouid.* Metam. L. X. — *Atys*, ſiue potius Gallus, ſe ipſum caſtrans pone pileus iacet Phrygius. n. Contorn. Veſpaſ. *Morell.* Impp. II. in Veſpaſ. Tb. 11. fg. 16. p. 301. ſed quia Atys puer imberbis, in *Morelliano* autem typo bene barbatus vir pingitur, mauult eius editor interpretari de Gallo, Cybeles ſacerdote; talis hic in flebili actu depingitur:

Mollia qui rupta ſecuit genitalia teſta,

iuxta *Iuuenal.* Satyr. VI. vſ. 513. et *Martial.* L. III. epigr. 81. — *Atys* d. innixa columnae ex aduerſo arbor., a ſin. caput Dianae. n. Mantali Phrygiae. *Guſſeme* I. 307.) *Vaill.* Gr. — *Atys*, ex adu. Cybele ſedens. n. Anchiali Thraciae. *Guſſ.* ib. — *Atys* ad latus Romae ſedentis. Æ max. Anton. Pii C. epigr. PROVIDENTIA AVG. etc. *Vaill.* Pr. III. p. 124.) *Guſſ.* ib. — Cybele turrita ſedens inter duos leonis a d. ſtat *Atys* pileo Phrygio in capite, d. pedum. Æ max. Fauſtinae Sen. anepigr. *Vaill.* ib. p. 133.) *Guſſ.* ib. — Idem Cybeles typus, quae vero ſ. pini ramum, ad latus *Atys*, qui vas tenet. n. Lucillae. *Guſſ.* ib.

Atys, antiquus Lydorum rex, cuius vetuſtiſſimus numus, ut quidam volunt, in collect *Pembrok.* in quo hinc ſenilis barbati capitis cum peculiari tegmine ſeu Phrygio velut pileo effigies comparet; illinc monogamma ΛΤ cum duabus nempe initialibus litteris *Atys.* *Span.* Pr. I. p. 18.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 2. fg. 13.) *Wachter.* Archeol. Numar p. 48. diſſentit, docet enim monogramma non ex initialibus litteris *Atys*, ſed ex duabus conſonantibus Λ et Τ manifeſto compoſitum eſſe, et non ad Atyn, ſed ad *Alyatten* pertinere. Si *Atin* litteris initialibus exprimere voluiſſet artifex, litteras A et T more antiquo ita combinaſſet A, vt in lineola tranſuerſa ambae conuenirent.

AV.

AV et O olim apud Romanos promiſcue in denariis quibusdam, vt FOSTVLVS pro FAVSTVLVS, PLOTIVS pro PLAVTIVS.

AV. *Augur*. C. CALDVS IMP. AV. X. *Caius Caldus Imperator, Augur, Decemuir.*

AV. *Augur* vel *Auguſtalis* in n. municipii Vticae: C. CAELIVS AV.

AV. *Auguſta* colonia ab Auguſto conſtituta vel a veteranis frequentata. C. I. AV. F. SIN. *Colonia Iulia Auguſta Felix Sinope.* — C. IVL. AV. CASSAN. *Col. Iulia Auguſta Caſſandrenſis.* — C. P. F. AV. CAESAR. *al.* COL. PR. FL. AV. CAES. *al.* COL. PR. F. ANT. CAESAR. *Caeſarea* Palaeſtinae.

AV. *Auguſta* Imperatrix. IOVLIA MAMAIA (*ſic*) AV. *Iulia Mamaea Auguſta.*

AV. *Auguſtus*. Sic a) *Claudius*: IMP. TI. CLAVD. CAE. AV. GER. n. Antiochiae Syriae. — b) *Domitianus*: IMP. C. VESP. F. DOM. AV. etc. — c) *Hadrianus*: IMP. CAES. HADRIANVS AV. *al.* IMP. TRAIA. HADRIANO CA. AV. — d) *Caracalla*: ANTONINVS PIVS AV. *al.* M. AVREL. ANTONINVS AV. *al.* M AV. ANTONINVS PIVS AV. vbi litterae AV. in vno eodemque numo et *Aurelius* et *Auguſtus* legi debent. *Haym* Th. Br. II. p. 328. — e) *Severus Alexander*: IMP. ALEXANDER AV. *al.* IMP. S. ALEXAND. AV. — f) *Maximinus*: IMP. C. MAXIMINVS AV. — g) *Gordianus Pius*: IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS AV. *al.* IMP. GORDIANVS PIVS FE. AV. *Froelich*. Adpend. II. p. 65. — h) *Claud. Gothicus*: IMP. CAERAS LCDVNAVS (*ſic*) AV. *Froelich* ib. Tb. II. n. 6. — i) *Saturninus*: IMP. CAE. SATVRNINVS AV. *Bandur.* II. 366. — k) *Lib. Severus*: DN. LIBIVS SEVERVS P. F. AV. *Band.* II. 592. — l) *Anthemius*: D. N. ANTHEMIVS PERPE. AV. *Band.* II. 595. — m) *Marcianus*: D. N. MARCIANVS P. F. AV. *Band.* II. 579. — n) *Auguſtulus*: D. N. ROMVLVS AVGTVS (*ſic*) P. F. AV. *Band.* — o) *Tib. Conſtantinus*: D. N. TIЧ. CONSTAN. P. P. AV. *Band.* — p) *Mauricius*: D. N. MAVRICI. P. P. AV. *Band.* — q) Phocas: D. N. FOCAS PERP. AV. *al.* D. N. FOCAS C PЄ AV. *al.* D N FOCA NEP F AV. *al.* D N FOCA NЄP Є AV. *Band.* II. 673. 674. — r) *Heraclius*: D. N. ERAKLIO P. P. AV. *Band.* II. 686.

ꟿ litterae AV nexae, *Auguſtus*. Sic *Iuſtinus* Sen. D. N. IVSTINVS P. F. ꟿ. *al.* P. P. ꟿ. — Earundem litterarum nexus adpoſita G littera ꟿG. *Auguſtus*, e. c. D. N. IVL. NEPOS ꟿG. *Nepos*. — Sed eadem monogrammatis ꟿ. figura in n. Ptolemaei I. Aegypti regis iunctas AI. litteras vocis Αἰγύπτῳ indicat.

ꟿ. monogramma e litteris Α Υ conſtans, Αὐγουστός, vt in Æ. Gord. Pii. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ꟿ. ab Hadrianopolit. apud *Muſell*. Impp. Tb. 197. n. 6. — Pariter integris Α Υ litteris eadem vox ſcribitur: ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΑΥ. n. Marcianopol. *Haym*. II. 359. — Μ. ΙΟΥΛΙΟϹ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥ. n. Dorylaei in Philippo Iun. *ibid.* p. 369.

AV. *Aurelia*. CO. AV. *al.* COL. AV. TRO. *al.* AV. TR. *Colonia Aurelia Troas.* v. *Alexandria* Troas. — C. MET. AV. PIA. SID. *Col. Metropolis Aurelia Pia Sidon. Froelich.* Adp. II. p. 61.

AV. *Aurelius*. AV. COMMODVS AVG. *Commodus*. — M. AVrelius ANTONINVS PIVS AVguſtus etc. *Caracalla*. — AV. S. ALEX-

Titus ergo AVG. *Augur*, non *Auguſtus*. — In numis poſt Veſpaſianum nullus Auguſtorum ſcribitur AVGur. *Harduin*. Oper. p. 730.

AVG. *Augurinus* cognomen gentis Minuciae ab Auguris ſacerdotio C. AVG. *Caius Augurinus*. Ipſe ſtat in poſtica, d. lituum ſacerdotii auguralis ſymbolum gerit. *Liebe* Goth. Num. p. 233. — C. AVG. Columna, ad cuius baſin hinc et inde leo procumbens. Æ. Minuciae g. — In ſimili AV. inſcripto: C. AVG. Columna, cui inſiſtit ſtatua, hinc ſt. vir ſeminudus, vtraque manu quid tenens, inde vis augurali habitu, ad baſin columnae ſpicae et duo leones.)(IMP. SPONSIANI. Caput radiatum. *Eckhel*. Cat. Muſ. Caeſ. II. p. 556. *it*. P. I. inter numos barbaros incerti temporis.

AVG. *Auguſta*, Imperatricis epitheton frequens. — AVG. IN PACE. Figura ſedens d. ramuſculum. ſ. haſtam. Æ et Æ. Saloninae. An in opprobrium ſignatus a quodam tyranno, dum totus bello arderet orbis? *Bandur* I. p. 236. 237. 251. 256.) *Eckh*. Cat II. 379.) *Harduin*. 846.) *Mdb*. 380.) M. *Pembrok*. III. Tb. 89. fg. 5.) Muſ. *Theup*. 269.) *Triſtan*.) *Vaill*. Pr. II. 315.

AVG. *Auguſta* epitheton coloniarum ab Auguſto deductarum. Vrbes de antiquitate inter ſe decertare ſolitae, vetuſtiorem nomenclationem vt plurimum inſcribebant; vnde vel *Auguſti* nomine tantum ſe adpellabant quaedam coloniae; vel modo AVG. IVL. *Auguſta Iulia*, modo IVL. AVG. *Iulia Auguſta* in plurimis earum numis. *Ant. Auguſtin*. Dialog. VII. — Sic *Apamea* Bithyniae: COL. IVL. CONC. APAM. AVG. vel COL. IVL. CONC. AVG. APAM — *Babba* Mauretaniae: COL. IVL. AVG. BABBA. — *Berytus*. COL. IVL. AVG. BER. — *Bilbilis*: MVN. AVG. BILBILIS. — *Caeſarea* Samaritidis: C. I. F. AVG. CAESAR. vel COL. PR. FL. AVG. CAESARIA. — *Caſſandria*: COL. I. AVG. CASS. — *Corinthus*: COL. IVL. AVG. COR. vel COL. LAVS IVL. AVG. COR. — *Comana*: COL. IVL. AVG. F. COMANORVM, vel. COL. IVL. AVG. C. I. F. COMAN. — *Cremna*: COL. IVL. AVG. CREMNA. — *Dium*: COL. IVL. AVG. DIENSIS. *al*. tantum: COL. IVL. DIENSIS. — *Germe*: COL. AVG. F. GERMENO. — *Heliopolis*: COL. IVL. AVG. FEL HEL. — *Pella*: COL. AVG. PELLA, *et* COL. IVL. AVG. PELL. — *Philippi*: COL. AVG. IVL. PHILIP. vel ſic: COL. IVL. AVG. PHILIP. — *Troas Alexandria*: COL. AL. AVG. TRO. vel COL. AVG. TRO. vel COL. AVG. ALEX. TRO. et COL. AVG. I. TROAD. vid. *ſuis locis*.

AVG. *Auguſta*. vid. CONCORDIA AVG. — FECVNDITAS AVG. — PIETAS AVG. — PVDICITIA AVG. — VIRTVS AVG etc.

AVG. *Auguſti*. vid. APOLL. CONS. AVG. *Apollo Conſeruator Auguſti*. AVG. F. vel FIL. *Auguſti Filius*, vel *Filia*. ANTONINI AVG. PII FILia, Fauſtina Iunior. — SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. ſcil. vxor — AVG. DIVI F. *Auguſtus*. — CAES. AVG. F. *Caeſar Auguſti Filius*, ſic *Domitianus*. — AVG. ET PII. FILius, *Geta*. — AVG. CAES. vid. VICTORIA. — AVG. N. *Auguſti Nepos*, e. c. GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. *Germanicus Caeſar Tiberii Auguſtii Filius, Diui Auguſti Nepos*. — AVG. PRON. *Auguſti Pronepos*. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. etc. *Caius Caligula*. — AVG N. *Auguſti Noſtri*. v. ABVNDANTIA AVG. N. — FELIX ADVENTVS AVG. N. — FEL. PROCESS. AVG. N. — LAETITIA AVG.

AVG. N. — VICTOR *al.* VICTORE *al.* VICTORIA AVG. N. — VIRTVS AVG. N. — AVGuſti NOSTRI. vid. SALVS AVG. NOSTRI. — VICTORIA. — AVG. NN. v. VICTORIA AVG. NN. — AVG. PERP. *Auguſtus Perpetuus.* IMP. TRAIANVS AVG. PERP. *Mdb.* 149. — PEP. AVG. *Permiſſu Auguſti; al.* PERM. DIVI AVG. *Permiſſu Diui Auguſti.* — TEMPLVM DIVI AVG. REST. — LEG. AVG. *Legatus Auguſti.*

AVG. *Auguſto.* Magna varietas eſt in numis eiusmodi inſcriptione gaudentibus, dum alii lauream exhibent coronam, alii querneam, alii inſuper clipeum, cui hic AVG. titulus inſcribatur, vt cerni poteſt in AV. Veſpaſiani. N. *Arſchot.* Tb. 26. n. 4.) *Liebe* Goth. Num. p. 250.) *Mdb.* 108. 109.) *Vaill.* Pr. II. p. 84.) *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 5. fg. 30. Celebrant huiusmodi typi Veſpaſianum vt victorem hoſtium, depulſorem malorum, ſeruatorem ciuium. — AVG. EP—E. *Auguſto Epheſii*, in medio coronae querneae. AR. Veſpaſ. *it.* AR. Titi. Bellor. inter Titi argenteos n. 18. p. 73.) *Mdb.* 120.) *Morell.* in Tito Tb. 7. fg. 4.) *Eckh.* Cat. II. p. 121. 130. —

AVG. *Auguſto*, ſcriptum in corona quercea. AR. Domitiani, qui Auguſtus adpellatus eſt a Tito, mortuo Veſpaſiano patre A. V. C. 833. Chr. 80. quẽ ſtatim conſortem imperii fecit, *Suetonio* c. 9. teſte. *Morell.* Imp. II. in Domit. Tb. 8. n. 23. p. 423. — Cum in numis intra coronas vel laureas, vel querceas, ſculpti tituli legantur, nempe AVG. *Auguſtus*, ſiue *Augur*, et COS. *Conſul;* Credibile eſt huiusmodi titulos in clipeis ſciptos in templis Deorum, ac maxime in Capitolio, dedicatos et ſuſpenſos fuiſſe. — Eadem ratione clipeus cippo impoſitus cum inſcr. AVG. Æ 3. Conſtant. M. *Vaill.* Pr. I. p. 296. — AVG. PARENTI SVO. n. M. Aurelii. M. *Theup.* 508. — APOLLINI AVG*uſto*. n. Albini. — HERCVLI ROMAN*o* AVG*uſto*. n. Commodi. — ROM. ET AVG. *Romae Et Auguſto* in numis obuiis.

AVG. *Auguſtus*, vſitatiſſimus titulus, quem Imperatores poſt Octauianum Auguſtum omnes vſos fuiſſe tralatitium eſt. — In numo CO*Loniae* BER*ytus* M. Aurelii, a *Partino* p 241. producto, M. Aurelius et Verus vterque AVG. vel *Auguſtus* nominatur, quod notandum; quamuis enim Verus ad ſocietatem cum Aurelio peruenerit, hic ſolus Auguſtus cenſebatur, Vero tantum dicto Caeſare. Sed in Berytenſium numo vterque, hinc Aurelius, illinc L. Verus, laurea cinctus cernitur. — PIVS FEL. AVG. *Pius Felix Auguſtus* multoties in Auguſtorum numis legitur. — AVG. IMPER. OMNIA FELICIA. n. Commodi. cf. *Venuti* diſſertaz. ſopra il Tempio di Giano p. 120. Vol. IV. diſſert. Acad. Etruſc. Corton.

AVG. monetarii vitio loco DES. in Æ 1. Veſpaſ. et Domitiani. *Eckh.* Cat, II. p. 122.

AVG, *Auguſtus*, colligatis A V. litteris. D. N. IVL. NEPOS P. F. AVG.

AVΓ loco AVG. vltima littera non Latino ſed Graeco ductu efformata. Sic P. AVΓ. *Pius Auguſtus*, vel P. P. AVΓ. *Perpetuus Auguſtus* ſcribitur *Mauricius.* — D. N. TIЧ: CONSTAN. P. P. AVΓ. *Tiber. Conſtantinus.*

AVΓ. 'Αυγυςὸς, *Auguſtus*, vſitato v loco τ. Ita enim *Caracalla*: ATT. K. M. ATP. ANTONEINOC AVΓ. *Liebe* Goth. Num. p. 318. vel ATT. K. M. ATP. CЄOTHP. ANTMNINOC (*ſic*) AVΓ. *Cim. Vind.* II. p. 14. — *Elagabalus*: ATT. KAICAP ANTΩNЄINOC AVΓ. *Vaill.* Sel. Num. *Camp.* p. 77. — *Alexander Seuerus*: AΛEZANA. *al.* AΛEZANΔPOC AVΓ. *Froelich.* 4. Tent. p. 306. 307. 308. 309.

310. — *Philippus Senior:* ΑΥΤ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥΓ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 46. n. 1.

A V̄. Αὐγουστὸς, litteris v r monogrammate ligatis, vt *Alexander Seuerus* a *Vaill.* Sel. Num. Camp. p. 79. et a *Froelich* 4. Tent. p. 308. ſcribitur; pariter *Gordianus Pius* apud eundem *Froelich.* p. 325.

AΓ̄. Αὐγουστὸς, compoſitis tribus ΑΥΓ litteris, ſic occurrit in n. Alexandri Seu. apud *Froelichium* 4. Tent. 308. ſimiliter in n. Maximini apud *Vaillant.* et in n. Gordiani Pii in *Haymii* Th. Br. II. Tb. 45. n. 1.

AVGG. loco AVG. in aureo Philippi Sen. barbarae fabricae numo, qui inſcribitur: PHILIPPVS FIVS *(ſic)* AVGG. *Eckbel.* Cat. II. p. 347.

AVGG. *Auguſti duo*, ſiue *vterque Auguſtus.* IMPP. INVICTI PII AVGG. *Imperatores* etc. *Auguſti*, in n. argenteo cum capitibus Seueri et Caracallae, qui Caracalla filius Seueri natu maior a patre in conſortium imperii fuit adſumtus, et ab eo tempore *duos* numerari coeperunt *Auguſtos*, patrem nempe Seuerum, et Caracallam filium. Pariter CARVS ET CARINVS AVGG*uſti.* — CARINVS ET NVMERIANVS AVGG. — DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. — CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AVGG. — LEO ANTHEMIVS AVGG. in AV. numo, quos concordes laudat *Sidonius.*

AVGG. *Auguſtis.* IOVI ET HERCVLI AVGG. n. Diocletiani aeque ac Maximiani. — IMP. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. — II. MM. CC. FFILIPPIS AVGG. *Imperatoribus Caeſaribus Philippis* (patre ac filio) *Auguſtis.* — SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. *Saluis Auguſtis Et Caeſaribus Felix Carthago.*

AVGG. *Auguſtorum.* vid. ABVNDANT. *al.* ABVNDANTIA AVGG. — ADLOCVTIO. — ADVENT. *al.* ADVENTVI. *al.* ADVENTVS. — AEQVITAS. *al.* AEQVITATI. — AETERNIT. *al.* AETERNITAS. *al.* AETERNITATI. — AMOR MVTVVS. — ANN. *al.* ANNONAE. — ARCVS. — CARITAS MVTVA. — COMES. *al.* COMITATVS. *al.* COMITES. *al.* COMITI. — CONCORD. *al.* CONCORDIA *al.* CONCORDIAE. — CONSERVAT. *al.* CONSERVATOR. — CONSTANTINVS FIL. AVGG. — F. ADVENT. *al.* FELIX ADVENT. — FEL. CONCORDIA. — FELICITAS. *al.* FELICITATI. — FIDES EXERCIT. *al.* MILITVM. *al.* MVTVA. — FORTVNAE. — HERCVLI INVICTO. — HILARITAS. — INDVLGENTIA. — IOV. ET HERCV. CONSER. — IOVI. — IOVI CONSER. *al.* CONSERVAT. — IOVI TVTATORI. — LAETITIA. — LIBERAL. *al.* LIBERALITAS. — LIBERTAS. — MAT. *al.* MATER AVGG. Iulia Domna, Seueri vxor, Caracallae ac Getae mater. — MAXIMINVS FIL. AVG. — MONETA. *al.* M. SACRA. — NOBILITAS. — ORIENS. — PAX. — PIETAS. — PIETAS MVTVA. — PIETATI. — PROF. *al.* PROFECT. — PROVID. *al.* PROVIDENT. *al.* PROVIDENTIA. *al.* PROVIDENTIAE. — PT. AVGG. *Pater Auguſtorum*, ſic Conſtantinus. — PVDICITIA. — QVIES. *al.* QVETATORI AVGG. in Diocletiani et Maximiani numis poſt abdicatum eorum imperium. — SAC. MON. *al.* SACR. MONET. *al.* SACRA MON. *al.* SACRA MONET. — SAECVLARES. — SALVS. *al.* SALVTI. — SECVRITAS. — SPES. — TRANQVILLITAS. — VBERTAS. — VIC. *al.* VICT. *al.* VICTRA loco *Victoria.* *al.* VICTORIA. *al.* VICTORIAE. — VIRT. *al.* VIRTVS. *al.* VIRTVTI. — VOTIS. vid. *ſuis locis.*

AVGG.

AVGG. AVG. in Gratiani numiſs, in quorum auerſa parte GLORIA NOVI SAECVLI expreſſa eſt. *Bimard.* ad *Ioberti* Notit. rei numar. II. p. 324.) *Beger.* Th. Br. II. p. 829.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 414. 504.) *Ducang.*) *Mdb.* 511.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 67. n. 4.) *Spanhem.* Pr. II. p. 378 ſq.) *Triſtan.*) *Woltereck.* El. Num. p. 320 ſq. — Quae litterae anterioris areae circum Gratiani effigiem deſcriptae a tot viris praeſtantibus, ſed cum aliquo poſtremarum litterarum, ſiue ſpatii, quod eas diuidit diſcrimine. Apud *Occonem* et *Mediobarbum*: D. N. GRATIANVS AVGG. AVG. vel iuxta *Begerum* et *Harduinum* AVG. G. AVG. vel citra vllam inter litteras diſtinctionem; aliquodue inter eas punctum AVGGAVG. prout ita in ſeptem *Foucaultii* numis legi adſerit *Gallandus* Diar. Treu. Menſ. Iul. 1701. ac ſimiliter in iis, quos conſuluit *Godofr. Guil. Leibnitius* diſſ. de Gratiano in *Eccardi* Excerptis menſtruis 1701. Aug. p. 95 ſq. et *Woltereck.* El. Num. p. 320 ſq. — Natae vero inde *quinque* diuerſae earundem litterarum explicationes. *Prima*, et quae ab *Andrea Morellio* probata dicitur, nempe AVGVSTORVM AVGVSTVS; Valentinianus ſcilicet Iunior, Gratiani frater, et Theodoſius Magnus Auguſtus itidem ab ipſo Gratiano nuncupatus et horum proinde *Auguſtorum* velut caput idem *Gratianus Auguſtus*, cuius etiam nomen et effigies in eadem numi area cernitur. — *Altera* explicatio eſt anonymi cuiusdam in Diar. Treu. menſ. Iul. et Aug. an. 1701. AVG*uſti Germanus* AVG*uſtus*, Valentiniani nempe Iunioris frater *Gratianus*, quae explicatio bene ab *Harduin.* Sel. Oper. p. 504. conuellitur et *germanum* pro *fratre* vix dici putat apud probos latinitatis auctores. *Tertia* anonymi itidem in diar. Treuir. m. Octob. an. 1702 et in *Woltereck.* Elect. rei Num. p. 334. dictarum in Gratiani numo litterarum explicatio eiusdem ponderis eſt, nempe AVG*uſto Genitus* AVG*uſtus*; quae praeter conſuetum in numis ac lapidibus, non adoptiuorum ſolum, ſed naturalium etiam *filiorum* morem littera F. ſe *Auguſti Filium* declarandi, dicuntur. *Quarta* vero, indicante, ſed non probante *Morellio*, eſt ab aliis, quorum nomina reticentur, tradita, nempe AVG*uſti* AVG*uſtus*, vel *bini Auguſti* ſeniores, Valentinianus et Valens fratres cum Gratiano iuuene Auguſto; vel exſtincto Valentiniano patre, Gratianus et Valentinianus Iunior fratres ac Theodoſius poſt Valentis obitum in ſocietatem Auguſti faſtigii adſcitus. *Quinta* denique explicatio earundem AVGG. AVG. litterarum eſt ea, quam *Harduin.* Sel. Oper p. 419. 504. protulit ac pluribus dein tueri eſt adgreſſus, nempe AVG*uſti Gener* AVG*uſtus*, quodque ita eſt interpretatus, vt non ad hunc, qualis vulgo hactenus e coaeuis etiam aliisque auctoribus, annalibus, marmoribus ac numis innotuit, Gratianum, ſed ad alium eodem nomine, qui aliquanto ſerius Romanorum Imperator fuerit, ea inſcriptio referatur; qui nempe ducta Honoria, Honorii Auguſti filia, ſe *Auguſti Generum* in iis numis inſcribi curauerit. Illius autem Gratiani Auguſti patrem fuiſſe Gratianum, natum vt videtur, patre Peſcennio Iuſto Gratiano, vno e poſteris Peſcennii Iuſti Nigri Auguſti. Id vero inde erui, quod exſtet in aureis numis inſcriptio: D. N. IVST. GRAT. HONORIA P. F. AVG. *Domina Noſtra Iuſta Grata Honoria Pia Filia Auguſti.* — Iuxta *Spanb.* Pr. II. p. 380. Gratianus Imp. Conſtantii filiam poſtremam, Conſtantiam, a patris nomine adpellatam, quam alii Helenam, alii Flauiam Maximam Fauſtinam nominarunt, duxit vxorem, atque inde ſe AVG*uſti*, Conſtantii nempe, *Generum*, conſignata eius rei in numis memoria, iactauit.

AVGG. DD. NN. vid. CONCORDIA.

AVGG. ET CAE. v. VICTORIAE.

AVGG. ET CAES. N. v. HERCVLI COMITI.

AVGG. ET CAESS. v. VICTORIAE. — VIRTVS.

AVGG. ET CAESS. NN. v. FIDES. — HERCVLI COMITI. — MONETA S. — VIRTVS. — VOTA X.

AVGG. ET CESS. (*ſic*) NN. v. VIRTVS.

AVGG. IA. in n. Conſt. Pogon. apud *Bandur*. II. 692. v. VICTOR.

AVGG. ET KAESS. (*ſic*) v. SALVIS.

AVGG. NN. *Auguſtorum Noſtrorum*. vid. COMITI. — CONCORDIA. *al*. CONCORDIAE. — CONSVL. — FELIX ADVENT. *al*. ADVENTVS. — FELICITAS SAECVLI. — FORTVNAE REDVCI. — GENIO. — IOVI CONSERVATORI. — ORIENS. — VICTORIA. *al*. VICTORIAE. — VIRTVS.

— — *Auguſtis Noſtris*. v. VICTORIBVS.

AVGG. N. S. v. VIRTVS.

AVGG. Q. N. *Auguſtorum Que Noſtrorum*. v. VICTORIA. — VICTORIAE.

AVGG. legitur et AЧGG.

AVGGB. v. CONCORDIA. — VICTORIA.

AVGGΓ. v. CONCORDIA.

AVGGΔ. v. CONCORDIA.

AЧGGЄ. v. ROMAh ЄT XPISTOFO. *Romanus Et Chriſtophorus Auguſti*. Æ. M. *Pembrok*. I. Tb. 36. n. 1.

AVGGϹR. v. COhSTAhT ЄT ROMAh. *Conſtantinus Et Romanus Auguſti*. Æ. M. *Pembr. ibid.* n. 2.

AVGGϚ. *al*. AVGGZ. *al*. AVGGΘ. vid. CONCORDIA.

AVGGG. *Auguſti tres* ſimul imperantes noto illo litterarum compendio in numis ac lapidum legumque ytriusque codicis inſcriptionibus deſignantur. vid. CONCORDIA. — PAX. — PROVID. — VICTORIA. *al*. VICTORIAE. — VIRTVS. — *Scaliger*. Animaduerſ. ad *Euſeb*. p. 241. adduxit ex *Occone* Cari numum c. epigr. VIRTVS AVGGG. Cari nempe parentis,, et filiorum Carini ac Numeriani *Auguſtorum trium*; agnoſcente autem ibi eodem *Scaligero* illa numi inſcriptio in aliis eiusdem Cari numis cum duplici tantum GG. ſeu AVGG. ſignatur. — Similiter in quodam Numeriani numo ab *Harduin*. Oper. p. 876. 879. et *Vaill*. Pr. I. p. 245. producto legitur VIRTVS AVGGG. qui tamen cum eodem typo in auerſa parte apud *Mdb*. p. 471. inſcriptus: VIRTVS AVGG. *duorum* proinde, non trium *Auguſtorum*, traditur. De cuius numi inſcriptione variante *Spanh*. Pr. II. p. 356. 377.

AVGGGA. *al*. AVGGGB. *al*. AVGGGΔ. *al*. AVGGGϚ. *al*. AVGGGH. *al*. AVGGGI. vid. CONCORDIA. — VICTORIA.

AVGGGZ. *al*. adpoſita littera Θ. *al*. X. *al*. ER. vid. VICTORIA. — ſed addita K. v. CONCORDIA.

AVGGG. N. v. VICTORIA.

— NNN. v. VICTORIAE.

AVGGGG. v. CONCORDIA. — VICTORIA.

AVTOT.

ΑΥΓΟΥ. Ἀυγυστός. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΠΙΟϹ ΑΥΓΟΥ Æ 3. Caracallae. *Cim. Vind.* I. Tb. 24. fg. 10. p. 132.

AVGOVSTЄ (*ſic*) in Æ. Theophili Imperatoris. + ΘЄOFILЄ AVGOVSTЄ SV NICAS in medio numo. *Bandur.* II. 719.) *Muſell.* Impp. Tb. 259. n. 3.) Muſ. *Theup.* p. 379.

ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ, *Auguſtus*. In n. Trallianorum ſub Antonino Pio: M. ΑΝΤΩΝΙ. ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ. *Spanb.* Pr. I. 264.

AVGTVS (*ſic*) loco AVGVSTVS, in n. Romuli Auguſtuli: D. N. ROMVLVS AVGTVS P. F. AV. *Bandur.*

AVGV. *Auguſta*, *Auguſti*, *Auguſto*, vel *Auguſtus*. vid. AGRIPPINA mater Neronis. — COMMODVS. — CONCORDIA. — HERCVL. ROMAN. — HERCVLI. — PAX. — SALVS. — T*iberius* CAESAR. — VICTORI. — VICTORIA.

AVGV. N. v. VICTOR.

AVGVR ab auium garritu ſeu a geſtu, teſte *Feſto* ita dictus. In ſaxo Tarpeio ſereno coelo, conuerſa in ortum facie, poſtquam augures deos ſuos precati, velato rurſus capite, amicti toga, vel quod proprium eſt vocabulum, trabea, lituum dextra tenentes manu, defixis in coelum oculis, ex obuio captabant auguria, quae multa, variaque erant, communiter tamen ad *quinque claſſes* redigebantur. Primum illorum genus ex coelo deſumebatur, alterum ab auibus, tertium a pullis, quartum a quadrupedibus, quintum dirae ſubminiſtrabant. — Collegii augurum non ſatis certa origo; a Romulo inſtitutos *Dion. Halicarn.* L. II auctor eſt, idque et *Cicero* de Natura deorum L. III. c. 2. paſſim comprobat. *Liuius* contra L. IV. c. 4. ſub Romulo augures nullos, ab Numa demum creatos fuiſſe adſerit. Idem tres initio fuiſſe, pro numero antiquarum tribuum, et cum pluribus opus eſſet, pari numero multiplicatos ſcribit L. X. c. 6. — Maior aetate ceteris praeerat, et collegii magiſter audiebat. — Dum viuerent augures, licet maximorum criminum conuicti, ſacerdotio tamen potiebantur, neque vmquam priuari poterant. Plura de ipſis auguribus, et diuerſis augurandi generibus *du Choul* dans ſon Diſcours de la religion des anciens Romains p. 248 et 251.) *Alexander ab Alexandro* in Genialibus diebus L. V. c. 19.) *Feneſtella* de Magiſtratibus, Sacerdotiisque Romanorum c. 5.) *Eſchenbach* de Auguriis veterum. Altdorf. 1692.) *Maſcov* de iure Auſpicii apud Romanos. Lipſ. 1721. recuſ. 1732.) *Galland* Dictionnaire Numiſmatique.

In numis antiquis dignitas Auguris, ſacerdotii ampliſſimi nomine a *Cicerone* dicta, non lituo ſolum frequenter deſignata eſt, ſed ipſo etiam nomine expreſſa in numis M. Antonii iam triumuiri, ANTONIVS AVGVR III.VIR. R. P. C. inſcriptis, vt inde ſacerdotii illius praerogatiuam abunde liceat aeſtimare. Tanti enim habitus Auguratus apud Romanos, vt lituus auguralis in numis Caeſarum, maxime Iulii, etiam conſecrati, exhibeatur; immo vt in numis aliquot Graecis Titi ac Domitiani ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ, in Romanis itidem AVGVR, cum aliis ſupremi faſtigii adpellationibus coniungatur. Huius generis eſt Veſpaſiani numus cum inſcriptione AVGVR TR. POT. — Etiam Auguſti numi cum epigr. AVGVR vulgati ſunt. Caii exemplum adfert *Liebe* Goth. Num. p. 244. de quo Caii Auguratu *Sueton.* in eius vita c. 12.

AVGVR IMP. QVINT. *al.* SEX. cum capite Iul. Caeſaris, ante quod lituus. v. CAESAR. Poſt eius enim reditum ex Aegypto et Aſia Augurum collegio adſcribi voluit Iulius, vti

vti ceteris quoque collegiis, et vt, quanti hoc collegium faceret, indicaret. Saepe itaque lituum eius ſacerdotii ſymbolum denariis adiecit. *Spanh*. Pr. II. p. 172.) *Vaill*. Fam. I. p. 513. — CAESAR IMP. AVGVR. Vaſa pontificalia. Æ. Iul. Caeſ. *Biaeus*. Tb. 3. n. 14.) *Golz*. in Iul. Caeſ. Tb. 15. n. 6.) *Morell*. in I. C. Tb. 5. n. 16.

AVGVR IMP. XII. P. P. Capricornus cum temone et globo intra anteriores pedes, pone c. c. AV. Auguſti. *Golz*. et *Morell*. in Aug.

— IMP. vid. *Cornuficia* gens.

— PONT. MAX. Vaſa pontificalia et lituus. AR. Iul. Caeſ. *Golz*. in Aug. Tb. 15. n. 2.) *Nonnius* Tb. 14. n. 2.) *du Choul* p. 249. 289.) *Geſner*. Tb. 3. n. 5.) *Morell*. in Aug. Tb. 4. n. 2. p. 54.) *Occo* p. 6.) *Vrſin*. et *Patin*. Fam. Iul. Tb. 3. n. 5. p. 128.) *Vaill*. Fam. Tb. 72. n. 19. p. 508.) *Muſell*. Impp. Tb. 1. n. 7. — *Eadem inſcr*. eademque inſtrumenta. AR. Vitellii. — *it*. AR. Veſpaſ. *Morell*. in Veſp. Tb. 9. n. 16.

— PONTIF. Caput Iouis Ammonis. AR. Auguſti. *Golz*. in Aug. Tb. 34. n. 10.) *Morell*. in Aug. Tb. 14. n. 20. p. 269. — *it*. Tiberii. *Morell*. in Tiber. p. 560.

— PON. TR. POT. etc. Tripus, deſuper delphinus. AV. Titi. *Mdb*. 121.) *Morell*. in Tito. Tb. 5. n. 27. p. 348.

— TRI. P. *al*. POT. *Tribunicia Poteſtate*. Vaſa pontificalia et lituus. AR. Veſpaſiani. *Morell*. in Veſpaſ. Tb. 9. n. 17. p. 293.) *Pedruſ*. Muſ. *Farneſ*. II. Tb. 18.) *Bellor*. p. 64. n. 5.) *Geſner*. Tb. 55. n. 6.) *Harduin*. p. 732.) *Mdb*. 114.) *Muſell*. Impp. Tb. 33. n. 4. *et* Supplem. Tb. 5. n. 10.

P. M. AVGVR. etc. Currus quadriiugus. AR. Claudii, et inſoleus *Auguris* titulus eximiae raritatis huncce numum reddit. *Khell*. Suppl. p. 19.

AVGVRI PONT*ifici* MAX*imo* etc. Clipeus cum haſtis transuerſis, adpoſito lituo, ſiue potius diſcus vel patera cum commentaculis, vt virgas vocabant Flaminum. AV. Auguſti Num. *Arſchot*. Tb. 15. n. 23.) *Golz*. in Aug. Tb. 71. fg. 9.) *Morell*. in Aug. Tb. 55.) *Oiſel*. Sel. Num. Tb. 110. fg. 10.

Auguratus ſymbola ſunt lituus et praefericulum, vt in denariis Antonii triumuiri obſeruatur. In numo Q. Caſſii inter illa ſigna viſitur aquila Iouis ales fulmini inſiſtens, quod collegium augurum Ioui ſacrum ſit. Vel poſticis numorum imprimi curabant aues volantes, pullos gallinaceos, corollam, et alia.

AVGVRIN. *al*. AVGVRINI. vid. *Minucia* gens, cuius cognomen eſt *Augurinus* ab Augure, quod ſacerdotium is tulit, qui ita dictus eſt. Inde auguralis Minucii habitus et lituus in auerſa numorum parte ad id cognomen pertinent. Hiſtoria legitur apud *Liuium*, *Val. Maximum*, aliosque. In Gortynae numo magiſtratus nomen: ΕΠΙ ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΟΥ, *Sub Augurino*.

Augurium quamcunque denotat diuinationem per ſigna, experimenta et omina factam, vt, ſi res, quam pro ſigno nobis poſuimus, tali modo eueniret, inde colligeremus et eandem illam rem, quam intendimus, ſimili ratione euenturam. Praecipue illud diuinationum genus intelligimus, vbi ex cantu volatuque auium et tripudiis pullorum futura coniecerint. Priuatus hoc vaticinandi praeiudicio diſſertiſſimus Romanorum fatetur: Errabat multis in rebus antiquitas, quam vel vſu vel doctrina vel vetuſtate immutatam videmus. Retinetur autem et ad opinionem vulgi et ad magnas vtilitates reipublicae mos, religio, ius Augurum. *Cicero* de Diuin. L. II.

AVGVS.

AVGVS. *Auguſta.* CAES. AVGVS. *Caeſarea Auguſta.* — FL. AELENA (*ſic*) AVGVS. *Helena* vxor Iuliani. *Band.* II. 442.

— *Auguſti.* vid. PAX. — SALVS. — VICTORIA. — C. CAESAR AVGVS. F. *Caius Caeſar,* Agrippae *Filius* ab *Auguſto* adoptatus.

— *Auguſtus* in *AV.* eius numo adpoſito capite nudo. *Vaill.* Pr. II. 35.) *Morell.* in Aug. Tb. 3. fg. 84. — C. CAESAR AVGVS. GERMANICVS etc. *Caius Caligula.* — CONSTANTINVS AVGVS. II. *Conſtantinus* M. *Band.* II. 252. — IMP. CAESR TI. AVGVS. etc. *Tiberius.*

AVGVST. *Auguſta.* IVLIA AVGVST. Iulia Domna Seueri. — OCTAVIA AVGVST. Neronis vxor.

— *Auguſta*, vel *Auguſti.* vid. ADVENTVS. — AEQVITAS. — AETERNIT. — ANNONA. — CERES. — CONCORD. *al.* CONCORDIA. — DACIA. — FELICITAS. — FIDES. — FORTVNA. — IVSTITIA. — LIBERTAS. — MONETA. — PAX. *al* PACI. — PIETAS. — PROVIDENT. — SALVS *al.* SALVTI. — SECVRITAS. — VENVS. — VICTOR. *al.* VICTORIA. — VIRTVS.

— *Auguſtus.* *Golz.* in Aug. Tb. 29. p. 17. in *aliis* AVGVST. DIVI F. vel AVGVST. PATER PATRIAE. vel AVGVST. PONT. MAX. vel AVGVST. TRIBVNIC. POTEST. *al.* TR. POT. *al.* TRIB. POT. PONT. MAX. — C. CAESAR AVGVST. *Caius Caligula.* — DN. CONSTANT. AVGVST. *Conſtantinus* M. — TI. CAESAR DIVI F. AVGVST. IMP. *Tiberius.*

— *Auguſtae.* IVLIAE AVGVST. *Morell.* Impp. I. 477.

AVGVSTA epitheton frequens. vid. AETERNITAS. — ANNONA. — CERES. — CONCORDIA. — IVNO. — LIBERTAS. — PAX. — PIETAS. — SALVS. — SPES. — VENVS. — VICTORIA.

— Imperatorum vxores a maritis ſe communiter nominant *Auguſtas*, earumque numi pauciores et non tam ingenti numero vt Auguſtorum ſunt cuſi. cf. *Io. Bapt. Meneſtrier* médailles, monnoies et monumens antiques d'Imperatrices Romaines, à Dijon 1625. Fol. it. 1627. 4. et 1642. 4. cum titulo: Médailles illuſtrées des anciens Empereurs et Imperatrices de Rome. — Aenaei *Vici* Auguſtarum (a Marcia Iulii Caeſaris auia ad Domitiam Domitiani coniugem) imagines aereis formis expreſſae, vitae quoque earundem breuiter enarratae, ſignorum etiam, quae in poſteriori parte numiſmatum effiĉta ſunt, ratio explicata. Venet. 1557. 4. et Pariſ. 1619. 4. Secunda pars Auguſtarum a Plotina ad Saloninam e ſchedis *Vici* lucem vidit primum Romae 1584. 4.

Series Auguſtarum, quae in numis obſeruantur, vid. *Coniuges.* — Sed non dantur ſeries numorum Auguſtarum omnis metalli, omnisque magnitudinis. Sic non datur numus Antoniae aereus primae magnitudinis; Non datur n. Agrippinae Germanici vxoris aereus mediae, at primae tamen formae; Non datur Orbiana, Paulina, Tranquillina, Mariniana, Cornelia Supera in *AV.* at in *AR.* tamen et *Æ.* Non datur Plotina, Marciana, Matidia, Didia Clara aerea medii moduli.

Plinius id *Auguſtae* cognomen vocat matrimonii nomen L. XV. c. 30. ideo *Domitiae*, Domitiani vxori in numo aureo Domitiani DOMITIA AVGVSTA IMP. DOMIT. eſt adſcriptum, et *Sueton.* c. 3. adferit: „alteroque anno conſalu-

ſalutauit vt *Auguſtam.*„ — *Fauſtina Senior*, Antonini Pii coniux, legitur FAVSTINA AVGVSTA, vel DIVA AVGVSTA, vel DIVA AVG. FAVSTINA. — Similiter et *Iunior*, M. Aurelii vxor, FAVSTINA AVGVSTA AVG. ANTONINI PII FIL. etc. — *Iulia* Titi duplici iure *Auguſta* dicitur, IVLIA AVGVSTA DIVI TITI F. *Filia* vel IVLIA IMP. T. AVG. F. AVG. et a patre Tito Auguſto, cuius ex Marcia altera vxore fuit filia, et a patruo eiusque marito Domitiano Auguſto. v. IVLIA AVGVSTA. — *Liuiam* Auguſti coniugem id *Auguſtae* cognomen poſt mortem mariti accepiſſe ex *Dione* patet. v. LIVIA AVGVSTA. — *Lucilla*, L. Veri vxor, in numis LVCILLA AVGVSTA vel LVCILLAE AVG. ANTONINI AVG. F. — *Meſſalina Auguſtae* nomen ſero habuit, et, teſte *Dione*, Claudius non paſſus eſt, Meſſalinae dari nomen *Auguſtae*. Hunc vero titulum forſan ſenatus poſt Britannicam expeditionem ei conceſſit; dicta enim MESSALINA AVG. vel VALERIA MESSALINA AVG. — *Sabina*, Hadriani vxor, legitur SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. etc. *Harduin. Oper.* p. 684. 770.

Auguſtarum *Barbiae*, *Orbianae*, *Corneliae Superae*, *Seuerianae* et *Magniae Vrbicae* mariti olim erant incogniti, et hiſtoria illarum temporis nihil certe de iis nobis reliquit. v. *ſuis locis* — Nomina Auguſtarum interdum mutata, praeſertim vbi illa turpia videbantur aut ominoſa, vt *Euphemia* Iuſtini Imperatoris coniux, antea *Lupicina* vocata; aut alterius praenominis additione ornata, vt *Liuia* adſumto *Iuliae* nomine dum ea in gentem Iuliam adoptione tranſiit. — Qui *Auguſtae* titulus non vxoribus tantum Auguſtorum et Caeſarum tributus fuit, ſed etiam matres, auiae, ſorores, filiae et neptes eorum in numis dictae *Auguſtae*. Eundem
enim titulum deprehendim
ceſſum feminis, quae numq
ſtiterunt Auguſtae, vti S
diſſ. 7. demonſtrant. —
Auia Caligulae et *Agrippin*
huius Imp. elogio Auguſt
numis ſuis inſignitae ſunt. –
illae *Iuliae*, *Maeſa*, *Soa*
Mamaea, quas nullus umq
perator duxerat, itidem i
ptione numorum nomine
rum veniunt. — Idem ho
peratorum filiabus concedet
ex ſola inſpectione numoru
Titi filiae, *Didiae Clara*
Iuliani filiae, et denique
Conſtantinae, Conſtantini N
conſtat — Simili diſtincti
noris ſorores quoque Impe
gauiſae ſunt. Sic *Marcian*
Traiani, Auguſta fuit voc
demque titulo et *Matidia* e
licet tantum Imperatori e
filia fuit. cf. *Vallemont* d
Gallieni p. 18. 19. apud *Wo*
El. Num. p. 179.

Filiae Auguſtorum iam mu
nore numero in illorum nu
currunt. 1. *Liuia* Auguſti,
tenus vt *Iulia*, hoc eſt mariti
mento adoptata filia in numi
epigraphe: DIVAE IVLIAE
GVSTI F. legitur, deinceps
que *Auguſta*, dicta. *Tacit.* A
l. c. 7. 8. — 2. *Iulia* Augu
Scriboniae, tertiae eius vxoris
— 3. *Diua Claudia Poppaea*
guſta, Neronis et Poppaeae
intra quartum menſem def
Tacit. Annal. L. XV. c. 23.)
ton. in Nerone c. 35. — 4
mitilla Veſpaſiani adhuc priua
Domitillae filia. *Sueton.* c. 3
5. *Diua Iulia Sabina Aug.* T
Marciae filia. — 6. *Diua* Lu
M. Aurelii et Fauſtinae filia
Veri vxor. *Herodian.* L. I.
— 7. *Didia Clara Aug.*
Iuliani et Manliae Scantillae
formoſiſſima. — 8. *Herennia*
ſcilla, Decii et Etruſcillae
Voluſiani vxor. — 9. *Galer*
leria, aliis vxor Decii, Dio

filia, et Maximiani Armentarii vxor. — 10. *Conſtantia Auguſta*, Conſtantini Magni et Flauiae filia.

Sorores, Neptes, aliaeque Auguſtales feminae: Druſilla et *Iulia*, Germanici filiae, Caligulae ſorores. — *Iulia Maeſa*, Elagabali auia, Iuliae Domnae, Seueri vxoris. — *Antonia Auguſta*, M. Antonii triumuiri filia, Druſi vxor. — *Diua Marciana Auguſta*, Tajani ſoror.

AVGVSTA MARCIANA in numo Conſecrationis huius Marcianae, quae et MARCIANA AVGuſta SOROR IMPeratoris TRAIANI nominatur. De qua et de Plotina ita adloquitur *Plinius* Traianum in Paneg. „Obtulerat illis ſenatus cognomen *Auguſtarum*, quod certatim deprecatae ſunt, quamdiu adpellationem Patris Patriae tu recuſaſſes: ſeu quod plus eſſe in eo iudicabant, ſi vxor et ſoror tua quam ſi AVGVSTAE dicerentur. Sed quaecunque illis ratio tantam modeſtiam ſuaſit, hoc magis dignae ſunt, quae in animis noſtris et ſint et habeantur *Auguſtae*, quia non vocantur. Quid enim laudabilius feminis, quam ſi verum honorem non in ſplendore titulorum, ſed in iudiciis hominum reponant? magniſque nominibus pares ſe faciant, etiam dum recuſant?„ — Poſtea tamen et Plotinam et Marcianam permiſiſſe, vt *Auguſtae* adpellarentur, numi earum ſuperſtites palam faciunt. At numquam illam *Auguſtae* adpellationem tribuerunt Auguſti germanis ſuis conſobrinis, ſiue ex parte paterna, ſiue materna. cf. *Galland.* de numo GALLIENAE AVGVSTAE, quae *Galliena Auguſta* creditur Gallieni conſobrina *Klotz.* opuſc. Num. p. 71 ſq.

Matres Auguſtorum in numis hae fere ſunt: 1. *Liuia* Tiberii. — 2. *Antonia*, vulgo minor, Claudii Imp. mater, M. Antoniae Octauiae maioris filia, Druſi maioris vxor, mater Germanici et Claudii. — 3. *Agrippina*. Aug. Neronis mater. — 4. *Mummia Achaia*, Q. Catuli Neptis, L. Mummii Achaici proneptis, Galbae Imp. mater, Seruii Sulpicii vxor. — 5. *Domitilla* Titi. — 6 *Albia Terentia* Lucii Seruii Othonis vxor, M. Saluii Othonis Imp. mater. — 7. *Veſpaſia Polla*, Veſpaſiani. *Spanh.* II. 270.) *Hofmann* de re numiſmatica vet. Auguſtarum. p. 33) *de Havern* et *Khellii* diſſert. de Veſpaſiae Pollae numo etc. Vindob. 1766. —, 8. *Plautilla* Neruae in marmore apud *Spon:* Miſcell p. 268. — 9 *Iulia Soaemias* Elagabali — 10. *Iulia Mamaea*, Alexandri Seueri mater, Iuliae Maeſae filia, Iuliae Soaemiadis ſoror. — 11. *Marcia Otacilia Seuera*, Philippi Iun. mater, Senioris vxor. — 12. *Iulia Domna* Caracallae mater, Seueri vxor. — 13. *Mariniana* Licinii. — 14. *Victoria*, vel *Aurelia Victorina*, Valeriani Senioris. — 15. *Flauia Helena* Conſtantini M. mater, Chlori vxor. — Inde ab Auguſto nulli matri iam mortuae, niſi adhuc vixiſſet, dum filius ad imperium peruenerit, aut alioquin in auguſta familia fuiſſet, ab ipſo filio vmquam numus cuſus fuit, nec cum, nec ſine capite. — Viuis matribus non ſolum filiorum permiſſu aut iuſſu monetae flatae ſunt, ſed in his etiam filiorum capita ſuis iuncta. — Nulli matri viuae a filiis auguſtis percuſſi ſunt numi, qui ambas effigies repraeſentabant, praeterquam iis, quae aut ſe in imperii negotia ingeſſerant, aut filios, quos ad imperium prouexerant, obſtrictos habebant. Id quod de omnibus ſigillatim docet *Khell.* Epicriſ. p. 28 ſq.

Sunt illarum ſex: 1. *Liuia* cum Tiberio. *Dio Caſſ.* L. LXVI. LXVII. — 2. *Agrippina* cum Caio. *Sueton.* c. 15. — 3. *Agrippina* cum Nerone. *Dio* L. LX. et *Sueton.* c. 9. — 4. *Domna* cum Caracalla et Geta, cuius tamen numi cum

cum filiorum capitibus, viuo Seuero patre, cuſi ſunt. *Vaill.* Pr. III. 220. — 5. *Iulia Soaemias* cum Elagabalo. *Herodian.* L. V. et *Capitolin.* in Macrino. — 6. *Iulia Mamaea* cum Alexandro, cui ſupra modum imperitabat. *Herodian.* L. VI. conf. Memoires de l'Academie des Inſcr. et des belles Lettres T. XXVII. P. I. p. 154.

Defunctas matres Auguſti in nummis ſuis *Diuas*, viuentes autem *matres* tantum non omnes, diſerte MAT. Matremue vocarunt, vt Germanicus Agrippinam ſuam; MAT. C. CAES. Claudius matrem Auguſti (Neronis) Agrippinam; Titus Domitillam MATRI T. CAES. VESP AVG. vel MATRI CAES. DOMIT. AVG. Domitiam. DIVI CAESARIS MATER, Iuliam Domnam, MAT. AVG. Mamaeam; MATER AVG. vel AVGG. *Vaill.* Pr. III. p. 176.) *Khell.* Epicr. p. 35.) *Hofmann* l. c. p. 40.

Eodem modo *ſorores* nominarunt monetarii veluti DIVAm DRVSILLAm Caii; SOROR CAES. AVG. MARCIANA, SOROR IMP. TRAIANI; nec non filias, velut Iuliam Titi F. Matidiam; Diuae Marcianae F. itidem D. Veſpaſiani F. Veſpaſiani F. Domitillae, ne quis eas Auguſtas, ſiue Auguſtorum vxores credat.

Immo neque hac contenti praecautione IIIuiri denariorum flandorum primis duobus ſaeculis titulo AVG. (aliis etiam, ſanguinis Auguſti tributo, ſicque eos non ſemper ſatis diſtinguente) etiam mariti nomen adiungebatur; vnde Graecus Poppaeae adiectum habet ΝΕΡΩΝΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ Octauiae in numo coloniae Corinthi; NERONIS AVG. Fauſtina Senioris ANTONINI PII. Criſpinae IMP. COMMODI.

Auguſtae maritorum exemplo dictae *Matres Caſtrorum*, *Matres Patriae*, *Matres Senatus* et ſub dearum habitu depictae, nempe *Cereris*, *Fortunae Iunonis*, *Matris Deum*, *Veneris*, *Veſtae* additis Graecis Latiniſue nominibus. vid. *ſuis* locis. — Quo enim maior dignitas et reuerentia mulieribus Auguſtis conciliaretur, placuit illas deabus adſimulare et ſub earum nomine populis repraeſentare. Sub *Genii* ſaepe effigie a coloniis ex adulatione vultus Auguſtarum repraeſentatur, tanquam ſub illius tutela et patrocinio vrbes ſuas traderent. — Hoc peculiare habebant *Auguſtae*, quod ipſarum imagines conſecratae veherentur carpentis, cum Auguſtorum tenſis vectae. — Capita Auguſtorum reuinctis in nodum capillis et Romano more varie ornata, nec coronis tamen, nec diadematibus, niſi poſt Conſtantinorum tempora, decorata inuenimus. *Rudolph. a Bunau* de ornamentis et honoribus Auguſtorum. Lipſ. 1733. — Inferioris etiam aeui Auguſtae non dictae Δεσποιναι, ſed Κυριαι. *Spanh.* II. p. 488 — CONCORDIA, FECVNDITAS, PIETAS, PVDICITIA, VIRTVS etc. AVG. ſaepe in numis Auguſtarum ſub diuerſis typis expreſſa cernitur. Sic nulla ferme eſt mulier de Auguſtorum domo, quae quamuis pudicae praerogatiua non gauderet, pudicitiam tamen non oſtentaret. Ea de cauſa Veſtam ſuis in numis inſculpi iis maxime placuit, ſub cuius effigie veluti ſub pudicitiae typo ſe populis repraeſentari arbitrabantur. Saepe etiam *Auguſtae* Romanae ſub Cereris habitu, ſeu ſub forma Cereris nouae, in numis vetuſtis exhibentur, inſidentes ſellae d. ſpicas, ſ. haſtam tenentes, vt patet ex duobus Liuiae et Druſillae numis apud *Periandrum* in Papauere ex numis illuſtrato Tab. VIII. n. 1. 2. p. 59. 60. et Saloninae apud *Spanhem.* ad Callimach. p. 651. et in diſſ. de Numo Smyrnaeor. p. 364 ſq. Sic Antoniam Druſi coniungem ſub Cereris velatae forma propter ſpicas in

in fronte eminentes conſpicitur in n. apud *Wildium* Sel. Num. Tb. 14. n. 86.

Nec omnes veteres Romanorum Imperatores vxorati fuerunt, nec earum omnium, quas habuerunt vxorum, matrum quoque, ſororum, filiarum nomina et gentes hodie vel ex numis, vel et aliunde adhuc certo ſcimus. In hunc cenſum veniunt Nerua, Geta, Balbinus, Maximus, Hoſtilianus, Trebon. Gallus, ad quem forſan *Hoſtilia Seuera* pertinet, Voluſianus, Aemilianus, Claudius Gothicus, Quintillus. Tacitus, Florianus, Probus, (cuius tamen vxor *Iulia* forſan *Procla* fuit,) Carus, Numerianus, (qui tamen Apri filiam vxorem habuiſſe fertur) Sabinus Iulianus, Valer. Seuerus, Maximinus Daza, Licinius Iunior, Flauius Conſtantinus Iunior, Conſtans, Valentin. Iunior. Maximus, Avitus, Leo Iunior, Maiorianus, Libius Seuerus, Glycerius, Iulius Nepos, Romulus, Conſtans, reliqui quos perſequi nihil attinet.

Nec omnium Imperatorum vxores, quas nouimus, numis celebrantur, in numis exhibentur, et numorum ope nobis cognitae ſunt et probari poſſunt. Verum hoc eſt de Iulii Caeſaris Coſſutia, Cornelia, Pompeia, Calpurnia, numis nondum honoratis; de Auguſti Seruilia Claudia ſeu Clodia, et Scribonia, in numo haud reperiundis; Claudii Liuia, Druſi f. Germanici ſorore; Caii Imp. Claudia vel Claudilla, Honeſtilla, Lollia Paulina, Caeſonia Milonia; Tiberii, Aemilia, Plautia Vrgulanilla, et Aelia Petina; Galbae Lepida; Othonis Albia Terentia; Vitellii Petronia vel Petronilla, et Galeria Fundana; Titi Arricidia Tertulla, et Martia Furnilla; dicta aliquibus Fuluia; Sept. Seueri prima, Marcia; Alexandri Seueri ſecunda, Memmia; Gordiani Primi Fabia Oreſtilla, Antonini pronepte, Gordiani Iunioris matre; Gallieni vna, Pipara, ſeu Pipa; Iouiani Charita; Valentiniani prima et ſecunda, quae et Magnentii fuit, Valeria Seuera, et Flauia Iuſtina; Flauii Valentis Albia Domitia; Gratiani prima, Maxima Conſtantia, et ſecunda Laeta, aliis, Creuſa; Honorii Maria Stiliconis filia, et quae huius ſoror fuit, Aemilia Materna Thermantia; Valentiniani III. Licinia Eudoxia; Marciani Aelia Pulcheria; Anthemii Flauia, aliis Marcia, ſeu Marciana Euphemia; Olybrii Placidia, Valentiniani III. filia; Zenonis et Anaſtaſii Ariadna, quae Leonis Senioris filia fuit; Mauritii Conſtantia, ſeu Conſtantina; Phocae Leontia; Heraclii Fabia et Martina; Conſtantini III. Gregoria, quae et Anaſtaſia audit; Conſtantini Pogonati Anaſtaſia; Iuſtiniani II. Theodora; Leonis III. Maria, ſeu Marina Conſtantini Copronymi Irene, Maria, et Eudocia; Leonis IV. Irena Attica; Conſtantini Leonis filii Marina, et Theodotes. Vlterius progredi nihil iuuaret.

Auguſtae, Imperatorum coniuges, in numis ſuis et maritorum ſuorum, numquam *vxores*, ſed ſemper AVG. vel. AVGVSTAe vocantur, vt proin ab hoc elogio, illis in Auguſtorum numis tributo, ad auguſtalem earundem thorum duci queat argumentum validum.

Viginti duae ſunt Auguſtae, quarum capita et facies, ſuis coniugibus etiam in metallo ſociatae proſtant: Duae Meſſalinae, Octauia, Poppaea, Domitilla, Domitia, Sabina, duae Fauſtinae Criſpina, Iulia Pia, Plautilla, Paula, Aquilia Orbiana, Tranquillina, Otacilia, Etruſcilla, Iunia Donata, Magnia Vrbica, Seuerina. — Plerarumque ſi non omnium faciem altera vel poſtica numi pars ſiſtit, antica maritum Auguſtum exhibente, in ſignum Concordiae, *Vaill.* Pr. II. 237. — Qui tamen honos, poſt ſaeculum, inde a Marciana, Traiani ſorore poſt mortem ſuam diuae, amplius obtigit, vt vel in eadem, vel in altera

fratris,

fratris, filii, nepotis, vel etiam coniugis, ſuperſtitum, numi facie, capiti ſociatae fuerint illarum facies. Pro mariti, filii et nepotis vultu pauo aut ſimile conſecrationis monumentum, vel apotheoſeos ſi gnum, nomenque diuae reperietur in omnibus. *Kbellii* Epicriſis p. 23 ſq.

AVGVSTA. Mulier velata ſedens, d. pateram, ſ. haſtam puram. Æ. 1. Galbae, qui multa a Liuia Auguſti accepit beneficia, quare ſtatuam Liuiae ſedentis ex *Hauercampi* mente decorauit. *Angelon.* p. 67. n. 8.) *Mdb.* p. 101.) *Morell.* in Galba Tb 5. fg. 8.) Muſ. *Theup.* 408.) *Vaill.* Pr. I. 23) *Vicus* Tb. 2. n. 4.) *Zantanus* Tb. 2. n. 16.

— poſticae partis epigraphe in plurimis Fauſtinae Senioris ex omni metallo numis. Sic 1. Ceres ſtans vtraque manu facem iactat. AV. *Kbell.* Suppl. p. 83. et addito S. C. Æ. 1. 2. — N. *Arſchot.* Tb. 43. n. 5.) *Muſell.* Impp. Tb. 108. fg. 5.) Muſ. *Theup.* p. 503.) Muſ. *Pembrok.* I, Tb. 18. fg. 1. — 2. Ceres ſt. d. facem ſ. haſtam. AV. AR. et addito S C. Æ 2. — 3. Ceres ſt. d. facem, ſ. ſpicas. AV. AR. et add. S C. Æ 1. 2. *Eckbel.* Cat. II. — 4. Ead. ſt. d. elata, ſ. facem. AR. *Geſner.* Tb. 103. n. 48.) *Muſell.* Impp. Tb. 106. fg. 8. — 5. Ead. ſt. d. facem ſ. veſti inuoluta. AR. — 6. Ead. ſt. d. ſpicas, ſ. facem. AR et add. S. C. Æ. 1. 2. N. *Arſchot.* Tb. 43. n. 2.) *Mdb.* 210.) *Muſell.* Impp. Tb. 107. fg. 10. *et* Tb. 108. fg. 10. *it.* Tb. 109. fg. 1.) Muſ. *Theup.* p. 503. — 7. Ead. ſt. d. haſtam, ſ. ſpicas. AR. N. *Arſchot.* Tb. 43. n. 3.) *Geſner.* Tb. 103. n. 50.) *Muſell.* Impp. Tb. 106. n. 10.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 13. fg. 3. — 8. Ead. ſt. d. ſpicas ſ. haſtam. Æ. *Geſner.* Tb. 104. n. 39.) *Mdb.* p. 209.) *Muſell.* Impp. Tb. 108. fg. 4. — 9. Ead. ſt. d. ſpicas, ſ. haſtam oblongam. AR. *Beger.* Th. Br. II. 670.) *Geſner.* Tb. 103. n. 52.) *Mdb.* 209.) *Muſell.* Impp. Tb. 106. fg. 7.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* III. Tb. 13. fg. 4. — *it.* Æ. *Mdb.* 210.) *Muſell.* ib. Tb. 108. fg. 9.) Muſ. *Theup.* 503. — 10. Ead. ſedens d. duas ſpicas, ſ. haſtam. Æ 2. *Mdb.* 210.) *Muſell.* Impp. Tb. 109. fg. 3. — 11. Ead. ſt. d. facem oblongam, ſ. tropaeum, Æ. *Mdb.* 210.) *Muſell.* ib. Tb. 108. fg. 7. — 12. Lectiſternium. AR. *Eckbel.* Cat. II. — 13 Mulier ſedens, ſ. haſtam. AR. *Muſell.* Impp. Tb. 106 fg. 5. — 14. *Al.* ſedens velata, d. icunculam. ſ. haſtam. Æ. *Mdb.* 110.) *Muſell.* ib. fg. 8.) Muſ. *Theup.* 503. — 15. *Al.* ſtans d. haſtam nodoſam, ſ. veſtem colligit. AR. *Geſner.* Tb. 103. n. 49.) *Muſell.* Tb. 106. fg. 9.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* III. Tb. 13. fg. 5.) *Schoepflin.* Comment. hiſt. et crit. p. 70. — 16. *Al.* ſt. d. ampullam, ſ. icunculam. AR. *Muſell.* Tb. 107. fg. 1.) Muſ. *Theup.* p. 188. — 17. *Al.* ſt. d. elata, ſ. ſceptrum. AV. et addito S. C. Æ 2. *Eckbel.* Cat. II. — 18. *Al.* ſtans vtraque manu expanſa, addito S C. Æ 1. *Eckbel.* ib. — 19. *Al.* ſtans, d. victoriolam, ſ. virgam. Æ. *Mdb.* 209.) *Muſell.* Impp. Suppl. Tb. 18. fg. 2.) Muſ. *Theup.* 503. — 20. Mulier, vel Pietas gradiens velo per caput explicato Æ. 2. *Eckbel.* Cat. II. — 21. Pietas ſt. ad aram d. pateram. AR. *Geſner.* Tb. 103. n. 54.) *Muſell.* Impp. 106. fg. 6. — 22. *Al.* ſed d. elata. AR. et add. S. C. Æ 1. *Eckbel.* Cat. II. — 23. *Alius*, ſed praeterea ſ. acerram. AR. *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 43.) *Eckbel.* ibid. — 24. *Al.* ſed d. expanſa, ſ. arcum. Æ. *Mdb.* 209.) *Muſell.* Impp. Tb. 108. fg. 3. — 25. *Al.* ſed d. pateram, ſ. palladium. Æ. N. *Arſchot.* Tb. 43. n. 6.) *Mdb.* 210.) *Muſell.* Tb. 108. fg. 2 *et* Tb. 109. fg. 2.) Muſ. *Theup.* 503. — 26. Mulier ſt. d. palladium, ſ. haſtam puram. Æ. *Mdb.* 210.) *Muſell.* Tb. 108 fg. 6.) M. *Theup.* ibid. — 27. Mulier

lier ſedens, d. pateram, ſ. haſtam. AR. *Eckhel.* Cat. II. — 28. Veſta ſedens. Æ 2. *Eckhel.* ib. — 29. ſt. ante aram ignitam, d. pateram. ſ. palladium. AR. et add. S. C Æ 1. 2. *Eckh.* — 30. ſt. d. pateram, ſ. temonem ſuper globo. AV. *Eckh.* — 31. ſt. d. ſimpulum, ſ. palladium. AR. *ib.* — 32. ſt. d. facem, ſ. palladium. Æ 1. 2. *ib.* — 33. ſt. d. palladium, ſ. facem. Æ 2. *ib.* — 34. ſt. d. palladium, ſ. haſtam. Æ. 1. *ib.*

AVGVSTA adpellata eſt *colonia* ob colonos ab Auguſto in coloniam transmiſſos. Sic ab Auguſto fundata et denominata eſt *Bilbilis*, vrbs Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi, AVGVSTA. BILB. vel MVNICIPIVM AVG. BILBILIS; In eadem Hiſpania Tarraconenſi *Salduba*, dicta CAESAR AVGVSTA vel. C. C. A. et *Illice*, C. I. IL. A. *Colonia Immunis* Illice Auguſta in eius numis ſignata; COL. AST. AVGVSTA, *Colonia Aſtigitana* in Hiſpania Baetica; COL. AVGVSTA EMERITA vel EMERITA AVGVSTA, *Emerita* Portugalliae; COLONIA AVGVSTA PATREN. vel C. A. A. P. *Colonia Aroe Auguſta Patrenſis* etc. — Cum vero vtrumque IVL. AVG. *Iuliae* et *Auguſtae*, nomen iunctum deprehenditur, tunc indicium fit, eas colonias coeptas eſſe quidem a Iulio, ſed ab Auguſto reſtitutas nouis ſuppetiis. vt COL. IVL. AVG. DERT. *Colonia Iulia Auguſta Dertoſa.* Quod ſi vero Auguſtae nomen praeponitur Iuliae, tunc edocemur, coloniam ſeneſcentem ab Auguſto eſſe reparatam. Hoc vero tum demum ita debet accipi, quando haec duo nomina ſtatim inuicem ſe ſubſequuntur. Siquidem ſi quid aliud intercedat, iſta ceſſat explicatio. Callidae artis ſpecimen huc ſpectans euolui meretur *Vaill.* Col. II. p. 24. quo loco verba COL. IVL. CONC. APAM. AVG. *Colonia Iulia Concordia Apamen Auguſta* exponit. — AMANVS, aut FLAVIOBRICA AVGVSTA. *Spanh.* II. p. 604. vid. *Amanus.* — COLONIA AELIA CARANA AVGVSTA MARTIALIS. vid. *Carana.*

Plurimas Auguſtus in Italia et extra Italiam *colonias* conſtituit; plebeias quidem cum ille ſolus imperium tenuit; militares vero, cum Pompeio ex Sicilia fugato, Lepidi triumviri deditione, Antonii nece, bellis in Hiſpania, Dalmatia et Germania geſtis, veteranos milites quamplurimos in eos tranſmiſit. *Suetonius.* in eius vita c. 46. illum *duodetriginta colonias*, in Italiam deduxiſſe refert; Ancyranus lapis in illas hominum circiter *centum et viginti millia traduxiſſe* docet; immo Auguſtus ipſemet in eo ſic ſcripſit: „*Vnus et ſolus omnium qui deduxerunt colonias militum in prouincias ad memoriam aetatis meae.* —

Earum, quae in numis nobis reſiduae ſunt, nomina: *Caeſarea Antiochenſis*, ASTVRICA, BVTHROTVM, CAESARAVGVSTA, CARTHAGO *Hiſpaniae*, EMERITA, *Germa*, ILLICE, PATRAE, *Troas.* — Ipſis adiungendae ſunt Coloniae a Iulio Caeſare quidem deductae, ſed ab Auguſto veteranis militibus auctae, quibus in rei memoriam *Iuliae Auguſtae* nomen additum inſcribitur, *Col. Iul. Aug.* BER*ytus*, *Caſſandria*, *Comana*, *Cremna*, DERTOSA, DIVM, HELIOPOLIS, PELLA, et PHILIPPI. Quarum coloniarum huius Auguſti numi Æ 1. inter rariſſimos adſcribuntur, at Æ 2 et 3. obuii et triti.

AVGVSTA Ciliciae vrbs eſt *Ptolemaeo* L. V. c. 9. cui Αυγυςα numero ſingulari dicitur, eamque in Bryblice eiusdem prouinciae regione collocat. Huius vrbis Ciliciae meminit et *Stephanus*, cui vero Αυγυςαι, πόλις ἐν Κιλικίᾳ, οἱ πολῖται Αυγυςανοί. Etiam *Plinius* L. V. c. 27.

c. 27. eius meminit. *Hierocles* diſtinxit a *Sebaſte*. In altera Notitia dicitur Ἀυγυςόπολις. *Auguſtopolis* in Cilicia prima. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 205. — Ciliciae regio et regnum Commagenae Romanis acceſſere A. V. C. 771. a quo deinceps annos dinumerauit, vt in Caracallae et Gordiani numis. Quam vero *Vaillantii* ſententiam correxit *Maſſon.* apud *Haym.* annum V. C. 773. Chr. 20. indicans. In Auguſti tamen et Valeriani Sen. numis nulla vrbis epocha occurrit.

a) *Auguſti*, huius et Liuiae capita iugata.)(ΑΥΓΟΥΣΤΑΝΩΝ, *Auguſtanorum*. Ceruus erectus, ſiue cerua. Æ 3. *Guſſeme* II. 310.) *Vaill.* Gr. p. 261.

b) *Caracallae*. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Caput Carac. iuuenis laur.)(ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ ЄΤΟΥC ΗΠΡ. *Ao.* 188. Diana Venatrix, d. ſagittam e pharetra, ſ. arcum. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 40. fg. 1. p. 324.

c) *Gordiani Pii* cum eius capite.)(ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ ЄΤ. ΒΚC. *An.* 222. Mercurius ſt. d. crumenam, ſ. caduceum. Æ 1. *Vaill.* Gr. ibid.

d) *Valeriani Senioris* cum eius capite.)(ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ. Imperator eques pacificatoris habitu. Æ 1. *Band.* I. p. 122.) *Guſſeme* II. 310. n. 3.) *Vaill.* Gr.) *Harduin.* Oper. p. 828.

AVGVSTA DRVENTILLA certa quidem, in hunc tamen vſque diem coniuge certo caret. vid. DRVENTILLA.

— EMERITA, vrbs Luſitaniae. vid. EMERITA.

— IN PACE. Mulier ſedens d. oleae ramum, ſ. haſtam inuerſam. AR et Æ 3. Saloninae. *Vaill.* Pr. III. p. 376. de his et ſimilibus AVG. IN PACE inſcriptis: Haec inſcriptio in Salonina inſolens et obſcura *Triſtano* videtur, ſed in Gallieni ludibrium cuſi ſunt numi a quodam tyranno, cum totus orbis Romanus a barbaris vndique premeretur. *Band.* I. 232. 251.) *Eckhel.* Cat. II. 379.) *Guſſeme* II. 358. n. 6.) *Mdb.* 380.

AVGVSTA MATER PATRIAE. Figura muliebris capite velato ſedens, d. pateram, ſ. haſtam gerens. Æ 1. RRR. Auguſti. *Vaill.* Pr. I. p. 2.

— TRAIANA, vrbs Thraciae. v. *Traianopolis*.

Auguſta Vindelicorum, vrbs et colonia, hodie *Augſpurg*, cuius inſigne ſtrobilus nucis, quod Vindelicium harum arborum eſſet ferax, hodieque ea vrbs eodem inſigni decoratur. v. *Strobilus*. — Vrbis huius numos in Auguſtum et Neronem diuulgauit ac deſcripſit *Marc. Velſerus* in rerum Auguſtan. Vindelic. Libris p. 235. 236. 284. 286. 288. 299.) *Golz.* in Aug. Tb. 42. fg. 20. *et* in Faſtis p. 216.) *Morell.* in *Aug.* Tb. 50. fg. 20. p. 448. *et* Famil. Rom. p. 618.) Num. *Arſchot.* Tb. 10. n. 10.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 26. fg. 3.) *Spanhem.* Pr. I. p. 308.) *Guſſeme* II. p. 221.

Auguſta colonia, ſed incerta in n. Vitellii COL. AVG. dicta, cum colono vel ſacerdote bouibus arante. *Guſſeme* I. p. 311.

Auguſta, *Auguſtea* vel *Auguſtalia* certamina in Auguſti honorem inſtituta. vid. ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ. — CEBACTA.

AVGVSTAE. vid. AETERNITAS. *al.* AETERNITATIS. *al.* AETERNITATI. — AGRIPPINAE. — CERERI. — CLEMENTIAE. — CONSTANTIAE. — FECVND. *al.* FECVNDITAS. — GALLIENAE. — IVLIAE. — IVNO. — PACI. — PIETAS. *al.* PIETATIS. *al.* PIETATI. — PLAV-

PLAVTILLAE. — PVDICITIAE. — SALVTI. — VENERI.

AVGVSTAE MATRI PATRIAE. Mulier velata ſedens, d. pateram, ſ. haſtam. n. Auguſti. *Guſſeme* I. p. 313. n. 16.) *Mdb.* p. 26.

— PACI. Victoria gradiens d. lauream, ſ. ramum, in area EPE. AR. Titi. *Khell.* Suppl. p. 39. Inſolens, inquit „ typus, Victoriae enim ſignum huic inſcriptioni coniunctum; frequentes ſunt epigraphes PAX AVGVSTI, verum AVGVSTAE PACI in nullo alio legeris. An forſan a Tito Victoriae ſtatua in templo Pacis a patre ſtructo dedicata?

— TRAIANAE. Cybele ſedens ſupra leonem in templo 4. col. n. Sept. Seueri. cf. *Lucatelli* diſſertaz. ſopra il porto di Oſtia p. 13. quae inſerta Tom. VI. Diſſert. Acad. Etruſc. Corton.

AVGVSTI. vid. ADLOCVTIO. — ADVENT. *al.* ADVENTVI. *al.* ADVENTVS. — AEQVITAS. — AETERNITAS. — ANNONA. — BONVS EVENTVS. — CAESARIS. — CC. — CERES. — CLEMENTIAE. — CONCORDIA. *al.* CONCORDIAE. — CONSTANTIAE. — FELICITAS. *al.* FELICITATI. — FORTVNA. *al.* FORTVNAE. — GENIO. — IVLIAE. — IVSTITIA. — LAETITIA. — LIBERALITAS. — LIBERTAS. — MAT. C. CAESARIS. — MATER. — MONET. *al.* MONETA. — ORIENTIS. — PACI. — PATIENTIA. — PAX. *al.* PAXS. — PERM*iſſu*. — PIETAS. *al.* PIETATI. — POR. OST. *al.* PORT. OST. — PROFECTIO. — PROVIDENTIA. *al.* PROVIDENTIAE. — SACERDOS. — SALVS. *al.* SALVT. *al.* SALVTI. — SECVRITAS. — SENATVS PIETATI. — TVTELA. — VBERTAS. — VICTORIA. *al.* VICTORIAE. — VIRTVS. *al.* VIRTVTI. — VOTA.

AVGVSTI. Seuerus et Caracalla ſedentes in ſubſtructione, hinc figura togata, illinc figura militaris, addito S. C. Æ 2. RRR. Sept. Seueri. *Mdb.* 272.) *Vaill.* Pr. I. 112.) *Guſſeme* VI. p. 166. n. 21. — *Eadem inſcr.* idemque typus, Caracalla nempe cum patre ſedens, adſtantibus duabus figuris. AV.RRR. Caracallae. *Cim. Vind.* I. Tb. 3. fg. 6.

— COS. Idem typus, Seuerus ſcilicet et Caracalla, vterque Imperator *Conſul* ſedens togatus in ſuggeſtu, hinc lictor cum virga, inde figura togata. Æ 2. *Eckhel.* Cat. II.) *Vaill.* Pr. I. p. 112. ſed Impp. adſtat mulier, a ſin. Liberalitas.) *Guſſeme* VI. p. 166. n. 22. — *it.* ſed AV. Caracallae, edit. in *Cim. Vind.* II. p. 13.) *Khell.* Suppl. p. 120. — *it.* ſed Æ 2. Caracallae. *Vaill.* Pr. II. 122. — *it.* ſed Getae. *Mdb.* 301.

— F. *Filia.* vid. IVLIA Titi.

— — *Filius.* v. TIBERIVS, CALIGVLA.

— GERMANICI dicti Maximinus et Maximus, v. *ſuis locis.*

— MATRI. v. DIVAE. PLOTINAE.

— N. *Noſtri.* v. VICTORIA.

— PATRI. v. DIVO TRAIANO.

— PII FIL. *al.* FILIA. in AR. et add. S. C. Æ 1. 2. Fauſtinae Iunioris numis, quae Antonini Pii filia, M. Aurelii erat vxor. Typus Spei, ſt. d. florem, ſ. veſtem eleuat. *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 48. n. 12.) *Geſner.* Tb. 113. n. 30.) *Mdb.* 229. 230.) *Maſell.* Impp. Tb. 124. fg. 10.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* Tom. III. Tb. 15. fg. 12.) *Eckhel.* Cat. II.) *Schulz.* Mzcab. II. p. 148. — *Ead. epigr.* ſed Pietas

etas velata ſt. d. pateram, ſ. c. c. *Eckhel.* ib.) *Geſner.* ib. n. 31.) *Mdb.* ib.) *Muſell.* ib. fg. 8.) *Schulz.* ib.) Muſ. *Theup.* 526. — *Ead. epigr.* ſed Venus ſt. d. victoriolam, ſ. clipeum. *Eckhel.* ib.) *Mdb.* ib.) *Muſell.* ib. fg. 9.) *Pedruſ.* ib. fg. 11.) *Theup.* ib.) *Geſner.* Tb. 114. n. 18. ſed Venus d. extenſa corollam tenet.) *Schulz.* ib. 148. 150. — *Ead. epigr.* Fauſtina ſedens d. extenta ad puerulum adſtantem, ſ. c. c. *Guſſeme* III. p. 214. — *Ead. epigr.* Ipſa ſt. d. ſagittam, ſ. arcum. *Guſſ.* ib.

AVGVSTI PII FIL*ia*. Fig. ſt. d. victoriolam, ſ. ſcutum ad pedes. AR. Criſpinae. *Mdb.* 259.

— PORT. OST. *Portus Oſtienſis* cum nauigiis et fluuio decumbente. Æ. e maximorum genere, et primi moduli Neronis. *Angelon.* p. 53.) N. *Arſchot.* Tb. 20. n. 22.) *Beger.* Th. Br. II. 623.) *Bellor.* p. 38. n. 8.) *Erizzo* p. 216.) *Guſſeme* V. 214.) *Lucatelli* diſſ. ſopra il porto di Oſtia, inſerta eſt Tom. VI. Diſſ. Acad. Etr. Corton.) *Mdb.* p. 90.) *Muſell.* Impp. Tb. 22. fg. 1.) *Patin.* Impp. p. 87.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 78. fg. 2.) Th. R. *Sueciae* Tb. 4. n. 16.) Muſ. *Theup.* 405.) *Vaill.* Pr. I. 22. III. 108. In *aliis* PORT. AVGVSTI. *al.* PORT. OST. AVGVSTI.

— PROVINCIA dicta vtraque cum *Arabia*, tum *Dacia* in Traiani numis.

AVGVSTO. vid. APOLLINI. — CAESARI. — DEO. — DIVO. — HONORIO. — MARTI. — NERONI. — ROMVLO.

— in periſtylio templi. Æ 2. Carthaginis Nouae in Hiſpania. *Florez.* Tb. 16. fg. 11.) Muſ. *Hunter.* p. 86. n. 1.

— DIVI F. COS. XI. TR. POT. II. IMP. VIII. *Golz.* in Aug. Tb. 14. n. 157. *et* Faſtor. p. 206.) *Morell.* in Aug. Tb. 6. n. 210. p. 165. *et* Fam. Cocceia.

AVGVSTO OB C. S. (*Ciues Seruatos*) in corona ex quercu compoſita, vti in numis formae mediae g. Durmiae, Petroniae etc. Quotannis Kal. Mart. Auguſto huiusmodi corona aurea in foliis hederam imitantibus concedebatur, quod perpetuus eſſet ciuium conſeruator.

— P. P. AGRIGENTI. n. Agrigenti Siciliae. *Torremuzza* Sicil. Tb. 8.

Auguſtolus. vid. AVGVSTVLVS.

AVGVSTOR. *Auguſtorum.* v. ADLOCVTIO. — ADVENTVS. — CONCORD. *al.* CONCORDIA. *al.* CONCORDIAE. — LIB. — PAX. — PIETAS. — SALVTI. — SPES. — VICTORIA. — VIRTVS.

AVGVSTORON pro AVGVSTORVM in AV. Anaſtaſii I. cum typo Victoriae gradientis, d. ſertum, ſ. globum cum cruce tenentis, et epigr. VICTORIA AVGVSTORON. *Eckhel.* Cat. II. 532.

AVGVSTORV omiſſa finali M. littera. v. VICTORIA.

AVGVSTORVM v. ADLOCVTIO. — ADVENTVS. — CONCORDIA. — LIBERALITAS. — PIETAS. — QVIES. — VICTORIA. *al.* VICTORIAE. — VIRTVS.

— ſed retrograda litterarum poſitio MVROTSVGVA. AV. Iuſtiniani. *Beger.* Th. Br. II. p. 852.) *Muſell.* Impp. Tb. 257. n. 8.

AVGVSTORVN (*ſic*) VICTORIA. Victoria d. coronam, ſ. globum crucigerum. AV. Iuſtiniani. *Band.* II. 634.) *Beger.* l. c.) *Mdb.* 562.) *Muſell.* Impp. Suppl. Tb. 76. n. 4.

AVGV-

AVGVSTRA (*ſic*) n. Anaſtaſii. v. VICTORIA.

AVGVSTVLVS vel potius *Flauius Romulus Auguſtus*, aliis *Momulus*, vel *Momyllus Auguſtulus* dictus, ſed forſitan minus recte, Oreſtis filius, ex patris auctoritate ſuffragiis militaribus Rauennae Imperator Occidentis creatus eſt Ao. Chr. 475. A Nepotis factione vocatus in Italiam Odoacer rex Herculorum ingentibus barbarorum copiis Oreſtem Ticini obſedit, inde et cepit, coramque exercitu interfecit. Auguſtulum autem imperio cedere coactum in Lucullanum Campaniae relegauit anno imperii primo nondum impleto, Chr. 476. V. C. 1229. — In Auguſto hoc imperii quoque nomen in Occidente exſtinctum eſt, cuius ſublimitas ab Auguſto quondam Octauiano erecta erat; Odoacer enim Roma potitus Gothorum regnum in Italia inſtituit. *Sigonius* de regno Italiae L. I. ad IV.

Auguſtuli ex auro tantum numi inueniuntur, qui ſunt RRR. — 1. DN. FL. MOMVL. AVGVSTVL. P. F. AVG. Caput diadematum ad pectus cum paludamento.)(Crux intra coronam, in imo COMOB. *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* T. I. Tb. 27. fg. 6. p. 351.) *Guſſeme* I. p. 337.) *Band.* II. 604. — 2. DN. ROMVLVS AVSTVS P. F. AV. Idem caput corona ex margaritis et gemmis cinctum.)(*Eadem*, ſed CONOB. *Muſell.* Impp. Tb. 257. fg. 2. — 3. *Al.* ſed DN. ROMVLVS AGVSTVS P. F. AVG. Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 31. fg. 6.) *Guſſeme* ib. ſed AVGVSTVS etc. pariter *Band.* II. 604. — 4. *Al.* ſed DN. MOMVLVS AVGVSTVL. P. F. AVG. *Band.* II 604. *Mdb.* 534. — 5. DN. ROMVLVS AVGVSTVS P. F. AVG. Protome aduerſa galeata cum haſta et clipeo.)(VICTORIA AVGGG. Victoria ſt. d. crucem oblongam, in area aſtrum, infra COMOB. *Eckhel.* Cat. II. p. 530. — 6. *Al.* ſed in area hinc R. inde M. a *Band.* II. 604. editus. — 7. *Al.* ſed in ima parte COMOB. *Band.* ib.) *Ducang.* Tb. 24. — 8. ſed VICTORIA AVGG. CONOB. Idem Victoriae typus. *Band.* ib.) *Occo*, ſed ad Romulum Maxentii filium referebat numum.) *Guſſeme* ib.) — 9. ....L. AVGVSTVS P. F. AV. Caput cum diademate ex gemmis.)(*Sine epigr.* Figura militaris galeata, d. haſtam, ſ. c. c. in area R. inde V. *Band.*) *Ducang.*) *Mdb.*) *Guſſ.*) — 10. DN. AVGVSTVLVS PERP. P. F. AVG.)(VRBS ROMA. Roma galeata thoraci inſidens, d. victoriolam, ſ. haſtam. *Golz.*) *Guſſ.*) *Mdb.*

AVGVSTVS, Gr. ΣΕΒΑΣΤΟΣ, legitur et ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ, cognomen eorum, qui poſt Octauianum Romae principatum tenuere. Nam *Auguſti* dicitur, quicquid eſt imperatorium, aut Imperatorem aliquem auctorem habet. *Galland.* Dictionn. Numiſmat. ſub voce *Auguſtus.*) *Schlegel.* Comment. ad Theſ. *Morell.* I. p. 115 ſqq. — Teſte *Ouidio* L. I. Faſtor. ſacra quaeque vocabantur Auguſta, et templa rite conſecrata; hinc *Auguſtos ſacros*, et quaſi uiua templa dixeris. Titulus hic ab Octauiano primum Romuli loco, quod nomen ei a ſenatu offerebatur, ſuſceptus, in reliquos manauit: Duos Auguſtos collegas Graeci, ac Latini numi primos ſiſtunt M. Aurelium et L. Verum. Nam iſthic vtriuſque Auguſti aut caput, aut perſonas integras, additis etiam nominibus, ac titulis expreſſas, videre eſt. Conſulendi ſunt: *Conr. Sam. Schurzfleiſch.* diſſ. de titulo Auguſti. 1696.) *Spanhem.* Pr. II. p. 347 ſqq.) *Mazzolenus* *Muſ. Piſan.* Animadu. III. de Auguſto p. 85 ſqq.

Huius *Auguſtae* adpellationis plures meminere, at vero de tempore, quo contigit, non conueniunt, de qua varietate Muſ. *Piſan.* l. c. p.

87. — In eo conueniunt, *Octauianum* quemadmodum in aliis monumentis, ſic etiam in numis *Auguſtum* eſſe *primum* inſcriptum. Quos vero adoptauit, et in familiam Caeſarum induxit, *Caius* et *Lucius*, Agrippa geniti, inde *Tiberius* priuignus dicti ſunt AVG. F. *Auguſti Filii*. Vrbes etiam non paucae Auguſtum ſibi cognomen adſciuerunt, eae ſcilicet, quae prae ceteris ab eo cumulatae ſunt beneficiis. vid. AVGVSTA. — In tantum igitur vir ille cultus eſt, vt nomen eius fieret adpellatio dignitatis, et ad omnes, quotquot ei in imperio ſucceſſerunt tanquam honorum vertex perueaderet. *Amm. Marcell.* L. XXVI. c. 2. Quamuis itaque nihil peculiaris potentiae iis adiiceret, ſplendorem tamen dignitatis ſignificabat, vt apud *Dionem* L. LIII. — Hinc *Tiberius* ſtatim atque Auguſto ſucceſſit, *Auguſtus* audiuit, vti ex numis, et lapidibus conſtat. Hac tamen ipſe modeſtia vſus eſt, vt, teſte *Sueton.* in vita c. 26. Auguſti nomen quamquam hereditarium nullis, niſi ad reges ac dynaſtas epiſtolis addiderit. — *Caius* etiam, qui Tiberium excepit, cum imperio nomen *Auguſti* adeptus eſt, vti abunde monumenta teſtantur, quin et iuuenem Auguſtum aliquando dictum legimus apud *Dion. Caſſ.* L. LIX. quod tamen aegerrime tulit, quia non fortunam ſuam laudari, quod iuuenis id imperium obtineret, ſed reprehendi ſe, qui ea aetate tantum principatum gereret, aeſtimauit. — Caio ſucceſſit *Claudius*, Claudioque *Nero*, vterque autem cognomen *Auguſti* tulit. — Cum vero progenies Caeſarum in Nerone defeciſſet, manſit tamen nomen *Auguſti*, et qui primus inde ad imperium accitus eſt *Galba* illud accepit; ipſoque Galba ſublato nomen *Auguſti* delatum eſt *Othoni*. Qui paullo poſt Imperator eſt conſalutatus *Vitellius*, cognomen *Auguſti* primo diſtulit. *Sueton.* in vita c. 8. Ac mox recepiſſe produnt numiſmata, quae reliquos etiam Imperatores cognomen ipſum *Auguſti* geſſiſſe, fidem faciunt. Hinc *Seu. Alexander* apud *Lamprid.* in vita c. 10. ait in ſenatu: *Auguſtus* primus, primus eſt auctor imperii, et in eius nomen omnes velut quadam adoptione, aut iure hereditario ſuccedimus. *Spanh.* II. 347. 348.

Poſt exceſſum Antonini Pii *M. Aurelius* a ſenatu coactus regimen publicum capere, fratrem ſibi participem in imperio deſignauit *L. Verum*, Caeſaremque atque Auguſtum dixit, atque ex eo pariter coeperunt remp. regere, tuncque primum Romanum imperium duos Auguſtos habere coepit. *Capitol.* in Marco c. 7. — Poſt mortem Lucii Veri, *Commodum* adſumſit M. Aurelius imperii conſortem; plures quoque alii Impp. aliis imperium communicarunt, et *Auguſtos* dixerunt.

Senatus etiam duos ſimul quandoque Auguſtos renuntiauit. *Gordianos Auguſtos* adpellamus, inquit *Capitol.* in Gordd. c. 11. quo tempore Maximinum hoſtem iudicauit, iiſque mortuis *Maximum* et *Balbinum Auguſtos* ſuffecit. Poſtea *Gallo Hoſtilianoque* Auguſta imperia decreuit ſenatus.

Conſtantius, Conſtantini M. filius PERP. AVG. in quibuſdam numis apud *Bandurium*, *Mediobarbum*, alioſque eſt adpellatus, exemplo ducto a Iul. Caeſare, qui DICT*ator* PERPETVO dictus eſt, ſiue a Traiano, qui IMPERATOR PERPETVVS et AVG. PERP. eſt nuncupatus. Cumque ſubeunti imperium *Alexandro* acclamatum eſſet: Dii te perpetuent, Dii immortales Alexandro vitam, vincas, valeas, multis annis imperes, ex *Lampr.* in eius vita c. 6 et 10; cuſi etiam ſunt numiſmata PERPETVITATI AVG*uſti* dicata, *Mdb.* 318. 321. 322. quin et IMP. PATER PERPETVVS *ibid.* p. 318. eſt inſcriptus. — Huic autem *Perpetui* titulo adfinis

finis eſt illa inſcriptio SEMP. AVG. *Semper Auguſtus*, quae Conſtantinianis temporibus inualuit.

Sed et *Caeſares* coniunctim cum Auguſtis dicti ſunt *Auguſti*. Saepe enim in parte poſtica numorum, qui Caeſaribus cuſi ſunt, titulus AVGG. *Auguſtorum* occurrit, qui, etſi ad parentes *Auguſtos* praecipue debeat referri, tangat tamen et Caeſares, quorum ſunt numi, oportet. Id conſtare nobis videtur ex numis et inſcriptionibus Maximi, Philippi Iunioris, Herennii, et Hoſtiliani, Voluſiani, Carini, et Numeriani Caeſarum. Hinc *Pagius* in Crit. ad an. 245. 263. 283. docet: Caeſares coniunctim cum Auguſtis in numis memoratos, Auguſtorum etiam nomine deſignatos eſſe, eamque loquendi formulam in numis vſurpari ſolitam fuiſſe Maximino Auguſto imperante ſubdit.

Pariter *Caeſares ſeparatim* etiam ab Auguſtis dicti ſunt *Auguſti* in parte numorum, qui tamen pauci ſunt, poſteriore, de quibus *Mazzolenus* ad Muſ. *Piſan.* Animadu. IV. p. 90.

Caracalla vero et Geta cum Seuero, ſuperſtite patre, *Auguſti* adpellati, ac prior quidem per plures annos, quod numi eius magno comprobant numero; id quod ſimiliter de Philippis, patre ac filio, vt et de Caro et Carino numi arguunt. An vero Carus ille, duoque eius filii, ſimul tres tum AVGGG. *Auguſti* fuerint, minus liquidum eſt. Diſcrimen magnum inter eos, qui ſimul Auguſti ſunt dicti, quemadmodum fratres M. Aurelius et L. Verus, ſed auctoritate diſpari, vere monuit *Cuperus*, inde *Auguſti Maiores* vel *Seniores*, et *Minores* ſeu *Iuniores* alii nuncupati. *Iuniores* quidem *Auguſti* in quibuſdam numis IVN. AVG. ſignati; ſubinde vero paternae maieſtatis intuitu eum maieſtatis titulum omittebant, ſicut e Commodi et Getae numis oſtendit *Pagius* Critic. Tom. I. p. 71.

Idem *Auguſti* titulus Imperatoribus conſecratis relictus; Legitur enim DIVVS AVGVSTVS. — DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS. — DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS. — DIVVS TITVS AVG. — DIVVS HADRIANVS AVG. etc. *Spanh.* II. 374.

AVGVSTVS (*Octauianus*) *Thurinus* prima aetate cognominatus ex equeſtri ac tandem ſenatoria familia, Octauii et Acciae filius, Iulii ex ſorore nepos, a quo adoptatus, et *Caeſar* nominatus, rempublicam vniuerſam ſolus obtinuit a morte Antonii. Princeps hic Romanae quidem alter poſt Iul. Caeſarem euerſor libertatis, virtutibus tamen, et optime domi foriſque geſtis maxime laudabilis. Vrbem mirum in modum reſtaurauit, praetereaque legibus et inſtitutis ſapientiſſimis communiuit. Pace vbique terrarum parta, Chriſtus naſcitur ex computo vulgari A. V. C. 749. — Obiit Auguſtus Nolae magno ciuium luctu, dubium an ex ficubus veneno illitis, ex ventris profluuio XVI. Kal. Auguſti A. V. C. 767. Chriſti iuxta aeram vulgarem 14. aetatis annorum 76. cum imperaſſet a M. Antonii morte annos 44. diebus 13. demtis.

De quo *Octauio Auguſto Publ. Nigidium Figulum*, vatem et futurorum nuntium, ſtupendae, ſi credere fas eſt, ſcientiae, hoc praeſagium extuliſſe refert *Suetonius* in Auguſto cap. 94. Quo natus eſt die, cum de Catilinae coniuratione ageretur in curia, et Octauius ob vxoris puerperium ſerius adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt, P. Nigidium comperta morae cauſa, vt horam quoque partus acceperit, adfirmaſſe, dominum terrarum orbi natum. Exercitatum in ſua arte oportet fuiſſe *Nigidium*, qui ſtatim, accepta partus hora, vatem agere potuit; ſolent enim alioqui aſtrologi multis lineis et punctis vexare chartam, vt horoſcopum, neſcio

 ſecun-

ſecundum quas regulas formatum delineent. Praecipua vero quaeſtio hic oritur: num hoc praeſagium eodem, quo Auguſtus lucem adſpexit, die a *Nigidio* enuntiatum fuerit? de quo non deſunt dubitandi rationes magni momenti. Satis produnt animum hiſtorici verba: „Nota ac vulgata res eſt. conf. *Baylii* Dictіon. ſub voce *Nigidius* lit. E.

Iuxta *Eckhelii* Chronologicas obſeruationes in Catal. Muſ. Caeſ. Vind. II. p. 76 ad 86.

A. V. C. 710. PONT. AVGVR. adhuc enim puer a Iul. Caeſare ſacerdotio honoratus, ex cuius adoptione nactus *Caeſaris* nomen. *Spanh.* II. 342. 366.) *Mazzolen.* Muſ. *Piſan.* Animadu. II. p. 41.

— 711. CAES. PONT. AVGVR.

— 712 ad 716. CAES. PONT. AVGVR III. VIR R. P. C. *Triumuir ReiPublicae Conſtituendae. Oiſel.* Sel. Num. p. 6.

— 717. COS. DES. II. et III. VIR. ITER. R. P. C.

— 723. ceſſat III. VIR. R. P. C.

— 725. COS. V. PONT. IMP. VI. VII.

— 726. COS. VI. PONT. IMP. VII.

— 727. COS. VII. PONT. IMP. VII. inchoat AVGVSTVS. Hoc enim nomine Octauium adpellatum fuiſſe primum, notat *Dio* L. LIII. et *Sueton.* vit. Octau. c. 7. ſcribit: „Octauius deinde Auguſti cognomen adſumſit Munatii Planci ſententia; cum quibuſdam conſentibus Romulum adpellare oportere, quaſi et ipſum conditorem orbis, praeualuiſſet vt *Auguſtus* potius vocaretur, non tantum nouo, ſed etiam ampliore cognomine; quod loca quoque religioſa, et in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur, *ab auctu* vel *ab auium geſtu*, guſtuue, ſiue etiam *Ennius* docet ſcribens:

„Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

AVRELIVS. In ſerie Imperatorum Romanorum permulti occurrunt *Aurelii* dicti. Veluti, ſi numos ſecundum *Mediobarbum* atque alios conſulas. 1. *M. Aurelius* Verus Antoninus Philoſophus. — 2. L. Ceionius Commodus, qui et L. *Aurelius Verus*. — 3. L. vel M. *Aurelius Commodus*. — 4. M. *Aurel*. Baſſianus Antoninus *Caracalla*. — 5. M. Opelius *Aurel*. Seuerus *Macrinus*. — 6. M. *Aurel*. Antoninus Baſſianus *Elagabalus*. — 7. M. *Aurel*. Seuer. *Alexander*. — 8. M. *Aurel*. *Marius*. — 9. M. *Aurel*. *Victorinus* pater. — 10. L. *Aurel*. *Victorinus* filius. — 11. M. *Aurel*. *Claudius Gothicus*. — 12. M. *Aurel*. *Quintillus*. — 13. M. *Aurel*. Valerius *Probus*. — 14. M. *Aurel*. *Carus*. — 15. M. *Aurel*. *Carinus*. — 16. M. *Aurel*. *Numerianus*. — 17. M. *Aurel*. Valerius *Maximianus*. — 18. M. *Aurel*. Valerius *Maxentius*. — 19. M. *Aurel*. *Romulus* Caeſar. Primus tamen illorum M. *Aurelius* cognomine *Philoſophus* per excellentiam hoc nomine inſigniri ſolet.

Plures adhuc recenſuit *Ant*. *Auguſtinus*, in et de *gente Aurelia* ſcribens: „Poſtea multis Imperatoribus illuſtris reddita eſt. Nam propter adoptionem Hadriani T. Aurelius Antoninus, qui poſtea *Pius* adpellatus eſt, T. *Aelius Antoninus* dictus, et quos ipſe adoptauit, M. Annius, et L. Ceionius, *Aurelii Antonini* adpellati ſunt, et poſt eos Commodus M. F. item Caracalla Septimii Seueri filius, et Elagabalus *M. Aurelii Antonini* dicti ſunt. Seuerus quoque, Alexander, Valerianus, Claudius, Quintillus, Aurelianus, Probus, Carus, Carinus, Numerianus, Diocletianus, Maximianus, Conſtantius, Seuerus, Maxentius, Conſtantinus Maximus, et Licinius *Aurelii* fuerunt adpellati.“ Id quod in ſequentibus vlterius diduxit *Auguſtinus*, neceſſarias tamen non vbique ſubiungens probationes. *Dio* namque *Caſſius* L. LXXII. c. 22. ſcribit: „In Commodo domus genuina *Aureliorum*, qui principatum geſſere, defecit.“ Nec forſan vllus eorum, qui Aurelii nominabantur, Imperatorum, gentem Aureliam attingebat; ne Antonino quidem Pio, quem Hadrianus adoptauit, ad iſtam adſcendente. — Nullus quoque eorum, quod mirum omnino, vel vxorem, vel matrem, vel filiam habuit *Aureliam* vel in numis, vel in libris reperiundam; licet hoc Aurelii nomen Romanis et praenomen, et cognomen fuerit; et licet Auguſtae ſubinde Auguſtorum nomina geſſerint, e. c. Domitia Domitiani, Lucilla Lucii Veri etc.

Praeter Imperatores etiam obuii ſunt magiſtratus nomina Aureliorum. Sic legitur in numis *Achaiae* M. Aurelius Diodorus praetor — *Adramytii* Aurelius Carus praetor. — *Aegarum* Aeolidis M. Aurel. Paulus praetor. — *Aezani* Phrygiae M. Aurel. Mecogenes. — *Ancyrae* Phrygiae Aurelius Troilus archon. — *Antiochiae* Cariae M. Aurel. Glaucus ſcriba. — Apameae Phrygiae *Aurel*. Stratonicianus; M. Aurel. Alexander pontifex; Aurel. Linorius; Aurel. Hermus. — *Apollonidis* Ioniae Aurel. Demetrius, et Aurel. Tertullus praetores. — *Aſſi* Myſiae Aurelius et Aurel. Metronictus praetores. — *Bargaſae* Cariae Aurel. Dio. — *Blaundi* Lydiae Aurel. Glycon, et Aurel. Papius archontes. — *Byzantii* Thraciae M. Aurel. Antoninus, et Aurel. Soſtratus archontes; *item* Aurel. Fronto et Aurel. Soterichus. — *Cadorum* Phrygiae Aurel. Rufus Demetrius. — *Chii* cycladum Aurel. Chryſog. archon. — *Cilbianorum* Ioniae Aurel. Dionyſius archon, et Aurel. Apollonius praetor. — *Clazomenes* Ioniae M. Aurel. Diony-

Dionyſius. — *Colophonis* Ioniae Aurel. Macer, Aurel. Capitolinus, et Aurel. Athenaeus praetores. — *Cotiaei* Phrygiae M. Aurel. Quintilianus archon. — *Cymes* Aeolidis Aurel. Sympherontes, et Aurel. Elpidephoras praetores. — *Cyzici* Myſiae L. Aurelius praetor et Aſiarcha, *it*. Aurel. Prodicus praetor. — *Daldis* Lydiae L. Aurel. Hephaeſtio archon. — *Didymae* Ciliciae Aurel. Diogenes archon. — *Dioſbier*. Lydiae M. Aurel. Apollonides praetor. — *Emporiarum* Hiſpaniae P. Aurel. proconſul. — *Epheſi* Ioniae M. Aurel. Muſionus ſacerdos, *al*. Aurel. Cleon. — *Erytraeae* Cretae Aurel. Nicon praetor. — *Germes* Helleſponti M. Aurel. Naeuianus. — *Gordi* Lydiae Aurel. Iulianus archon. — *Hadrianotherarum* Myſiae Aurelius Socrates archon. — *Hermocapeli* Lydiae Aurelius Menophanes. — *Hierapolis* Phrygiae Aurel. Antipater praetor. — Hypaepae Lydiae M. Aurel. Iulianus Aſiarcha. — *Laodiceae* Cariae M. Aurel. Garus praetor. — *Maeoniae* Lydiae Aurel. Apphianus, et Aurel. Zeno archontes. — *Magneſiae ad Maeandrum* M. Aurel. Ariſtomachus, Aurel. Tychicus, M. Aurel. Carpus, Aurel. Denocrates, et Aurel. Hermogenes ſcribae. — *Magneſiae ad Sipylum* Aurel. Theodotus, Aurel. Caii filius, Aurel. Tatianus, Aurel. Artemidorus, Aurel. Herm. Hippicus, Aurel. Fronto, et Aurel. Longinus praetores. — *Marcianopolis* Moeſiae inf. Aurel. Pontianus, Aurel. Appianus, Aurel. Antonianus. — *Metropolis* Phrygiae Aurel. Sextus, Aurel. Diogenes, Aurel. Theon, et Aurel. Euporus praetores. — *Mileti* Ioniae Aurel. Reginus, Aurel. Euareſtus. — *Miletopolis* Myſiae Aurel. Herm. — *Moſtenes* Lydiae Aurel. Zeuxis Plutidus praetor. — *Mytilenae* Leſbi M. Aurel. Proteus, Aurel. Nicomachus, et Aurel. Proſdectus Pardolus praetores. — *Nicaeae* Bithyniae Aurel. Apollonius praetor. — *Nicopolis* Moeſiae inf. Aurel. Gallus, Aurel. Longinus, et Aurel. Tertullus praeſides. — *Nyſae* Cariae Aurel. Diodotus, M. Aurel. Lacanus, M. Aurel. Maſonius, et Aurel. Primus Rufinus ſcribae. — *Pergami* Myſiae L. Aurel. Archelaus, Aurel. Diodorus, M. Aurel. Alexander, Aurel. Apollonius, Aurel. Longinus, Aurel. Rufinus Hippicus, Aurel. Damaſius, et Aurel. Palatus praetores; *it*. Aurel. Celſus ſacerdos. — *Philadelphiae* Lydiae Aurel. Rufinus, primus ſacerdos, *it*. M. Aurel. Capito archon. — *Phocidis* Aeolidis L. Aurel. Marcus, Aurel. Aphphianus, M. Aurel. Eutychus, P. Aurel. praetores. — *Pitanae* Myſiae M. Aurel. Publius praetor. — *Sardium* Lydiae Aurel. Iulianus, et L. Aurel. Maior archontes. — *Smyrnae* Ioniae Aurel. Charidemus, Aurel. Demus, Aurel Eutyches, M. Aurel. Geminus, M. Aurel. Philetus, M. Aurel. Proculeianus, et Aurel. Sextus praetores. — *Stratonicea* Cariae Aurel. Dionyſius, Aurel. Hoſtilianus. — *Temni* Aeolidis Aurel. Demonicus, Aurel. Hermeius, Aurel. Nicoſtratus, et Aurel. Oneſimus praetores. — *Tei* Ioniae Aurel. Artemidorus, et Aurel. Hermogenes praetores. — *Thyatirae* Lydiae Clodius. Aurel. Dionyſii Panici filius, M. Aurel. Agathecles, M. Aurel. Barbarus, M. Aurel. Diodotus, Q. Aurel. Glycon et Aurel. Nicon praetores. — *Trallium* Lydiae Aurel. Ariſteus, et Aurel. Diodorus praetores, *it*. M. Aurel. Pytho ſcriba.

AVRELIVS (Marcus) ANTONINVS, Romae natus, vxoris Antonini Pii fratris filius, ab Ant. Pio Hadriani iuſſu adoptatus eſt annos agens 17. Tunc primum *Aurelius* coepit vocari, quod in Aureliam ex Annia gente tranſiiſſet. Operam philoſophiae vehementer dedit, *Philoſophus* autem numquam ipſius verum nomen; omnes enim antiquae hiſtoriae, omnes ſaxorum inſcriptio-

 nes,

nes, omnes numi, qui exſtant, id cognomen Aurelii ignorant. *Oiſel.* Sel. Num. p. 23. — Viuo quoque Hadriano *Caeſaris* nomen non tulit; *Imperatoris* vero nomen poſt Antonini Pii mortem habuit et illo mortuo a ſenatu Auguſtus dictus, regnare incipit. Ipſe L. Verum in conſortium imperii vocat, et primi ſimul ſub Auguſtorum nomine imperio praefuerunt Romano. Extincto Vero ſolus imperat. Bellum atrox gerit cum Quadis, qui numero plures Romanos vndique cingunt, et aquarum inopia adfligunt; at pluuia ingens precibus chriſtianorum impetrata, vt creditur, ſitientem Romanum exercitum recreat, et adgredientes hoſtes ignibus et fulminibus impetit. — Marcomannos, Sarmatas, Germanos repreſſit, vnde cognominatus in numis GERM. SARM. ſeu *Germanicus*, *Sarmaticus*. Cognomentum vero Armeniaci recuſauit iuxta *Capitolin.* in M. Antonin. c. 8. quod poſtea tamen recepit, numis c. inſcr. ARMENIACVS teſtibus. — Moritur M. Aurelius apud Vindobonam, quae nunc Vienna, 16. Kal. Aprilis A. V. C. 933. Chr. 180. aetatis 58. cum menſibus 10. et diebus 22 imperii 19. annorum et 10. dierum. — Honeſtate vitae Imperatores omnes fere ſupergreſſus eſt. Cum ob bellorum ſumtus defeciſſet aerarium, in foro Traiani ornamentorum imperialium fecit auctionem, vendiditque omnia, tum palatii, tum ſuimet ipſius mobilia, ne extra ordinem quicquam a prouinciis exigeret. — Cuius vxor *Fauſtina Iunior*, Antonini Pii, et Senioris Fauſtinae filia, femina adulteriis infamis, quae maritus tamen diſſimulauit ſemper.

Adhuc iuuenis paterno et auito nomine dictus in numis Amaſtrianorum et Epheſiorum ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ, *Verus Caeſar*; vel etiam Μ. ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. — Idem M. Aurel. in Tyranorum moneta adpellatus ΒΗΡΙϹϹΙΜΟϹ ΚΑΙϹΑΡ, *Veriſſimus Caeſar*. — Adhuc Caeſar Antiochenſium numi ſunt inſcripti: AVRELIVS CAESAR AVG. PII *Filius*.

Poſt Chr. 139. legitur CAESAR COS. DES. Muſ. *Piſan.* p. 51.) *Vaill.* Pr. II. 159.

— 140 ad 143 CAESAR COS. Muſ. *Alb.* I. p. 59. 64.

— 144. CAESAR. COS. DES. II.

— 145. CAESAR COS II.

— 146. TR. P. COS. II. *Vaill.* Pr. II. 164.

— 161. CAESAR TR. P. XIIII. XV. COS. III. eodem anno AVGVSTVS.

— 163. TR. P. XVI. XVII. COS. III. IMP. II.

— 164. inchoat ARMENIACVS.

— 166. inchoat PARTH. MAX. et ſimul TR. POT. XX. IMP. IV.

— 169. ceſſat ARM. PARTH. MAX.

— 172. inchoat GERMANICVS.

— 175. inchoat SARMATICVS, ſimulque TR. POT. XXIX. IMP. VIII.

— 177. inchoat P. P. *Pater Patriae*.

— 180. TR. POT. XXXIII. XXXIIII. IMP. X. GERM. SARM. Muſ. *Alb.* I. p. 59 ſqq.) *Eckhel.* Cat. II. p. 217 ad 235.) Muſ. *Piſan.* p. 51 ad 66.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* I. p. 187 ſq. III. 199 ſq.) *Gueſſeau* Tom. V. p. 49 ad 69.) *Harduin.* Oper. p. 753. 767. 783. 786.) *Spanh.* II. p. 432.) *Oiſel.* Sel. Num. p. 111. 342. 432.) — Singulatim *Io.* Chriſtoph. *Olearii* epiſtola de numo M.

M. Aurel. conterniato Ienae 1692. 4. recuſa in explicat. numiſm. antiq. a variis concinnat. Ienae 1696. 4. et inſerta in *Woltereck.* Elect. Numar. p. 112. ſqq. — *Carol. Fried. Walch* de religione M. Aurelii in numis celebrata, quae diſſ. legitur in Act. ſociet. Lat. Ien. Tom. I. p. 209 ſqq. — Ipſe Aurelius ſcripſit de rebus ſuis libros XII. qui exſtant, philoſopho dignos.

Prolixam et ſqualidan pauit barbam, qualem an Carolus M. habuerit diſceptatur apud. *Freher.* de ſtatura Caroli M.

Aurelii nomem in variis eius numis non eſt expreſſum, legitur modo M. ANTONINVS AVG. modo M. AVR. vel AΥP. etc.

In *Poſtica* eorum parte: ADLOCVTIO AVG. COS. III. — ADVENTVS AVG. — ANNONA AVG. — ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. II. — ARMEN. P. M. etc. *al.* ARMENIA TR. P. etc. — AVG. PARENTI SVO. — CLEMENTIA AVG. *al.* CLEM. TR. POT. etc. — COMMODVS CAES. etc. — CONCORDIA. *al.* add. AVG. *al.* TR. POT. III. COS. II. CONCORD. AVG. *al.* AVGVSTOR. *al.* AVGVSTORVM. — CONCORDIAE AVGVSTOR. — CONCORD. *al.* CONCORDIA EXERC. etc. — CONG. AVG. III. *al.* IIII. — CONSECRATIO. — COS. DES. vel DESIG. II. *al.* COS. II. *al.* COS. III. *al.* COS. III. P. P. *al.* COS. III. P. P. IMP. X. — DE GERM. *al.* DE GERMANIS. — DE SARM. *al.* DE SARMATIS etc. — DIVA FAVSTINA. — DIVVS VERVS. — EXPEDITIO AVG. — FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII FIL. — FAVSTINAE AVG. PII F. COMMOD. CAES. FIL. AVGG. — FELICITAS AVG. — FELICITATI AVG. — FIDES EXERCITVS. *al.* EXERCITVVM. — FORT. RED. — GERMANIA SVBACTA. — GERMANICO AVG. IMP. VI. COS. III. — HILARITAS. — HONOS. — IMP. V. COS. III. — IMP. VI. COS. III. — IMP. VII. COS. III. — IMP. VIII. COS. III. — IMP. VIIII. COS. III. P. P. — IMP. X. COS. III. P. P. — IVVENTAS. *al.* IVVENTVS. — LIB. AVGVSTOR. *al.* LIBERAL. AVG. — LIB. AVG. II. — LIBERAL. AVG. V. — LIBERALITAS AVG. VI. *al.* VII. *al.* VIII. — LIBERALITAS IMP. VIII. COS. III. P. P. — MARTI VICTORI. — PAX AETERNA AVG. — PAX AVG. — PAX. TR. P. XX etc. — PIETAS. — PIETAS AVG. — PIETAS TR. POT. III. etc. — PIETATI AVG. — P. M. TR. P. XVIII etc. *al.* XIX. *al.* XX. etc. — PRIMI DECENNALES. — PROFECTIO. AVG. — PROVIDENT. *al.* PROVIDENTIA AVG. — PROV. DEOR. — RELIG. AVG. — RESTITVTORI ITALIAE. — REX ARMEN. DAT. — SALVS AVG. — SALVTI AVG. *al.* AVGVSTOR. *al.* AVGVSTORVM. — S. C. — SECVRIT. PVB. *al.* SECVRITAS PVBLICA. — SPES PVBLICA. — TEMPORVM FELICITAS. — TR. POT. etc. *al.* TR. P. vſque ad XXXXIIII. IMP. X. COS. III. P. P. TR. P. XXXX. (IMP. VIIII. COS.) III. P. P. cum typo Felicitatis. Numus mendax et vitioſus, quippe mortuus Aurelius TR. POT. XXXIII. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 204 — VIC. AVG. — VICT. AVG. — VICTORIA AVGVSTORVM. — VICTORIAE AVGVSTORVM. — VICT. GER. *al.* GERMA. etc. — VIC. PAR. etc. — VIRTVS AVG. — VIRTVS. COS. II. — VIRTVS. TR. POT. etc. — VOTA PVBLICA. — VOTA SOL. DECEN. *al.* DECENNALIA. — VOTA SOLVTA DECENNLIA. — VOTA SVSC. vel SVSCEP. vel SVSCEPTA DECENN. — VOTA. TR. P. etc. — ΔΙΑ. ΑΤΡ. ΟΤΗΡΟΣ. — L. IB. — L. IΓ.

Colonias ſub M. Aurelio deductas paucas nouimus, etiamſi *Aurel. Victor* ſic de ipſo loquatur: „Multae ſub eo vrbes conditae, deductae, repoſitae, ornataeque.“

Cum nomine cuiusdam *vrbis* ex omni modulo pro vulgaribus reponuntur numi huius M. Aurelii. *Vaill.* Gr. Num. p. 48. — Extra vrbem ſignarunt: *Abonotichos* Paphlagoniae, *Abydus* Helleſponti, *Adramne* Coeleſyriae, *Adramytium* Aeolidis, *Aegae* Ciliciae, *Aelia Capitolina* Iudaeae, *Aezanis* Phrygiae, Alexandria Aegypti, *Amaſtris* Paphlagoniae, *Amphipolis* Macedoniae, *Anazarbus* Ciliciae, *Anchialus*, Thraciae, *Ancyra* Phrygiae, *Antandrus* Troadis, *Antiochia* Cariae, ad Hyppum, ad Sarum, Piſidiae et, Syriae, *Apamea* Phrygiae, *Aphrodiſia* Cariae, Apollonia Ioniae, et Myſiae, *Apollonis* Aſiae, *Aradus* Phoeniciae, *Armoſata* vel *Arſamota* Armeniae, *Aſſus* Myſiae, *Athenae* Atticae, *Attalia* Lydiae, *Berytus* Phoeniciae, *Bithyniam* Bithyniae, *Bizya* Thraciae, *Blaundos* Lydiae, *Bruza* Phrygiae, *Byzantium* Thraciae, *Caeſarea* Cappadociae et Palaeſtinae, *Caeſarea Germanicia* Syriae, *Calchedon* Bithyniae, *Capitolias* Coeleſyriae, *Carrhae* Meſopotamiae, *Ceraſus* Ponti, *Ceretapa* Phrygiae, *Chalcis* Syriae, *Cius* Bithyniae, *Cnidus* Cariae, *Colophon* Ioniae, *Comana* Piſidiae, *Corcyra* inſula, *Corinthus* Achaiae *Cotiaeum* Phrygiae, *Creta* inſula, *Cyrrhus* Syriae, *Cyzicus* Myſiae, *Docimium* Phrygiae, *Doliche* Syriae, *Doron* Ciliciae, *Dorilaeum* Phrygiae, *Edeſſa* Macedoniae, *Elis* Peloponneſi, *Epheſus* Ioniae, *Eumenia* Lydiae, *Flauiopolis* Bithyniae, *Gabala* Syriae *Gadara* Syriae, *Gaza* Iudaeae *Germanicia* vel Caeſarea Germ. Syriae, *Germe* Helleſponti, *Gordus* Lydiae, *Hadriani* Bithyniae, *Hadrianopolis* Thraciae, *Hadrianotherae* Myſiae, *Heraclea* Cariae, *Hierapolis* Phrygiae, et Syriae, *Hiponium* Italiae, *Hypaepa* Lydiae, *Iaſſus* Cariae, *Iconium* Licaoniae, *Ilium* Troadis, *Iulia* Phrygiae, *Lacedaemon* Peloponneſi, *Lampſacus* Myſiae *Laodicea*, Cariae, et Syriae, *Leſbus* inſula, *Lycia* Aſiae, *Lydiae* commune, *Macedonia* Prouincia, *Maeonia* Lydiae, *Magneſia* ad Maeandrum, et ad Sipylum, *Mantala* Phrygiae, *Menelais* Aegypti, *Metropolis* Phrygiae, *Miletus* Ioniae, *Miletopolis* Myſiae, *Myriandros* Ciliciae, *Myrina* Aeoliae, *Mytilene* Leſbi, *Nacraſa* Lydiae, *Neapolis* Samariae, *Neocaeſarea* Ponti, *Nicaea* Bithyniae, *Nicomedia* Bithyniae, *Nicopolis* Epiri, *Nyſa* Cariae, *Odeſſus* Thraciae, *Orthoſia* Phoeniciae, *Papia* Mauretaniae Caeſarienſis, *Paros* inſula, *Patrae* Achaiae, *Pautalia* Thraciae, *Perga* Pamphyliae, *Pergamus* Myſiae, *Perinthus* Thraciae, *Perperena* Aeoliae *Peſſinus* Galatiae, *Petra* Arabiae, *Phaneus* Arcadiae, *Philadelphia* Lydiae, et Coeleſyriae, *Philippi* Macedoniae, *Philippopolis* Thraciae, *Phocis* Aeolidis, *Pompeiopolis* Ciliciae, et Paphlagoniae, *Proſopis* Aegypti, *Pruſias* ad Hypium Bithyniae, *Rhodus* inſula, *Sagalaſſus* Piſidiae, *Sais* Aegypti, *Samoſata*, Commagenae, *Samus* inſula, *Sardes* Lydiae, *Seleucia* Syriae, *Serdica* Moeſiae inferioris, *Side* Pamphyliae, *Sinope* Paphlagoniae, *Smyrna* Ioniae, *Stratonicea* Cariae, *Syedra* Pamphyliae, *Synnus* Phrygiae, *Syria* prouincia, *Taba* Phrygiae, *Tarſus* Ciliciae, *Teos* Ioniae, *Thera* inſulae ſporadibus, *Theſſalia* regio, *Theſſalonica* Macedoniae, *Thyatira* Lydiae, *Tius* Bithyniae, *Tomi* Moeſiae inferioris, *Topirus* Thraciae, *Traianopolis* Thraciae, *Tralles* Lydiae, *Tripolis* Syriae, *Troas* Troadis, *Tyana* Cappadociae, *Tyra* Sarmatiae Europaeae, *Zacynthus* inſula, *Zeugma* Syriae.

AVRELIVS ALEXANDER. vid. ALEXANDER *Seuerus*.

AVRELIVS ANTONINVS *Caracalla* adpellatus eſt a Seuero in honorem

norem optimi Imperatoris M. Aurelii Antonini: M. AVRELIVS ANTONINVS CAES. *al.* PIVS AVG. BRIT. etc. *Vaill.* Pr. III. 166.

AVRELIVS CAES. AVG. PII F. *al.* AVRELIVS CAESAR ANTONINI AVG. PII. FIL*ius*. *al.* AVRELIVS CAESAR ANTONINVS AVG PII F. ſic M. *Arelius*. Angelon. p 141. 172. 193.) *Hemelar.* N. *Arſchot.* Tb. 27 et 28.) *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 42 et 45.) *Beger.* Th. Br. II. 664.) *Geſner.* Tb. 105. n. 56.) *Oiſel* Sel. Num. Tb. 56. n. 7.) *Pedruſ.* M. *Farneſ.* III. Tb. 11. n. 2. *et* Tb. 14. n. 1. 2.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 18. n. 4.) *Spanh.* II. p. 432.) *Vaill.* Col. I. 167.) *Vaill.* Pr. I. 83. II. 159. 170.) III. 122. 127. 135. 136. 140.

AVRELIVS COMMODVS vel Gr. ΑΥΡΗΛΙΟϹ etc. dicitur *Commodus* à patre M. Aurelio, cui in imperio ſucceſſit. *Vaill.* Pr. III. 147. 150. 153. 155. 156. et apud alios.

AVRELIVS SCAVRVS, nomen et cognomen. v. *Aurelia* g.

AVREOLVS (*Marcus Acilius*) quem Dacum fuiſſe, gregeſque in prima aetate duxiſſe *Zonaras* ſcribit, poſtea dux in Illyrico, coactus eſt a militibus in Gallieni contemtum imperium ſumere. Conflictu habito cum Claudio Gothico Imperatore, interiit ad pontem Aureoli, nunc Pontirolo in Inſubria, anno tyrannidis primo non expleto, Chr. 263. *Oiſel* Sel. Num. p. 51. — *Zoſimus* vel librarii potius ex Aureolo ſibi finxerunt Aurelianum.

Numi omnes Aureoli ſunt rariſſimi, praeſertim.

a) ex *auro*. 1. IMP. M. ACIL. AVREOLVS P. F. AVG. Caput Aureli radiatum, ad humeros cum paludamento.)(PROVIDENTIA AVG. Fig muliebris ſtans, d. ſceptrum, ſ. columnae nixa cum cornucopiae, ad pedes globus. *Band.* I. 327.) *Guſſeme* I. 352.) *Hard.* 873.) *Mdb.* 387.) *Triſtan.* III. 183.) *Vaill.* Pr. III. 20. — 2. PRVDENTIA AVG. Idem typus eodem habitu et modo. *Oiſel* Sel. Num. Tb. 62. fg. 4. p. 358.) *Mdb.* 387.) *Band.* ib.) *Guſſ.* ib. An recte deſcriptus ſit hic numus viderint, quibus illum manibus contrectare contigit.

b) ex *argento* non exſtant.

c) ex *aere*. 3. IMP. AVREOLVS AVG. Huius caput radiatum.)(CONCORD. EQVIT. Mulier ſt. ſ. nauis gubernaculum, infra S. *Band.* I. 328.) *Guſſ.* ib. — 4. IMP. C. AVREOLVS AVG. Idem caput.)(CONCORD. IIMC. Duae dextrae iunctae, edit. a *Band.* I. 327.) *Guſſ.* I. 352. in aliis CONCORDIA MIL. vel CONCORD. MILI. — 5. IMP AVREOLVS..... Caput radiatum.)(L. I. MIN. RESTITVTA, ex mente *Triſtani* III. p. 182. *Legio Prima Mineruia Reſtituta* Minerua et Aurelius ſtantes dextras iungunt, palmae ramo intermedio. *Band.* I. 328.) *Guſſ.* ib.) *Mdb.* ib. 6. 7. Eiusdem Aureoli has inſcriptiones exhibet *Mdb.* p. 387. IMP. C. AVREOLVS P. F. AVG. ex *Vrſino*; et IMP. C. M. ACIL. AVREOLVS P. F. AVG. *Imperator Caeſar Manius Acilius Aureolus Pius Felix Auguſtus.* *Golzio* Tb. 72.

Auriga, qui currum regit, in tot bigis, trigis quadrigis obſeruatur, aurigante Victoria, Ioue, Imperatore, Conſule triumphante. In ludis pariter circenſibus de Nerone teſtatur *Sueton.* vit. eius: Aurigauit quoque Nero multifarium; equorum enim ſtudio vel praecipue ab ineunte aetate flagrauit. Vnde et idem Nero equos olim victores et ſenio iam confectos, annuis ſtipendiis honeſtauit. *Dio* L. LXI. Aurigando Solem, ſi non ſuperare, ſaltem aequiparare tentans, ideoque vt

vt omnium certaminum victor a populo *Caeſar Apollo* vel *Nero Apollo* ſit adpellatus, adclamatione prorſus ridicula. Hinc et in Neronis Corinthiaco numo apud *Vaill.* Col. p. 173. Sol ſcuticam quatiens, quadrigae inſiſtit. — Plures aurigas in ludis quatuor equis palmiferis vectas, vel aliter, exhibet *Hauercamp.* diſſ. de Numis Contorniatis variis locis.

Aurigae in quadriiugo curru vid. n. Corinthi, Macedoniae, pariter ac g. Aciliae, Aemiliae, Fundaniae, Plautiae, et Imperatorum Auguſti, Tiberii, Caligulae, Claudii, Neronis, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, Traiani, Antonini, Fauſtinae Senioris, M. Aurelii, L. Veri, Pertinacis, Seueri, Caracallae, Valeriani, Diocletiani, Maximiani, Honorii, Iuliani Apoſtatae, Placidii, Valentiniani. — in bigis n. Marcianae, et Fauſtinae vtriuſque.

Auriga equo inſidens, alterum manu ducens. n. Marciae g. — elephanto inſidens, n. Mytilenae, Nicaeae, Gordiani Pii, Philippi Senioris, Maximiani.

Auris humana in area n. Apameae Phrygiae. *Aures* quandam habere venuſtatem putabant Romani, nec in alia parte feminis maius impendium, margaritis dependentibus. *Plin.* Hiſt. nat. L. II. c. 37. — Vnde in omnibus fere numis, mulierum capita praeferentibus, aures earum adſpectui cunctorum exhibentur, licet margaritae non vbique dependeant. Sic in numo Domitiani et Domitiae aureo crines annulatim criſpati a fronte Domitiae vſque ad aurem ſunt dimiſſi, ipſa aure nuda relicta.

ΑΥΡΗ. loco ΑΤΡΗ. Ἀυρήλιος, *Aurelius*. ΑΥΤΟ. Κ. ΑΙΛ. ΑΥΡΗ. ΚΟΜΟΔΟϹ. *Commodus*, qui in Pruſaeorum numo legitur Κ. Μ. ΑΤΡΗΛ. ΚΟΜΟΔ. ΑΝΤΩΝ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 36. n. 7.

Aurora, Titanis filia, Solis nuntia, alata inter quatuor equos, quos habenis regit. n. Plautiae g.

AV. RVF. *Aurelius Rufus*, nomen et cognomen.

Aurum et *argentum* videtur ſe ſponte obtuliſſe ab initio mortalibus; ſiue in fluuiis, quorum aliqui etiamnum auriferi ſunt, ſiue in ruinis et cauernis montiuum, ſiue in ſuperficie terrae. Lydos ramenta auri colligere e Pactolo, Indos in ſolitudine arenoſa, ſcribit *Herodotus* L. I. c. 93. III. 102. V. 101. Poſtea itum eſt in viſcera terrae, et in tenebris quaeſitum, quod natura adſpectibus negauerat, referente *Plinio* L. XXXIII. in prooemio: "Imus in viſcera terrae, et in ſede manium opes quaerimus. Quo tempore aut quibus auctoribus aurum argentumque in venis rimari coeperint mortales, non liquet. Credibile eſt, hunc auſum valde antiquum eſſe, et longe tranſcendere omnia nomina a ſcriptoribus memoriae prodita. Iuxta *Plinium* L. VII. c. 56." Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis, vt alii Aeacus; auri metalla et conflaturam Cadmus, Phoenix, ad Pangaeum montem; vt alii Thoas et Aeacus in Panchaia." Ex *Hygino* Fab. 274. " Sacus, Iouis filius, in Panchaia in monte Taſo aurum primus inuenit. Indus rex in Scythia argentum primus inuenit, quod Erichthonius Athenas primum attulit." Secundum *Caſſiodorum* L. IV. Var. Epiſt. 34. "Primi dicuntur aurum Aeacus, argentum Indus rex Scythiae reperiſſe." — Amnes auriferi e montibus deffluentes accolas ſuos ad montes ipſos ſcrutandos naturaliter inuitabant. Denique eandem ob cauſam ſuſcepta ſunt immenſa itinera in regiones auri argentique feraces. — Cauſas aeſtimationis tam vniuerſalis, ſi quis inueſtigare velit, facile inueniet. Nam ſplendida et diuturna amare; et corruptibilibus anteferre, nonne naturale eſt? Primi igitur mortales, cum aurum et argentum admirantes adſpicerent, quod ſplendore ſuo ſiderum pulcritudinem, flauedinem Solis, et candorem Lunae referrent,

ferrent, et experientia edocti eſſent, quod ignem tranſirent illaesa, quod arte fabrili tractari, et in quaſcunque formas conflari poſſint, et quod nec ſitu, nec rubigine corrumpantur: non poterant non haec naturae dona, tam raris virtutibus praedita, magni facere, et in aliquem vſum, ſiue ornamentorum, ſiue commerciorum conuertere. — Maſſulas auri argentique, quamuis nullo ſigno conſpicuas, ante pecuniam inuentam, in commercium priuatorum veniſſe, et vicem numi ſignati in pretio reddendo obiiſſe interpoſita libra, ex antiquiſſimi temporis hiſtoria tam ſacra, quam profana, manifeſtum eſt. vid *Libra*.

Aegyptios primos omnium aurum argentumque ſignaſſe, etiamſi forte ſint omnium vetuſtiſſimi, neſcio an ab vllo ſcriptorum veterum memoriae proditum ſit. *Herodotus* certe L. I. c. 94. et L. II. c. 35. hanc laudem non Aegyptiis, ſed Lydis adſerit; ex aduerſo Aegyptios deſcribit tanquam homines ab aliorum hominum inſtitutis prorſus alienos, et pleraque omnia a ceteris diuerſa conſtituentes. Quod etiam *Strabo* L. XVII. p. 792. confirmare videtur, ſcribens, priſcos Aegyptios ſuis opibus contentos fuiſſe, et importata aliena adeo non deſideraſſe, vt peregrinis nauibus vix adpulſum in litore ſuo permiſerint. Tanta fuit in ſolo Nilo fiducia. Equidem *Diodorus Sic.* qui, vt ipſe de ſe L. I. 50. ſcribit, regnante Aulete, ſeu Ptolemaeorum vndecimo, in Aegypto fuit, legem numariam ibi inuenit: „Illis, qui monetam adulterarent, aut noua ſubſtituerent pondera, aut ſigilla tranſculperent etc. lex vtramque manum praecidi iuſſit.“ Vt ſic ea corporis parte quiſque lueret, qua in legem peccaſſet. Sed hanc legem de adulteratoribus monetae non ab antiquis illis pyramidum exſtructoribus, nec ab iis regibus, qui ante conditam Alexandriam ſub Perſarum imperio Aegypto praefuerunt, ſed nouiſſime ſub Lagidarum regno latam eſſe, tamdiu praeſumere licet, donec contrarium aliunde probetur. Tribuitur autem Aegyptiis, ſicut lex Cornelia Romanis, etiamſi certum ſit, primos Romanos pecuniam ſignatam ignoraſſe. Paeſumtionem praebet, cum ſilentium hiſtoriae, tum etiam hoc, quod numum Aegyptium nemo vmquam viderit ante Ptolemaeos ſculptum, ſicut nec Hebraeum ante templum ſecundum, nec Athenienſem ante bellum Peloponneſiacum. Quodſi vſus monetae ſempiternus fuiſſet in Aegypto, prodigio ſimile eſſet, cum tot numos Ptolemaeorum regum hodienum habeamus, nullum Aegyptiorum ante illos ſignatum, ex aeterna illa officina ad nos veniſſe, cum eodem itinere ad nos venire potuerint.

Quod ad *Lydos* attinet, quamuis fides *Herodoto* haud temere deneganda ſit, certum tamen eſt, eum interdum incomperta pro compertis commemorare et nimia credulitate in mendacium incidere. Huiuſmodi multa ſunt apud eum, et veriſimiliter etiam hoc, quod de Lydis L. I. c. 94. ſcripſit: „Primi hominum, quos nouimus, numo ex auro et argento percuſſo, vſi ſunt.“ Forte abundantiam auri apud Lydos conſiderans *Herodotus*, opinabilius cenſuit, primos aureos in regione aurifera, quam in inſula Graeciae auri argentique indiga, percuſſos eſſe. *Wachter.* Archeol. Numar. c. 4. de numo ſignato, et primis eius inuentoribus.

Aurei numi longe pauciores argenteis aereiſque cuſi ſunt olim, ac multi nihilominus vel temporum iniuria, vel conflati ab imperitis hominibus interciderunt. In vultibus nominibuſque ſuis auro caelandis reges Imperatoreſque potiſſimum elaborarunt; vrbes vero quaſi contentae argenteis atque aereis monetis, quibus ad vitae huius commoda prouehenda vterentur. Neque enim tantum ab initio, ſed et poſtea ſtatuiſſe reſpublicae videntur, regium hoc eſſe ſolum, aureis vti numis. Quanta porro ſit Syriae

riae regum in auro raritas numorum, ſeu praeſtantia ex eo notanda occurrit, quod in tota eorum ſerie, duorum regum numi aurei *Vaillantio* tantum ſunt inſpecti. Paene vero certum ſit, a monetariis haud raro denariorum typaria etim auro feriundo adhibita fuiſſe, atque adeo cuiuſuis aurei, vel argentei, qui hactenus ſunt vnici, quaſi fratres diuerſi metalli complures poſteris eruendos ſuperaſſe.

Aurei numi puro fere ex auro ſunt, eoque plerumque puriore, quo antiquiores. Mixto ex auro, accedente praecipue argento quale *electrum* dixere veteres, habentur numi regum Boſpori Cimmerii, Auguſtorum temporibus procuſi, ſique rariſſimi. — Aurei numi ſerius dicti ſunt *Solidi*. — In familiis Romanis aurei rari ſunt, qui per catachreſin *denarii aurei* dicuntur. — Monetam auream Romani demum A. V. C. 546. vſurparunt, annis 62. poſt argentum C. Claudio Nerone et M. Liuio Salinatore Cos. teſte *Plinio* L. XXXIII. c. 3. qui aurei numi argenteis decuplo erant cariores. Oportet vt id ſciamus, ne quis inducatur in fraudem ab iis, qui ante ea tempora occurrunt facti. Quod ſi enim inuenire contingit vnum regum Romanorum conſulumque priorum ex auro, videre, ſtatim ac tametſi aliud argumentum deſit concludi poteſt recte, eum eſſe falſum. *Iobert* Science des Médailles I. p. 40.

Aurei proinde exſtant numi, ſiue ſint ex puro défaecatoque auro, noſtrumque ſuperante; ſiue ex miſto pallidoque, quales tempore Alexandri Seueri, permittentis quintam additamenti ad quatuor partis fuerunt cuſi, ſiue demum ex auro valde adulterato, quale in Gothicis quibuſdam adparet. Sed ea conceſſio non obſtitit tamen, quo minus ex auro aeque puro conficerentur numi Seueri et principum etiam in imperio Orientali ſubſecutorum, quam fuit tempore Auguſti, aeſtimatione ſeu nota tantum in Gothicis alterata.

Aureos numos ſignare ſolis Francorum regibus ſub Iuſtiniano conceſſum, id vero praefectis Galliarum olim licuit. Idem factum eſt a Gothorum regibus in Italia; nulli autem barbarorum, ne quidem iis, apud quos aurum naſcebatur, licuit. *Spanh.* Pr. I. p. 30 ſq.

Aurum veterum Graeciae numorum puriſſimum eſt, quod vel ex numis Philippi Macedonis et Alexandri M. patet, qui pondus 23. caratorum et 16 granorum exaequat, iudice *Patino*.

Aurum imperii ſuperioris non minus eſt nitidum, eiusdemque cum Graecis conflaturae notaeque adeo ſelectiſſimae. Nam dilutores metallorum praeferunt illud auro Zechinorum ducatorumque, quin et *Bodini* tempore aurifabri Pariſienſes cum liquefeciſſent aureum Veſpaſianum, tantum 788. deteriorationis partem, quod additamentum eſt, deprehenderunt, referente *Ioberto* I. p. 39.

Aurum coronorium Italiae remiſit Hadrianus, vt teſtatur de eo *Spartianus*: infinitam pecuniam, quae fiſco debebatur, priuatis debitoribus in vrbe, atque Italia remiſit. *Vaill.* Fam. Domitia n. 22.

Auri valor apud Graecos ac Romanos conf. *Raper*. comment. de valore monetar. Graec. et Rom. veter. quae inſerta legitur in Philoſoph. Tranſact. Vol. LXI. P. II. §. 4. ſqq.

AVSA Celtiberiae vrbs in Hiſpania Tarraconenſi, hodie *Vich*, vel *Vique* dicta, in cuius Æ. numo hinc caput muliebre in luna creſcente, ante palmae ramus.)(Ramus laeri cum inſcriptione AVSA vehed tabulae impreſſa. *Liebe* Goth. Num. p. 165.

p. 165.) *Froelich.* Not. Elem. p. 77. et ex eo *Zaccaria* Iſtituz. numar.) *Guſſeme* I. p. 354.

AVSCRO nomen dynaſtae aut principis in barbaris tetradrachmis Galliae Belgicae. Eſt in iis eques, ſub quo AVSCRO.)(Caput imberbe cum epigr. DVRNACO. — *al.* Eques d. haſtam infra AVSCRO.)(Caput cum petaſo et epigr. DVRNACOS. AR. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fgg. 5. 6.) *Neumann.* Num. Pop. I. p. 143.

Auſpex ex *auis* et *ſpecio*, quaſi *auiſpex*, quomodo et *auceps*, quaſi *auiceps*, et praeterea qui ex earum ſpectione diuinat. *Galland.* Diction. Numiſm. voce *Auſpex.* — Nihil quod a Rom. republica ſuſceptum eſt, inauſpicato agere libuit, vel licuit; ſemper ergo ſupplicatum eſt diis, vt oſtenderent, an, quod prae manibus erat, fauſte feliciterque euenturum ſit, fatoque vrbis conſentaneum eſſet. Poterant itaque illi, qui exercitum ducebant, fatum quidem proprium pertentare auguriis, vtrum hoſtem ſuperaturi, incolumes redituri, triumphum, ouationemue meriturì ſint; nequibant vero fatum vrbis repoſcere a coelo, ab auibus etc. niſi eos reſpublica cum hoc addito dimiſiſſet, vt *ſuis auſpiciis* ducerent. Id ſi fieret, Imperator in caſtris iuxta praetorium habebat templum augurale, in quo rem diuinam ipſe facere, auſpiciis operam dare, ac reipublicae pertentare fortunam debebat. Sin porro deerat ei facultas auſpiciis ſuis ducendi, Romam mitti, ibique auſpicium fieri oportuit; quod ſi forſitan caſus tempuſque non ferrent, expeditio autem ſiue conflictus improſpere caderent, inauſpicato rem factam Quirites lamentabantur. Sin autem, cum poterat, id neglexerit, Imperator ingentis calumniae ſibi praebuit argumentum, vtque M. Heluio propraetori factum ſcribit *Liuius* L. XXIV. c. 10. licet victoria potiretur, triumphare tamen permiſſus non eſt, quod non reipublicae, ſed proprio, atque adeo *alieno auſpicio* pugnaſſet.

AVSPICE FEL. Felicitas ſt. d. teſſeram tenet, ſ. caduceum, ad pedes vir ſupplex manus attollens.)(DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum. Æ 3. Rrr. *Bandur.* II. p. 25.) *Guſſeme* I. p. 354.) *Harduin.* Oper. p. 661.) *Vaill.* Pr. I. p. 252. Numus pertinet ad initia imperii Diocletiani, quae liberalitate quadam commendari voluit, teſtante *Aur. Victore.* — *Ead. epigr.* Figura muliebris ſt. cum teſſera pariter et caducea, ſed pro pedibus ara, circa quam ſerpens circumuolutus, qui ſalutem reipublicae reſtitutam innuit, a ſin. in area D. in ima parte PTR. Æ 3. Rrr. Val. Maximiani, *Band.* II. p. 67. 68.) *Guſſeme* ib.) *Harduin.* ib.) *Vaill.* Pr. I. 256.

AVSPICIB. *Auſpicibus.* DIS AVSPICIB. TR. P. III. COS. II. P. P. Bacchus et Hercules ſtantes hic cum claua et ſpoliis leoninis, ille cum cantharo et hyaena pro pedibus. Æ 1 et 2. Sept. Seueri. In aliis eiuſdem Seueri DIS AVSPICIBVS, vt in AV. eodem cum typo, qui cuſus eſt initio imperii huius Seueri, ſiquidem in antica IMP*eratoris* II. titulum exhibet, cum ſacra feciſſet ſuis *auſpicibus diis* Herculi, et Baccho, quibus tandem, vt narrat *Dio*, templum erexit ſuperbiſſimum. Muſ. *Alb.* I. Tb. 48. fg. 1. p. 97. ſed Æ max. mod.) *Beger.* Th. Br. II. 690.) *Patin.* Impp. 278.) *Guſſeme* VI. p. 168. n. 37.) *Spanh.* Pr. I. 163.) *Triſtan.* II. p. 62.) *Vaill.* Pr. I. 112. II. 216. qui eſt aureus, rarior argenteo.

AVSTOR. loco AVGVSTOR*um* in n. Mauricii VICTORIA AVSTOR. *Band.* II. 665. Pariter

AVSTORVM in n. Anaſtaſii VICTORIA AVSTORVM. *Band.* II. 612.

AVSTVS

AVSTVS pro AVGVSTVS in Æ. Romuli Auguſtuli: DN. ROMVLVS AVSTVS-etc. *Muſell.* Impp. Tb. 257. n. 2.

AVSVZ loco AVGVS*ti* in Æ. Filippici cognomento Bardani, cuius epigr. VICTORIA AVSVZ. *Hulſ.* XII. Impp. p. 205.

ΑVΤ. vel ΑVΤΟΚ. vel ΑVΤΟΚΡΑ idem quod Ἀυτοκράτωρ. Latinorum V pro ὑψιλὸν Graecorum numis paſſim receptum videas. Sic ΑVΤ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. *Traianus.* — ΑVΤ. Κ. ΚΛΑVΔΙΟC CΕΒ. *Claudius Gothicus.* — ΑVΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC, *Gallienus.* — ΑVΤ. Κ. Μ. Ο. CΕ. ΜΑΚΡΙΝΟC. *Macrinus.* — ΑVΤ. Φ ΙΟVΛΙ. ΜΑΚΡΙΑΝΟC ΕCΕΒ. *Macrianus.* — ΑVΤΟΚ. Κ Μ. ΙΟVΛ. ΦΙΛΙΠΠΟC CΕΒ. *Philippus Senior.* — ΑVΤΟΚΡΑ. Μ. ΜΑΡΚΟC ΑVΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. *Caracalla*, etc.

Automala Libyae ſeu Cyrenaicae olim oppidum, iuxta Strabonem caſtellum. — 1. Caput barbarum ad d.)(ΑΤΤΩ. Caput imberbe galeatum ad ſ. infra flos. Æ 4. Muſ. *Hunter.* Tb. 12. fg. 25. — 2. ΑΤΤΩΜΑΛΗC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΛVΒΙΚΗC, ſeu verius ΛΙΒΥΚΗC, *Automalae Metropoleos Lybiae.* Diana Venatrix inſequitur ceruum, d. arcum. Æ max. mod. Alexandri Seueri cum eius effigie. Vaill. Graec. Impp. p. 135. 208. dubius an ſub Alexandro illo Seuero facta ſit metropolis.) *Guſſeme* I. p. 354.) *Pellerin.* Rec. T. III. p. 173. et cum eo *Eckhel.* Num. Vet. p. 306. eum vero Alexandri numum iure in adulterinorum ſyllabum coniicit. — 3. Non abſimilem vulgauit *Gorius* in Muſeo Florentino inſcriptum ΕΠΙΣ. ΑΤΤΟΜΑΛΕ[illegible]. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟC ΛΙΒΤΚΗ max. mod. Alexandri Seueri. Sed recentioris manus fraudes agnouit *Eckhelius* l. c. Litterarum fabrica et forma, variantibus iam Σ (qua forma iſtud elementum hac aetate ſcribi pridem deſiit, iam C, iam Ͼ. τὸ ΕΠΙΣ. quod *Goris* ἐπὶ Στρατηγοῦ, *Sub Praetore* explicat, *Eckhelius* ad τὸ ΕΠΙΣήμου refert, metropolis dignitatem indicans; quae omnia numum vna cum artifice ſycophanta non minus condemnant.

Autonomia, Ἀυτονομία, *poteſtas* vel *ius* viuendi ſuis legibus, iuxta *Golzium*, *Spanhemium*, *Vaillantium*, alioſque expreſſum obſeruatur in numis vrbium Amiſi, Anazarbi, Antiochiae ad Hippum, et ad Sarum, Apameae Syriae, Arethuſae, Bargyliae, Caeſareae Palaeſtinae, Capitoliadis, Coryci, Cyrenes, Daedalae, Diocaeſareae, Dorae, Epheſi, Halicarnaſſi, Hypereſiae, Laodiceae Syriae, Mocae, Mopſueſtiae, Peluſii, Samoſatae, Sebaſtes Ciliciae, Seleuciae Syriae, Tripolis Phoeniciae, Tyanae, Tyri. — *Autonomia* illa cum ἐλευθερίας, *Libertatis* priuilegio, quo ex Graecis vrbibus non multae gloriabantur, non confundenda eſt, quod tamen ius antiquarii non pauci cum Autonomia confundunt, falſoque adſerunt, liberas ciuitates a tributis ac vectigalibus populo Romano debitis immunes fuiſſe. Rem primus acu tetigit *Scipio Maffeius* in Veron. Illuſtr. P. I. L. III. p. 46. 47. et ſuae ſententiae adprobatorem habuit *Ioſephum Bimardum* ad Scient. numar. *Ioberti* P. I. p. 274.

Ἀυτονομία et Ἀυτόνομος quidem pro *Libertate* ac libera vrbe paſſim apud Graecos legitur, item generatim de quauis re libera; poſtrema vero vocis Autonomiae ſignificatio in numis vrbium eſt, vt ſuis ſeu patriis legibus viuendi, non vero alienis, quasue a nouis dominis ac victoribus accipere tenerentur; relictam id genus vrbibus facultatem eadem arguat. Qua de praerogatiua *Spanh.* Pr. I. p. 680 ſqq. — Id priuilegium tanti olim a Graecis Aſiaticis habitum, vt ea ſolum de cauſa bella frequenter ſuſcepta contra reges ac tyrannos, qui id beneficium eis ademerant, et pacis dein foederibus ante omnia cautum, vt αὐτόνομοι,

μοι, ſeu *ſuis legibus* viuerent. — Inſigne illud *legum ſuarum* ſeu *αὐτονομίας* beneficium publico etiam aere ad eorundem et poſterorum temporum memoriam ſignarunt plures olim et nobiles Graecorum in Aſia potiſſimum ciuitates. Quod priuilegium eaedem ſub Seleucidarum imperio adhuc conſtitutae et antequam in Romanorum poteſtatem tranſiiſſent, ſibi in numis vindicant. A tempore conceſſae illis, aut reſtitutae *Autonomiae* nouam inde aeram illae ſibi deinceps deſumendam crediderunt. Quod conteſtantur inſcriptae in antiquis earum numis cum illa ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ adpellatione, additaque ſubinde vrbis aera, Syriae vrbes *Antiochia*, *Seleucia*, *Arethuſa*, *Laodicea*, et in vicina Phoenicia *Tripolis* ac *Tyrus*. vid. *ſuis locis*. — Neque vero Antiochenſibus ſolum ac Tyriis *confirmata* eſt a Romanis, quam iam ſub Syriae regibus meruerant, *autonomia*; ſed eadem aliis inſuper vrbibus, quae in Romanorum poteſtatem deuenerant, eſt quoque ab iis *data*, vel *adſerta*. Memoratur Auguſti numus apud *Golzium*: ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Cyrenaeorum* Africae vrbis *Sacrae Et Suis Legibus*; in Caligulae numo: ΒΑΡΓΥΛΙΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Bargyliatarum* Cariae vrbis *Sacrae Et Suis Legibus* legitur in eodem *Golzii* Theſauro; e *Golzii* porro manuſcriptis exſtat apud *Morell*. Theſ. Impp. I. p. 703. in Caligula Tb. 8. n. 15. Caligulae numus c. epigr. ΠΕΛΟΥΣΙΩΝ (ni forte ΠΗΛΟΥΣΙΩΝ, vti paſſim apud auctores) ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Peluſiorum* Aegypti vrbis, *Sacrae Et Suis Legibus vſae*; inter Veſpaſiani numos tres *Golzius* refert cum *Autonomiae* elogio, nempe *Daedalae*, *Ephesi*, *Hyperesiae* Achaiae, addita iis vrbibus ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ adpellatione; Quomodo etiam in Traiani numis Phoeniciae *Dora*; Hadriani Cappadociae *Tyana*; Antonini Pii *Diocaeſarea* Cappadociae itidem iuxta *Harduinum*, Palaeſtinae apud *Noriſium*, aut Ciliciae; *Mopſueſtia* Ciliciae; *Samoſata* Commagenes, et *Moka* Arabiae ciuitates in eiusdem Pii numis idem quoque *αὐτονόμου* priuilegium venditant. Neque aliter ſub Commodo *Anazarbus*, altera Ciliciae metropolis; ſub Geta autem *Halicarnaſſus* Cariae caput, et *Caeſarea Paneas* in Palaeſtina; ſub Gordiano Pio *Corycus* et *Sebaſte*, Ciliciae rurſus vrbes, quaeque ius *Autonomiae* in numis ſuis conſignarunt.

Quaedam vrbes cum in Romanorum poteſtatem venerunt, vt ſuis legibus vti poſſent, aliquando *pretio redemerunt*, ſic loquente *Cicerone* ad Atticum, reuixiſſe videbantur, vnde *Autonomiam* illam vt plurimum *Anazarbus*, *Diocaeſarea*, *Capitolias*, *Corycus*, *Dora*, Moka, Samoſata, Seleucia, Tyana aliaeque in numis expreſſerunt. *Vaill*. Gr. p. 212 ſqq.

Idem vero *Autonomiae* ius quarundam vrbium in imperio Romano, ſeu propriis legibus, et *patrio magiſtratu* vti, interdum imminutum et ademtum, aut denuo etiam reſtitutum, quomodo *Rhodiis*, ob ciues Romanos in crucem actos, ademerat Claudius illud ius, Nerone vero deprecante iisdem idem Claudius poſtea reſtituit, quod firmat numus Neronis a *Spanh*. II. p. 585. prolatus, in quo hinc Solis, cui vrbs erat ſacra, radiatum caput cernitur; illinc Victoria alata d. coronam, ſ. palmam tenens, et inſcriptio ΕΛΕΥΘ. ΡΟΔΙΩΝ, *Liberorum Rhodiorum*, idque Neronis beneficio, quo libertas iis erat reſtituta. — Non omnes ciuitates eodem libertatis iure vſae pro foederis legibus aut earum in Romanos merito. — Cappadocibus conceſſum a Romanis iuxta *Strab*. L. XII. p. 815. *αὐτονομίας* ius, ab iis vero non admiſſum, nata quippe gens ad ſeruiendum.

AVTO.

AVTO. ſiue AVTOR, vt in aliis. SALVSTIVS AVTO. Caput nudum, in area F. vel monogramma.)(....TVS M...CO...NMONIMVS. Figura vt videtur ſcopulis inſidens. Contorn. *Cimel. Vind.* II. Tb. 7. fg. 1. n. 2. — SALVSTIVS AVTOR. Caput Saluſtii Criſpi raſa barba, poſt illud cordis figura eſt.)(Nulla ab altera parte inſcriptio, ſed Apollo in quadrigis, capite radiato d. lauream, ſ. globum; quadrigae ſunt aduerſae atque crocodilo inſiſtunt. Contorn. *Morell.* Fam. Saluſtia fg. 2. p. 372.) *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 3. p. 149.) *Guſſeme* VI. p. 83. n. 1. ſed SALLVSTIVS AVTOR.) *Vrſinus* p. 128. nec auerſae partis indicationem fecit eius commentator. — SALVSTIVS AVTOR. Eiuſdem hiſtoriographi caput, cui barba adfingitur, quam nequaquam illius temporis geſſerunt Romani; inde cenſet *Hauercampius*, temporibus Iuliani Imperatoris hoſce Saluſtii numos fuiſſe cuſos, quod ille Imp. barbam quoque aluerit, vnde ad Caeſaris ſui imitationem Saluſtii quoque faciem accommodarunt artifices. Ante faciem palmae ramus eſt.)(PETRONI PLACEAS. Tres muſici ſtantes, quorum prior tibiam tenere videtur, medius quid quaſi cicutam compactis fiſtulis, vel organi muſici genus habet, tertius ritu loquentis adſtat, et quaſi munera illa recipientis. Contorn. *Morell.* Fam. Saluſtia n. 1.) *Hauercamp.* Num. Contorn. fg. 5. p. 151.) *Froelich.* Not. Elem. Tb. 21. fg. 12. p. 240. ſed capite imberbi.) *Guſſeme* VI. p. 83. n. 2. ſed iterum SALLVSTIVS.) *Patin.* ad *Vrſin.*) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 14. fg. 1. ſed barba itidem raſa, diciturque numus Crotoniatarum, quem vero errorem ex *Erizzo* hauſtum indicauit *Mabudel* de numis contorniatis in Hiſt. des inſcr. et b. L. Tom. V. p. 287.

AVTOVA (*ſic*) in AV. Mauricii VIC VOAI AVTOVA. Crux globo inſidens. *Band.* II. 665. ex *Ducangio.*

AVTR. *Autronius* nomen. v. *Autronia g.*

AV. TR. in vexillo n. Alexandriae *Auguſtae Troadis* apud *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. P. I. p. 162. et in Muſ. Theup. 768. At falſo tribuitur hic Gallieni numus *Caeſareae* Palaeſtinae in *Cimel. Vind.* I. p. 124.

AVTRON. *Autronius*, gentis Autroniae, quae

Autronia gens conſularis, cognomine PAETI, qui dicebatur is, qui obliquatis oculis in altum reſpicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Primis vero temporibus Autronia gens ampla non videtur fuiſſe, cum nec praenomen ad diſtinctionem nominis, nec cognomen ad diuiſionem ſtirpis in denario connexis A. V. T. R. litteris, quae vocem *Autronius* indicant, vt recte *Vaillantius* ſentit, adſcribantur. Minus iuſte *Morellius* eundem ad gentem Semproniam retulit Fam. p. 380. Tb. I. Lit. D. — Poſtea autem cognomen PAETVS additur. — 1. PAETVS. Caput Iouis laureatum et barbatum.)(P. AVRON. L. F. *Publius Autronius, Lucii Filius.* Colonus velatus, d. tenens ſtiuam aratri, quod trahunt boues, ſ. flagrum. AR. *Golz.* Faſt. p. 171. ad an. 688.) *Guſſeme* I. p. 355. n. 1.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 10. fg. 1. p. 520.) *Vaill.* Fam. Autronia. — 2. Caput Iouis Capitolini barb. ac laur. alio poſitu, ante quod fulmen.)(AVTRON. P. F. PAETVS. M. CRASS*us* M. F. EX S. C. Sella curulis, ſupra quam duae coronae, vaſe anſato intermedio. AR. *Golz.* Faſt. p. 197. ad an. 720.) *Guſſeme* ib. n. 2.) *Morell.* ib. fg. 2. — 3. PAETVS PR. COS. *Proconſule.* Caput Romae galeatum.)(L. AVTRONIVS. Vir togatus in quadrigis triumphalibus, d. habenas tenet equorum, ſ. ſci-

ſ. ſcipionem eburneum. *AR. Golz.* Faſt. p. 203. ad an. 724.) *Erizzo* p. 243.) *Gusseme* ib. n. 3.) *Morell.* ib. fg. 3.

AVTRONIVS vid. *Autronia* g.

Autumnus deſignatur per puerulum d. leporem, ſ. calathum frugibus plenum geſtans in *AR.* Getae FELICIA TEMPORA inſcripto. *Vaill.* Pr. II. p. 258.

AVX. litterae quae difficulter explicari poſſunt. M. AIMIL. M. IVN. AVX. ex *Hauercampii* mente ad *Morell.* Theſ. Fam. p. 14. *Marco Aemilio* et *Marco Iunio* Duumuiris *Agris Veteranis Decimae* legionis diuidendis.

AVϤϤ. *Auguſtorum.* v. VICTORIA.

ΑΞ. Ἀξία πόλις. Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων, *Axia vrbs in Locris Ozolis.* vid. *Axia.*

A. X. *Augur, Decemuir.* C. CALDVS IMP. A. X. *Caius Caldus Imperator, Augur, Decemuir.* vid. *Coelia* g.

Axia gens vid. *Axſia.*

Axia in Italia. *Luc. Holſten.* Not. ad *Stephan.* p. 38. Aliis *Axus* vel *Oaxus* Cretae vrbs, quae ſignatur ΑΞ, ΑΞΙΩΝ, ϜΑΞΙΩΝ, ΟΑΞΙΩΝ, ꟷ ΑΞΙΩΝ cum eodem tripodis ſigno omnes. Ϝ et ꟷ litterae ante Α poſitae videntur *Liebio* Goth. Num. p. 163, pariter *Froelichio* Not. Elem. p. 77. et *Zaccariae* Iſtit. Num. p. 361. vario modo ſpiritum lenem denotare. Sed audiendus eſt *Kbell.* ad *Haym.* Th. Br. II. p. 182. obſ. 128. et *Beger.* Th. Br. I. p. 467. — 1. Caput imberbe laur., ad d.)(ϜΑΞΙΩΝ. Tripus. *AR.* 82¾ pond. *Dutens* diſſ. 3. p. 165 et 228.) M. *Hunter.* p. 65. n. 1.) *Gusseme* I. p. 355 n. 2. Axo Cretae tribuit. — 2. Caput barbatum et laur. ad d.)(ΑΞ. Tripus. Æ 2. M. *Hunter.* *Raſche Lex. Num.* Tb. 12. fg. 26. — 3. Caput idem.)(ϜΑΞΙΩΝ. Tripus, infra mon. [111] in area mon. [112] Æ 2. M. *Hunt.* ib. fg 27. — 4 Caput idem.)(ΑΞ. Fulmen alatum Æ 2. *Peller.* Tb. 14. fg. 8.) M. *Hunter.* p. 65. n 2.) *Eckhel.* Cat. I. p. 109. ſed Æ 2 et 3.) *Gusseme* I. p. 355. n. 1. ad Aaum Cretae refert.

AXILLA cognomen ab alae vitio.

ΑΞΙΩ v. *Axius.*

ΑΞΙΩΝ vid. *Axia* in Locris.

Axius ingens Macedoniae fluuius, pro Oronte dictus; nomina enim nonnulla vrbium ac fluuiorum Macedoniae in Aſiam tranſtulere Macedones. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 354. — In n. Alexandri Balae Apamenorum Syriae legitur ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΤΩ ΑΞΙΩ, *qui ad Axium. Vaill.* Hiſtor. Syriae p. 261.) *Froelich.* Annal. Syr. p. 65.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 24.

A. XL. et A. XLI. annos 40 et 41. ab vrbe condita ad coloniam deductam indicare, *Vrſinus* arbitratur.

ΑΞΟΣ nomen in Æ 2. Erythraeorum. Muſ. *Theup.* p. 1268.

ΑΞΡ. *annus* Seleucidarum 161. in n. Demetrii I. Syriae regis. — ΑΞΡ. Sidonis annus 161. ex eius computo ab aerae capite 643. incidit in annum V. C. 804. cuius autumno illa coepit.

ΑΞϹ *annus* 261. Aegaeenſium in Cilicia in n. Caracallae cum 707. epochae eorum principio coniunctus, efficit V. C. 967. in fine Maii, quo incipit. *Vaill.* Gr. p. 242. — ΑΞϹ *an.* 261. Mopſeatarum Ciliciae; ſi addideris initium aere 696, habebis A. V. C. 956, quo nuptiae Caracallae et Plautillae ſunt celebratae. *Vaill.* Gr. p. 279.

Axſia vel *Axia* gens plebeia fuit, quod vnus ex eadem, qui tribunatum plebis geſſit, oſtendit. Cognomen eius NASO *Appianus* agnoſcit, quod magnum naſum haberet huius nominis primus. — 1. NASO. Caput Romae, cuius galea non vt paſſim ala exornatur ad tempora, ſed palmae ramis. Vtraque Victoriae ſunt ſymbola et iſti deae paſſim adaptari ſolent. In area hinc S. C. inte IIII.)(L. AXSIVS L. F. Diana Venatrix inſiſtens bigis, quas cerui trahunt, adcurrente cane, et duobus aliis ſubſequentibus. In ora numi itidem notae IIII numerales. AR. *Morell.* Fam. Axſia p. 42. Lit. A.) *Vaill.* Fam. p. 171. qui vero caput galeatum pro Mercurii capite pileato accipit et multus eſt in deſcriptioni feſti Mercurii, quod IV. iduum Maii die celebrabatur, ex male lecto atque intellecto *Ouidii* L. V. Faſtor. vſ. 677. loco. — 2 ad 5. Omnes inter ſe ſunt ſimiles, ſed differunt notis numeralibus VI. X. XVI. XVIIII. XXV. *Morell.* ib. Litt. B. C. D. E.) *Guſſeme* I. p. 356. ſed VT. — 6. Caput Iouis barb. et laur.)(Figura militaris galeata et ſuccincta ſt. d. ſcipionem, ſ. haſtam tenens, ad pedes clipeus poſitus eſt, adſcribitur NASO. Æ. *Morell.* ib. fg. 2. p. 43. — 7. Caput Iani bifrontis barbatum et laur.)(NASO in corona laurea. Æ. *Guſſeme* I. 356. n. 2.) *Morell.* ib. fg. 3.) *Paruta.* Sicil. Tb. 115. ſed perperam inter Naxi numos.

AXSIVS antiqua ſcribendi ratione pro *Axius.* v. *Axia* g. quemadmodum eodem ſcribendi more MAXSVMVS pro *Maximus*, ALEXSANDRIA pro Alexandria et ſimilia in numis paſſim occurrunt; in libris vero editis legitur tantum *Axius*, omiſſo S poſt X. vid. XS.

— ΑΝΤΙ. Ἀντιπάτρου, *Regis Antipatri*, Caſſandri filii.

— ℞. Ἀριδάιου, *Aridaei*, Macedoniae, forte. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 2. n. 1. p. 14.

— ΔΗ. Δημητρίου, *Regis Demetrii* II. Nicatoris Syriae.

— ΕΥ. *Eupatoris*, Boſpori Cimmerii Regis. *Froelich.* Not. Elem. 166. qui vero *Eumeni* Pergameno olim in Animadu. p. 81. Numum ita inſcriptum tribuerat.) *Eckhel.* Cat. I. 175.

— ΓΕΛΩΝΟΣ, *Regis Gelonis* Syracuſani. Muſ. *Theup.* p. 1223.

— Κ. Κότυος, *Regis Cotyos* I. Boſpori Cimmerii. *Kbell.* Suppl. p. 24.) *Vaill.* Pr. II. p. 61.

— ΠΕΡ. Περσέως, *Regis Perſei* Macedoniae.

— ΦΙ. Φιλίππου. *Regis Philippi* Macedoniae, et Syriae. *Geſner.* Tb. 1. n. 19.) *Golz.* Graecia Tb. 30. n. 1.) *Haym.* Th. Br. II. p. 14. obſ. 8.) *Muſell.* Reg. Tb. 1. n. 6.) Muſ. *Theup.* 1218. 1219.

— Ρ. ΑΛΤ. Βασιλέως Ροιμητάλκου αλτ. *Regis Phoemetalcis* Boſpori Cimmerii, *Anno* 331.

— in *AV.* Baſilii: BASILE CONSTANTI. BA. Muſ. *Theup.* p. 379.

— in *AV.* Conſtantini et Romani: CONSTANT. CE. ROMAN. AVGG. BA. Muſ. *Theup.* p. 380.

BA. Βάσσου, *Baſſi* magiſtratus cognomen. ΕΠΙ ΠΟΜΠΩΝΙΟΥ ΒΑ. *Sub Pomponio Baſſo.*

BA. ſeu integre ΒΑΤΤΟΣ, *Battus*, nomen regis Cyrenarum, in eius arg. numo apud *Spanh.* I. p. 298. — Quid ſi Β. Α. Βασιλέως Ἀλεξάνδρου, *Regis Alexandri*, legeretur? Caput in eo muliebre eſt, vt videtur, ornatum corona quaſi radiata.)(Muliebre caput turritum et ΝΙ incertum. AR 3. *Cim. Vind.* P. I. p. 39.) *Guſſeme* II. p. 422. — *Al.* ſimilis cum Β Α. et capite nudo.)(Caput muliebre et ΓΝ. AR 3. *Cim. Vind.* ibid.

BA in area n. Apameae Syriae; *it.* Antiochiae Syriae.

BA ſubſignatae litterae in n. Taciti.

Β. Α. Βασιλέως Ἀλεξάνδρου, *Regis Alexandri* M. Macedonum. *Eckhel.* Cat. I. n. 95 ad 100.) *Froelich.* Annal. Syriae Tb. I. n. 9.) *Golz.* Graecia Tb. 33. n. 5.) Muſ. *Theup.* 1219.

— Βασιλέως Ἀντιγόνου, *Regis Antigoni* II. Macedoniae.

BÀ. *Bracara Auguſta* Luſitaniae.

Β. Α. ΑΓΡΙ. — ΑΓΡΙΠ. etc. *Regis Agrippae.* vid. *Agrippa.*

— ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, *Regis Alexandri* M. *Wilde* Sel. Num. Tb. 3. n. 16.

Baal-Tarz, ſeu *Baal Tars*, id eſt, *Iupiter Tarſenſis* legitur litteris Phoeniciis, quas *Swintonius* in Tranſ. Philoſoph. Tom. LVII. P. II. p. 266 ſqq. item *Dutenſius* dans ſon Explication de Méd. Gr. et Phen. p. 25 et 126, aliique uno ore ita interpretantur. Conf. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 53.

BA. ΑΝΤΙ. Βασιλέως Ἀντιπάτρου, *Regis Antipatri.* vid. *Antipater* Caſſandri filius.

BA. ΑΡ. litteris nexis, Βασιλέως Ἀριδαίου, *Regis Aridaei.* v. *Aridaeus.*

Babalatus apud *Vopiſcum* in Aureliano, idem quod *Vabalatus*. *Oiſel.* Sel. Num. p. 48.

Babba colonia Mauretaniae Tingitanae ad Garguam amnem ſita, colonia a Iul. Caeſare conſtituta vt indicat *Iuliae* nomen. *Plin.* L. V. c. 1. Etiam *Campeſtris* adpellata eſt. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 936. — Notulas C. I. B. D. D. in numis Augusti, Claudii, Neronis ſignatos legunt *Vaillantius* Col. I. p. 105.) *Mdb.* p. 85.) *Hauercamp.* ad *Morell.* Theſ. Impp.) *Bimard.* ad *Iobert.* II. p. 229. 230. *Colonia Iulia Babba*, *Decreto Decurionum.* Et vt in alio eſt C. C. I. B. D. D. *Colonia Campeſtris Iulia Babba Decreto Decurionum.* Vnus Veſpaſiani plenius inſcriptum exhibet: COL. IVL. AVG. BABBA, qui ſi in *Golzii* Theſauro genuinus eſt, etiam priorum notularum expoſitionem confirmat. Plurimos Claudio, a quo beneficium quoddam accepiſſe videtur, numos conſecrauit; Neroni et Galbae ſuos etiam dedicavit.

a) *Augusto.* C. I. B. D. D. *Cellar.* l. c.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 31.

b) *Claudio.* 1. TI. CLAVD. CAESAR AVG. GER. Caput Claudii laur.)(C. C. I. B. D. D. PVBL. Mulier ſt. d. pateram, ſ. c. c. Æ 2. Rrr. *Eckbel.* Num. Vet. p. 307. 308. Cum hac auerſa nullus alius adhuc compertus. — 2. TI. CLAVD. CAESAR AVG. Caput huius laur.)(C. C. I. B. D. D. PVBL. intra coronam querneam. Æ 2. R. *Guſſeme* I. p. 358.) *Patin.* Impp. p. 100.) *Vaill.* Col. I. p. 154.) *Harduin.* Oper. p. 31.) *Morell.* in Claudio Tb. 6. fg. 21. p. 28. — 3. TI. CLA. GER. CAES. Idem caput laur.)(C. C. I. B. D. D. Palma arbor. Æ 3. R. *Guſſ.* ib. n. 2.) *Patin.* ib.) *Vaill.* ib. — 4. *Al.* ſed taurus in flumine natans. Æ 3. Rrr. *Guſſ.* ib.) *Vaill.* ib.

c) *Neroni.* 1. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. Caput radiatum, ſuper quo incuſum N. O.)(EX CONS D. C. C. I. B. Pons tribus fornicibus conſtans. Æ 2. Rr. *Eckbel.* Cat. I. p. 286. — 2. *Alius* cum eodem ſigno incuſo, ſed inuerſo. Æ 2. Rr. *Eckhel.* ib. — 3. *Alius*, ſed Bos ſtans. Æ 2. R. *Guſſ.* ib. n. 5.) *Patin.* ib.) *Vaill.* Col. I. p. 168 cuius explicatio EX CONS*enſu* D*ecurionum*, confirmatur ex Galbae numo EX CONS. DEC. inſcripto. Alii vt *Patin.* p. 115. minus recte E*x* C*onſenſu* C*oloniae* CIB*yritanae* D*ecuriones*, vel E*x* C*onſenſu* C*iuitatum* C*ampaniae* D*uarum.* conf. *Iobert.* II. p. 229. — 4. NERO CLAVDIVS CAESAR. Caput eius nudum.)(C. C. I. B. EX CONS. D. Caput barbatum, ante ſerpens erectus. Æ 3. R. *Guſſ.* n. 3.) *Morell.* in Nerone Tb. 16. fg. 21.) *Seguin.* Sel. Num.) *Vaill.* Col. I. 167. — 5. *Al.* ſed ſine ſerpente. *Morell.* ib. fg. 22. — 6. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. Idem caput nudum.)(*Ead. epigr.* Pons cum tribus fornicibus. Æ 3. Rrr.) *Beger.* Th. Br.) *Guſſ.* n. 4.) *Harduin.* Oper. p. 32.) *Triſtan.* Comm. I. p. 216.) *Vaill.* Col. I. 168.) *Morell.* in Nerone Tb. 11. fg. 25. p. 110. — 7. *Al.* ſed Victoria cum palma et corona. *Morell.* ib. Tb. 12. n. 1. — 8. *Al.* ſed palma arbor. *Morell.* ib. fg. 2.

d) *Galbae.* IMP. GALBA CAESAR. Caput Galbae.)(C. C. I. B. EX CONS. DEC. Victoria gradiens, d. lauream, ſ. palmae ramum. Æ 3. Rrr. *Guſſeme* n. 6.) *Vaill.* ib.

e) *Veſpaſiano.* cum inſcr. COL. IVL. AVG. BABBA. *Golz.* Theſ. p. 239.) *Guſſ.* I. p. 359.) *Harduin.* Oper. p. 32.

Babylon Chaldaicarum gentium caput diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Meſopotamiae Aſſyriaeque

que Babylonia adpellata eſt, ſexaginta millia paſſuum amplexa, muris ducenos pedes altis, quinquagenis latis, in ſingulos pedes ternis digitis menſura ampliore quam noſtra, interfluo Euphrate, mirabili opere vtroque, *Plinio* teſte; at referente *Pauſania* Babylon iam nihil praeter muros habet reliquum. Eadem vero vrbs Meſopotamiae a Sept. Seuero recuperata eſt. — Traianum *Babylone* moratum, cum ad Parthicam expeditionem proceſſit, teſtis eſt cum *Dione* numus Æ. in quo: IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Caput Traiani.)(BABYLONIA. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Structura e lapide quadrato cum duabus portis et pyramidibus, in circularem formam. *Guſſeme* I. p. 360.) *Mdb.* 162. — Exſtat inter recentiores aureus numus, cuius prior pagina vultum regis Galliae Ludouici XII. exhibet, capite cincto corona e liliis Franciciis cum hac epigraphe: LVDO. FRAN. REGNIQ. NEAP. R.)(Inſignia regni Franciae, quae ſunt tria lilia, ſuperpoſita corona pro more illius aeui aperta. Alluſio eſt ad locum *Ieſaiae* c. XIV. vſ. 22. vbi de Chaldaica Babylone dicitur: PERDAM BABYLONIS NOMEN, quae verba in poſtica parte leguntur, cruce praefixa. Numi illius iconem primus exhibuit *Petauius* et poſt eam *le Blanc* in libro inſcripto Gallice: Monnoies de France; porro *Harduin.* in Auctuario Diarii Eruditorum, impreſſo Pariſiis 1707. cuius excepta in eiuſdem Oper. Sel. p. 905. 906. — Exiſtimauit iam *Thuanus*, comminatum eſſe hoc dicto regem Ludouicum XII. ſe deleturum eſſe vrbem Romam, quoniam eſſet ei cum ſummo Pontifice Iulio II. ſimultas maxima, probroſoque *Babylonis* nomine eundem ipſum Romam deſignaſſe. *Harduinus* vero more ſuo a Babylone Romana ad Aegyptiam nos ablegauit, cuius vero ſententiam confutare ſunt adgreſſi *Conr. Dietr. Koch* Strictur. Theol. in *Io. Harduin.* Opera Sel. p. 26. pariter eundem refellit *Chriſtian. Schlegel.* nec minus *Salom. Deyling* Obſeru. Sacr. P. III. Obſ. L. p. 399 ſqq. fuſius vero *Chriſtian Sigiſmund Liebe* in Prodromo reformationis pia memoria recolendae ſiue numi Lud. XII. Regis Gallorum epigraphe: PERDAM BABYLONIS NOMEN etc. Lipſiae 1717.

Baccha ſiue Bacchantium vna in Syracuſio numo a *Neumanno* Pop. *Num.* I. Tb. 2. n. 7. promulgata. Produnt Baccham ſatis liquido ſublime caput, volitantes defluique ad humeros capilli et peplum ob feſtinatum greſſum vento ſinuatum: Solent alias *Bacchantes* in gemmis, picturis et anaglyphis marmoribus impetu longe vehementiore, ore multum hiante, reiecto capite, omniumque membrorum iactatione violenta decurrere. At Syracuſarum modeſtius furit. Viam quidem vrget, vt defluentes comae, peplumque ſinuatum indicant, neque tamen furibunda iactatur. Atque hoc ipſum eſt, quod nobile Syracuſani artificis ingenium, vt perelegans numi fabrica ſummam in arte peritiam, praeclare commendat. Faſciae, quas Baccha gerit, ad diadema forte adludunt, quod Bacchum inueniſſe fabulae narrant. — *Bacchae caput*, hedera coronatum, quod haec planta ebrietatem vini prohibeat, in numis Aegienſium, Bithynenſium, Iulienſium Laodicenorum, Nicaeenſium etc. Bacchi cultum indicat. *Guſſeme* I. 360.

Bacchantes ſerpentibus coronati, v. *Serpens.* — Figura Bacchantis, ad eius pedes ciſta ſemiaperta, ex qua prodit ſerpens. n. Ancyrae Galatiae in Caracalla. *Froelich.* Adp. II. nouis p. 88.

Bacchica Ciſta. v. *Ciſta Bacchica.*

BACCHIO IIVIR. vid. *Celſa* Hiſpaniae.

BACCHIVS IVDAEVS, Arabiae regulus, ſupplex genuflexus, d. ramum oliuae pro pacis impetrandae ſigno, ſ. capiſtro tenet camelum, Arabiae ſymbolum. g. Plautia. — Bacchius hic *Iudaeus* ex iis fuit, qui regem Aretam contra Hieroſolymam euocarunt, quique victo, a Scauro, Areta et ipſe a Plautio, Cn. Pompeii in Aſia legato, fuit ſuperatus. cf. *Galland.* Epiſt. ad *Morell.*) *Spanh.* II. p. 226.) *Froelich.* Notit. Elem. p. 201.) *Hantbal.* Exercit. III Tb. 5. fg. 10.) Muſ. *Pembrock.* III. Tb. 7. fg. 15. etc.

Bacchus alio nomine dicitur *Dionyſus*, item *Liber Pater* ac *Lyaeus*, quaſi lenitatem praeſtet. Nyſae eſt educatus, vnde dictus eſt *Dionyſus* διὸς καὶ Νύσα. vt innuit Sabinae numus, in quo Bacchus ſt. c. epigr. ΝΙΣΑΙΩΝ ΔΙΟΝΥΣΟΣ. Eius apud Nyſas Cariae et apud Coryciotas Ciliciae cultus certaminibus Proſerpinae dicatis ΘΕΟΓΑΜΙΑ, in n. Valeriani aer. max. — In philoſophicis diſciplinis a Sileno inſtitutus, in Orientem peregrinatus eſt, Phoeniciam perluſtrauit, ibi de Beroe nympha cum Neptuno aemulus; quae huic magis, quam Neptuno gratior. Arabiae deſerta perluſtrauit, in Indiam vſque penetrauit, vitem ex ea adportauit, redux coluit, eiuſque plantandae rationem docuit. Pro vino bibendo cornu pro poculo viſus eſt; Herculi Tyrio craterem dedit, alterum pro ludorum praemio propoſuit. — Omni forma pueri, iuuenis ac ſenis, viri ac feminae proponitur, quod vinum omne genus hominum in laetitiam ſoluat, animoque a curis libero reddat. Denotatur imberbis plerumque, corona pampinea vel hederacea, manibus fert thyrſum, ſiue haſtam cuius pilum foliis tegitur; aut cantharum, aut botrum; vehitur tigride et pantheriſco currui iunctis, aut tale animae eidem adſtat; interdum praecedit Silenus, eius nutritius aſino vectus, vtrem dorſo geſtans. — Saepe praeterea igne ſignatur aut ſtella, quod Iouis ac Semelae filius inter ignes conceptus fuerit, ipſoque pro Sole ſumatur. *Plüche* hiſtor. coeli L. I. c. 1. §. 5. Bacchi fabulae occaſionem et antiquiſſimam originem diſquiſiuit, *Patinus*, *Spanhemius*, *Liebe*, aliique, prae omnibus *Montfoconius* ingentem de Baccho numorum copiam ſuppeditarunt. — *Corona hederacea* Libero Patri dedicatur, vt qui potum inuenit, malis inde naſcentibus ſuccurrat; hedera enim ex ebrietate capitis dolorem ſanare creditur. *Claudian.* L. I. R. P. 17. — Cuius caput corona hederacea cinctum, ſupra humerum laeuum thyrſus, n. Caſſiae g. Aſiani M. Antonium colentes vt alterum Bacchum, circumdant eius numum corona hederacea. Corona etiam *laurea* tectus ornatuſque conſpicitur Bacchus, vt *Tertullian.* in libro de corona militis recenſet, Liberum principem coronae laureae a vulgo agnoſci. *Diademate* quoque in capite cinctus et a tergo botrus, in n. Agrigenti Siciliae, vbi Bacchus tali forma perſpicuus, qualem expreſſit, qui cecinit, Anthol. vet. Lat. poet. T. I. p. 688.

Dum dubitat natura, marem faceretne puellam,
Factus es, o pulcer! paene puella puer.

Racemus enim in area, et diadema in capite Bacchum indicant, ſiquidem Bacchus diadema, regum inſigne inuenit. *Plin.* L. VII. c. 57. Eiuſdem Bacchi triumphus in n. Iuliae Seueri deſcriptus a Seguin. Sel. Num. p. 157. — *Iuuenis* depingitur et perpetua huic deo iuuentus, vt Apollini adſcribitur, propterea ſemper imberbis a poetis fingitur et Bacchus et Apollo quibuſdam vnus et idem. Inequitat *pantheram*, quod ei ſacra ſit et vino gaudeat. *Thyrſum* pro ſymbolo et armis gerit, vnde thyrſiger apud Senecam dicitur. — Permutatus Bacchus cum Pallade, vid. ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ —

Bacchus cum Cerere capite iugato. g. Cornelia. — Cum Liberaliorum feſtorum attributis Bacchus in denario 'Blaſionis expreſſus; Martem enim ac Liberum vnum eundemque eſſe deum narrat *Macrobius* Saturn. L. I. c. 19. vnde Romani vtrumque Patris adpellatione venerantur, alterum Liberum Patrem, alterum Marſpitrem, id eſt, Martem Patrem cognominantes. A Gallieno inter maiores deos veneratus eſt Bacchus in n. cum epigr. LIBERO P. CONS. AVG. *Libero Patri Conſeruatori Auguſti.* *Arſchot.* an. T. 60. n. 23.) *Angelon.* p. 267. n. 11.) *Oiſel.* T. 44. n. 44. n. 2. p. 231.) *Ant. Auguſt.* dial, ed. Ital. p. 170.) *Vaill.* Pr. II. p. 363.

Baccho *vaſa* plurima ab antiquis conſecrata ſunt, cantharus, carcheſium, cotylus, crater et ſcyphus. *Burmann,* ad *Dorvill.* Sic p. 408 ſq. *Cantharus* auribus vtrimque vſque ad collum demiſſis, quo Bacchum vſum fuiſſe narrant. Hocce vas in n. Antiochi Dionyſi, Syriae regis, in eius et alterius Bacchi honorem ſignatur; *Carcheſium* auribus vtrimque ad fundum vſque deſcendentibus; *Cotylus* vna tantum parte auritus; *Crater* vas amplum plurimarum amphorarum capax; *Scyphus* valde latus, latioreque fundo, Herculi potius, quam Baccho ſacer.

Bacchus in plurimis coloniis cultus, e. c. Aeliae Capitolinae, Beryti, Corinthi, Damaſci, Deulti, Olbae, Sidonis etc. — Seminudus ſt. ad columnam d. thyrſum gerens, cum litteris ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Hadrianopolitarum* Thraciae, n. aer. Commodi. — *Beryti* Bacchus ſumma cultus veneratione, quam vrbem *Nonnus* Dionyſ. 41. adpellat Βάκχου τέρπνον ἕδεθλον, *Bacchi iucundum fundamentum.* Ille in Berytenſium numis modo nudus ſtans, d. vuae racemum, ob vites, quas in agro Berytio poſuit, ſ. thyrſum; vel nudus ſt. inter duos palmites, d. coronam ſibi imponit, tanquam vini inuentor, propterea ipſi adſtant pampini; modo ſeminudus cum ſtrophio d. cornucopiae, vt vrbis genius. Pro pedibus *panthera*, vel pantherae inſidet, quia *Oppianus* de venat. L. IV. pantheras Bacchi nutrices fuiſſe tradit. Quae panthera, teſte *Philoſtrato* L. Icon. in Tyrrheniis et Ariadne, pro ſymbolo eius adiecta, quod aſperrimi mores temperato vini vſu manſueſcant, ſecundum *Phornutum.* Symbolum certe eius eſſe, confirmat *Lampridius* de Elagabalo ſcribens: „iunxit ſibi tigres, Liberum ſeſe vocans. — Bacchus ſtans d. haſtam puram ſ. cantharum vel botrum, ad pedes panthera, n. aer. Seueri a *Callatianis* in Moeſia cuſus, vberem vini prouentum ſignificans. — Bacchi caput pampinis ornatum, n. *Corcyraeorum* Ioniae. Bacchici cultus teſtes et numi ſunt et tabula celebris in diario Italico *Montfoconii* edita atque a Quirino Primord. Corc. p. 177. reſtituta, quae Ariſtomenen quemdam tradit argenti Corinthii minas ſexaginta et Pſyllam totidem donaſſe Corcyraeis pro mercede hiſtrionum Bacchi ad Dionyſiaca celebranda. Templo etiam a Corcyraeis honoratum fuiſſe Bacchum *Thucydides* refert. — Bacchus thyrſum intorquens tigride vel pantheriſco vehitur, n. aer. *Corcyrae Nigrae.* — *Corinthii* Bacchum venerantes, in numis eius ſimulacrum, cum poculo, thyrſo et panthera repraeſentant. — Bacchus ſuper cippum poſitus; dextra laeuaque vitis palmitem ſeu ramum in n. *Damaſci*, illi cultum apud Damaſcenos arguit; ille enim in eorum territorio vineta plantauerat. — Bacchi ſimulacrum, poculum, thyrſus ac panthera ab vrbe Thraciae *Deultum* cuſus, forte ob vitium in illius agro abundantiam; Athenaeus enim Thraciam ob vinum celebratam narrat. — Bacchus in n. *Meſambrianorum* ſedens, veſte talari indutus et barbatus, ac faſtigiata mitra caput tectus, d. cantharum gerit, ſ. thyrſum ornatum.

Mirus hic Bacchi ornatus vix alibi quoad omnia deprehenditur. Simillimam Bacchi effigiem *Bonarottius* e gemma Carpegniana expoſuit, in qua tamen mitra talis non habetur. *Barbatum* quidem Bacchum Naxiorum et Catanenſium numiſmata oſtendunt, aſt haud ita aliis inſtructum ornamentis. *Macrob.* Saturnal. L. I. „Liberi Patris ſimulacra partim puerili aetate, partim iuuenili fingebant, praeterea barbata, ſenili quoque.“ Veſtis prolixior Baccho adſcribitur a *Pauſania* L. V. „Indutus eſt veſte talari.“ Canthari ac thyrſi meminit *Sil. Ital.* L. VII. „Cantharus et thyrſus dextra laeuaque feruntur.“ — *Metapontini* Bacchum et imberbem et barbatum in aere ſignarunt. — Cultus etiam fuit Bacchus a *Lydis*, de quibus triumphaſſe auctor eſt *Lucian.* Dial. Iou. et Iun. Tom. I. n. 18. — In n. *Nicopolitarum ad Iſtrum* Bacchus ſtans, caput cincinnis et corona ornatus, d. cantharum, ſ. thyrſum gerit, pedes cothurnis cincti, cetera nudus. — Bacchi ſimulacrum cum poculo, thyrſo et panthera repraeſentant numi Coloniae *Olbanorum* Pamphyliae, ſui cultum Olbae indicans, forſan quod vites in illius agro eſſent fecundiſſimae. — *Orientis* populi Bacchum maxime ob peregrinationes in Indiam ſunt venerati. — Bacchus vt Orientis victor, Traiano Decio ſacrificanti coronam porrigit. cf. *Vaill.* Sel. Num. de Camps p. 102. — In n. *Philippopolitanorum* Bacchus cum pardo et vua vinorum abundantiam denotat. — Bacchum peculiari cultu *Phryges* venerabantur, qui e Thracia orti cultum iſtiuſmodi in Aſiam detulerunt, vt pluribus docet *Strabo.* — In n. *Samiorum* Bacchus bellatoris et herois ornatu, ſtrophio ſupra crapulas volitante, Amazonem humi proſtratam, capillis ſiniſtra arreptis erigit, quam pugione confoſſurus eſt. n. Gallieni. *Vaill.* de Camps p. 114. — Nudus, coronatus tamen vehitur in n. *Sauatrenſium* Bacchus curru, quem trahunt trigris vel pantheriſcus et caper; capro nanus vetulus inſidet, forte Silenus, nudus, praeterquam amiculo in humeros reiecto tectus, qui tibias binas ori admouet; ad currus ſiniſtrum latus citharoedus adſtat. Bacchum tigribus vectum eſſe, cum victor ex Indiis rediret, quis poetarum non cecinit? Caper Baccho ſacer eſt, quod is, Iouis iuſſu, teſte *Apollodoro*, formam caprinam induerit; tum quod caprini generis animalia Baccho immolarentur, quia vitibus morſu noxia. Cythara ſeu lyra ad Bacchi chorum pertinet, vt et tibiae ad Bacchantium harmoniam. — In plurimis *Syriae* et *Phoeniciae* vrbibus cultus eſt Bacchus ob eius in Orientem expeditiones, e. c. in n. *Aeliae Capitolinae* ſtans, d. poculum, ſ. thyrſum, ad pedes panthera. Idem typus in *Sidoniorum* numis. Quantus enim apud Syros, eorumque reges, fuerit Bacchi cultus, teſtes ſunt Machabaeorum libri, in quibus Iudaei, dum Hieroſolymae ſub Antiocho IV. Liberi ſacra celebrarentur, hedera coronati Baccho circuire cogebantur. In Alexandri II. Antiochi Philopatoris et Antiochi Dionyſi, Syriae regum numis, Bacchus ſtans, d. cotylum, ſ. thyrſum. Damaſceni adpellationem ΔΙΟΝΥΣΟΥ tanquam cognomen Antiochi XII. in eius numis, ipſiuſque Bacchi effigiem cum cotylo et thyrſo conſignarunt. — Bacchi cultum in *Thracia* floruiſſe credibile eſt, tum ob vini generoſi prouentum, tum ob id, quod refert *Apollodor.* L. III. „Bacchus, peragrata Thracia atque India omni, ſtatutis illic columnis, venit Thebas. Hinc Bacchus eiuſque racemus in numis Thraciae vrbium frequens, quia tota Thracia vini ferax. Sic in Hadrianopolitanorum numis Bacchus nudus ſtans, d. botrum, ſ. thyrſum. Et per Thraciam et Macedoniam Bacchi ſacra multo furore peragebantur, vnde perſonam ſeu laruam in aere Nea-

polis

polis conſpicuam *Neumannus* Pop. Num. I. p. 147. refert ad Bacchi ſacra. vid. *Orgia*. — In n. *Teiorum* Bacchus ſt. cum cantharo et thyrſo. cf. *Morell.* Specim. II. T. 47. n. 16. — Idem typus frequens in *Tomorum* numis. — Baccho ſerpens variis titulis adſignatur, vid. *Serpens*.

Bacchus ab *Horatio* Carmin. L. II. oda 19. decantatus, paraphraſtica tranſlatione cum *Iehouah* comparatur a *William Stuckeley* in Palaeographia ſacra, or Diſcourſes on monuments of antiquity that relate to ſacred hiſtory. Number I. London 1736. vbi in fronte libri numus eſt editus hinc cum capite Bacchi iuuenili corona pampinea ornato, illinc Bacchus ſt. nudus d. vuam, ſ. baculum et Leonis exuuias c. ep. ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, *Dionyſi Seruatoris Maronitarum*. Idem numus occurrit p. 62, vbi vero additum eſt in area mon. [27]

Bacchus ſt. d. botrum, ſiue vuae racemum n. Zacynthi. — d. botrum, ſ. clauam et exuuias leonis. n. Maeoniae. — ſed ſ. haſtam. n. Nicopolis. — ſed ſ. thyrſum. n. Hadrianopolis, Marcianopolis, Maroneae, Nicaeae, Nicopolis Moeſiae, Sebennys, Teni, Zacynthi. — iiſdem cum attributis, ſed ad pedes panthera. n. Aeliae Capitolinae, Beryti, Hadrianopolis, Hyrcanorum, Nicopolis Moeſiae, Nyſae, Pruſiae ad Hypium, Tarſi. — et ad pedes tigris iacens. n. Briulae. — ſt. in templo octo columnar. d. racemum, ſ. thyrſum. n. Synnadae. — ſt. d. racemum praegrandem, ſ. ſtrophium. n. Pruſiae. — ſt. d. botrum, ſ. ſtrophium, et duas ſagittas. n. Maroneae. — ſt. d. racemum, ſ. brachio columnae innixo. n. Zacynthi — et pro pedibus tigris. n. Tharſi. — ſt. d. racemum, ſ. c. c. n. Oſet Hiſpaniae Baeticae. — ſt. d. botrum porrigit adſtanti pantheriſco, ſ. haſtam. n. Apameae Bithyniae. — ſt. d. elata, ſ. botrum pantheriſco porrigit. n. Coryci. — cornucopiae inſidens, d. racemum. n. Nyſae.

Bacchus ſt. d. cantharum, vel poculum, ſemper potui et ſibi et aliis paratum, aut craterem, ſ. thyrſum. n. Cypariſſae, Hadrianopolis, Heracleae Ponti, Laodiceae Cariae, Lebedi, Leſbi, Mytilenes, Naxi, Nicomediae, Nicopolis ad Iſtrum Moeſiae, Nyſae, Pautaliae, Pergami, Perinthi, Philippopolis Thraciae, Phoeniciae prouinciae, Pompeiopolis Paphlagoniae, Priapi, Sicyonis, Smyrnae, Tarſi, Teiorum, Thyatirae, Tianorum, Topiri; item Syriae regum Alexandri II. Zebinae, Antiochi VI. et Dionyſi.

— ſt. iiſdem cum attributis, et ad pedes panthera vel tigris. n. Abonotich. Paphlagoniae, Acmoniae, Alexandriae ad Iſſum, Alienorum, Ambladae Piſidiae, Anemurii, Ataliae, Bagae, Cadorum, Caeſareae Bithyniae, Corinthi, Coryci, Cretae, Dardaniae, Deulti, Gordenorum, Heracleae Ponti, Hyrcanorum, Magneſiae ad Maeandrum, Maroneae, Methymnae, Midaei, Mytilenes, Nicaeae, Nyſae, Olbae, Perinthi, Perperenae, Phenei, Philippopolis Thraciae, Rhodi, Saittenorum, Sardium, Scepſis, Sicyonis, Sidonis, Tarſi, Teiorum; Thyatirae, Tianorum, Tomitarum, Traianopolis, Trallium; item coloniae Iuliae Valentiae; porro Antonini Pii et Seueri.

— — ſed praeterea ante Bacchum tripus, ſupra quem vrna, caduceus, palma et ſpica. n. Coryci.

— — iiſdem cum attributis ſt. in bigis pantherarum. n. Nicaeae.

— — ſed in quadrigis elephantorum ſtans. n. Nicaeae.

— ſt. d. cantharum, inter ſatyros et Silenum, ad quorum pedes mulier in rupibus. n. Perinthi.

Bacchus

ASHMOLEAN OXFORD

pantherae inequitans. n. Tianorum, Trallianorum.

Baccbus nudus ſupra delphinum, d. racemum, ſ. thyrſum. n. Tarenti

— *in bigis* tigridum, aut panthera vectus, aut ad pedes pantheriſcus, aut ad iacentem pro pedibus pantheram ſcyphum effundens ideo in antiquis numis crebro conſpicitur, quod vino ſcilicet eadem animalia delectentur, immo iuxta *Oppianum* non ferae, ſed vinoſae mulieres fuerint, quae in pantheras conuerſae.

— in curru, quem trahit par tigridum aut pantherarum. n. Seleuciae ad Calycadnum. — cum thyrſo n. Cotiaei, et Coſconiae g. — d. poculum, ſ. thyrſum. n. Aegarum Ciliciae, Ancyrae Galatiae, Cataneae, Cotiaei, Cyzici, Maeoniae, Nicaeae, Seleuciae Ciliciae. — et praeit ruſticus cum calatho. n. Cyzici. — ſed mulier vitem vtraque tenet ad eius latera. n. Maeoniae. — cum thyrſo in curru ſublimi duarum pantherarum, pompa varia currum ornat, ante Victoria cum corona, Silenus et ſatyri, infra figura ſedens cum duobus captiuis. n. Traiani. *Mdb.* p. 151. 164. cum Ariadne, cui ſiniſtra adblanditur; Cupido per aera volitans taedam gerit. n. Maeoniae. — ſed ſ. haſtam, currui a pantheris tracto inſidet. n. Cataneae — ſed cum thyrſo in curru duorum centaurorum. n. Aureliopolis, et Domitiani. — Bacchus et Silenus in curru, quem trahit panthera, ante ſatyrus. n. Antinoi. — ſed currus a panthera et capra ductus, adſidente Cupidine ac praeeunte ſatyro cum femina tympanum pulſante. n. Laodiceae. Muſ. *Alb.* I. Tb. 56. fg. 1. p. 113.) *Triſtan.* II. p. 622.

— in *quadrigis* elephantorum cum cantharo et thyrſo. n. Nicaeae.

— cum poculo et *Aeſculapius* cum baculo. n. Thyatirae.

Baccbus et *Apollo* in curru a panthera et capra tracto. n. Hadriani.

— et *Ariadne* ſedentes ſeſe amplectuntur. n. Nicaeae, et Fauſtinae Iun. — vehiculo inſidentes cum biiugibus centauris, mare et femina. n. Iuliae Seueri. *Beger.* Th. Br.) *Seguin.* Sel. Num. p. 157.) *Spanb.* I. 280. — et Cupido ante eos graditur, alter volitat. n. Nicaeae. — in curru duarum pantherarum. n. Maeoniae. — Bacchus nudus d. Ariadnen nudam tenens, ſ. thyrſum ſt. in curru a panthera vecto, praeeunte ſatyro. Æ max. Anton. Pii. *Cim. Vind.* II. Tb. 31. fg. 1. p. 7.) *Vaill.* Pr. III. 124. — ſtantes in vehiculo a duabus pantheris tracto, currui retro inſiſtit parua figura tibias inflans, praecedente ſatyro ſenili cum ſcipione. n. Attaliae Lydiae.

— *Diana Ephesia*. et *Hercules.* n. Chiorum et Smyrnaeor. Concord.

— et *genius* vrbis capite turrito d. haſtam. n. Leſbi, Mytilenes, Nicaeae.

— et *Hercules* ſtantes cum attributis. n. Perinthi, Sardium; item Sept. Seueri. *Vaill.* Pr. I. p. 112. 113. Caracallae *ib.* p. 123. Getae. p. 129. — ſed *Diana* intermedia. n. Chior. et Smyrn. Concord.

— habitu muliebri ſt. d. cantharum, *Ioue* comitante. n. Amaſtriae. — *Bacchus, Iupiter* et *Pallas* ſtantes in templo. n. Bithyniae prouinciae.

— ſ. thyrſum, et *Pallas* ſ. haſtam ſtantes, dextras iungunt. n. Sidetum. — ille nudus ſt. d. poculum, ſ. thyrſum, adſtat *Pallas* galeata d. haſtam, ſ. clipeum. n. Methymnae, Thyatirae. — *Ioue* intermedio, ſtantes in templo. n. Communitatis Bithyniae. — ſed *Pallas* clipeo innixa, Deo *Termino* intermedio. n. Leſbi.

Bacchus ſt. cum ſtrophio d. cantharum, ſ. thyrſum, ex aduerſo *Priapus* d. poculum, ſ. haſtam. n. Priapi vrbis.

— ſt. d. thyrſum, pro pedibus tigris, adſtat Commodus velatus ſacra faciens ſub arbore, coronatur a Victoria. *Vaill.* Pr. III. p. 152.

— ſt. cum canthara et thyrſo, adſtat *mulier* d. icunculam, ara intermedia. Æ max. Mytilenes.

— ſt. iiſdem cum attributis, pro pedibus hinc ſatvrus, illinc tigris. n. Caeſareae Bithyniae. *Patin.* Impp. p. 306. in Caracalla.

— ſt. d. poculum, circumdatur a faunis, quorum vnus ei Silenum praeſentat baculo innixum, ad Bacchi pedes mulier ſeminuda decumbens, rupibus ſiniſtra innixa. Æ max. Perinthi.

— ſt. coronat Getam adſtantem, ex adu. Caracalla ſt. coronatur ab Hercule. Æ 1. Getae.

Bacchus licet interdum *barbatus* in numis compareat, eius tamen aeterna iuuentus ac pulcritudo frequentius expreſſa in numis, et plerumque eum coronat hedera vel pampinus laetitiae nota. Sic *Bacchi caput* coronatum modo pampinis vel hedera, modo cum corona e vitis foliis contexta in n. Agyrinae, Alontini, Amiſi, Amiſtrae, Amphipolis, Andri Cycladum inſulae, Apameae Syriae, Apolloniae Illyrici, Athenarum, Boeotiae, Byzantii, Calactae, Cariſiae, Carmonis, Cataneae, Cephaloedii, Corcyrae, Cydoniae, Lacedaemonis, Lamiae, Macedoniae, Maroneae, Metaponti, Methymni, Naxi, Parii, Perinthi, Philadelphiae Coeleſyriae, Philippopolis Thraciae, Rhodi, Sardium, Tabarum, Tanagrae, Tauromenii, Teni, Thaſi, Thebarum, Theſſalonicae; *pariter* regum Alexandri I. et Seleuci I. Syriae, Pruſiae Bithyniae, Dionyſii Heracleae Bithyniae tyranni, Gothorum; *item* g. Caſſiae, Titiae, Vibiae, Volteiae.

Bacchi caput hedera coronatum, prominente trans humerum thyrſo. n. Calactae Siciliae, Heracleae Lucaniae. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 3. fg. 14. p. 37. *item* g. Caſſiae. — pone thyrſus. n. Amphipolis Macedoniae.

— caput pectore tenus. n. Maroneae Thraciae, Philippopolis Thraciae.

— caput hedera coronatum, et ſimul radiatum. n. Rhodiorum.

— caput imberbe cum *cornu taurino* et corona e pampino. n. Maroneae. — imberbe cornutum. n. Megarae in Sicilia apud *Parutam* Tb. 95. n. 4. — vno tantum cornu inſigne. n. Agyrinae vrbis Siculae. *Paruta* Tb. 95. n. 14. — Cur *taurina cornua* Baccho ſint tributa, varia adferunt veteres; aut ad natales ſcilicet demonſtrandos, quod corn̄igeri Ammonis eſſet filius iuxta *Diodorum*; aut quod bobus ſub iugum ductis, primus ſementem fecerit, eodem auctore; aut quod idem ritus in efferendo Apidis cadauere, qui in Bacchi ſacris eſſet apud Aegyptios receptus ex *Plutarcho*; aut a vini ferocia, quod nimio vino homines truces fiant, aut denique, quod cornibus vſi ſint antiqui ad pocula, ac vnde Bacchus corniger depictus et ταῦρος a poetis dictus. *Spanh.* I. 392 ſq.) *Burmann.* ad *Dorvill.* Sic. II. p. 414. 489.

Bacchus nuncupatur haud inſueto nomine *Fundatoris* in moneta Nicaeenſium: ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΙC vel ΔΙΟΝΥCΟΝ ΚΤΙC. ΝΙΚΑΙΕΙC. Pariter in n. Tianorum: ΔΙΟΝΥCΟC ΚΤΙCΤΗC ΤΙΑΝΩΝ. vid. ΚΤΙCΤΗC. — vel cum *Sotiris* elogio in aere Maronitarum: ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, qui inde dictus Ma-

vonius a *Tibullo* L. IV. el. I. — *Dionyſus* vero tantum in n. Nyſae: ΝΥϹΑΕΩΝ ΔΙΟΝΥϹΟϹ, de quibus adpellationibus Baccho adſcriptis pluribus egit. *Io. Hoffmann* diſſ. de deorum gentilium originibus c. 2.

Bacchus cum epigraphe: LIBERO PATRI occurrit in n. Commodi, Seueri. — LIBERO CONS. AVG. Claudii Gothici. — LIBERO P. CONS. AVG. n. Gallieni, vel tantummodo cernitur panthera apud *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 44. fg. 2. p. 231.

Bacillum, cui inſiſtit aquila, addita perigraphe: CONSECRATIO, apotheoſin denotans. *AV.* Rrr. et *AR.* Rr. Plotinae. *Cim. Vind.* I. Tb. 11. fg. 2.) *Kebll.* Suppl. p. 64.) *Vaill.* Pr. II. p. 130. — *Similis AV.* et *AR.* Rrr. addito S. C. Æ 1. Marcianae. *Ruben.* N. *Arſchot.* Tb. 36.) *Beger.* Th. Br. II. p. 652.) *Cim. Vind.* I. p. 54.) *Kbell.* Suppl. p. 65.) *Schulz.* Mz-Cab. II. p. 80.) Th. R. *Sueciae* Tb. 11.) *Vaill.* Pr. I. p. 55. II. 132. — *Similis AR.* Rrr. Matidiae. *Cim. Vind.* I. p. 55.) *Vaill.* Pr. II. p. 134.

Baculus ramulis ſemiamputatis nodoſus, cui ſerpens circumuolutus eſt frequens *Aeſculapii* ſignum, cuius rationem produnt *Hyginus*, *Macrobius*, *Porphyrius*, alii. Cernitur in n. Abydi, Aegarum Ciliciae, Agrigenti, Coiorum, Cyzici, Hyrcanorum, Magneſiae, Marcianopolis, Nicopolis Moeſiae, Pergami, Pruſae ad Olympum, Tarſi. *Item* in n. Aciliae g. *et* Treboniani Galli. — in manu Aeſculapii. v. *Aeſculapius.* — ante caput huius dei n. Alexandriae Aegypti. Adpingitur ad indicandum, quod niſi medici cura erigamur et confirmemur, continuo ad imbecilliorem valetudinem aequo citius prolapſuri ſimus.

— cui ſerpens inuolutus, in d. Apollinis. n. Vlpiae Serdicae.

Baculus in manu Anubis. n. Iuliani Apoſtatae.

— in manu Aſtartes, in crucem formatus. n. Beryti. Boſtrae, Caeſareae Palaeſtinae, Neapolis Samariae, Sidonis, Tripolis Syriae, Tyri.

— in manu Iouis. n. Cypri, Salamis, Smyrnae. *it.* Druſi Iunioris.

— in manu Luni dei. n. Laodiceae Coeleſyriae.

— in manu Nemeſeos. n. Marcianopolis, Nicomediae, Nicopolis Epiri, Sides, Smyrnae.

— in manu Saturni. n. Epheſi.

— in manu Serapidis. n. Caeſareae Palaeſtinae, Marcianopolis. *it.* Hadriani.

— in manu Sileni. n. Ancyrae Galatiae, Coellae, Perinthi, Troadis.

— in manu Victoriae. n. Phocae, Leontii.

— in manu Vlyſſis. n. Mamiliae g.

— in manu Imperatoris. n. Salonini, Valeriani Iunioris, Iuſtiniani.

— in manibus variorum. vid. Abydus, Aegae Ciliciae, Agrigentum Ancyrae Galatiae, Antiochia Syriae, Apollonia Ioniae, Berytus, Ceraſus, Corinthus, Cypariſſa, Cyzicus, Dardania, Entella, Heraclea Ponti, Ilium, Magneſia ad Maeandrum, Metropolis Phrygiae, Myrina, Mytilene, Nicaea, Nicomedia, Nicopolis Epiri, et Moeſiae, Nyſa, Panopolis, Pella, Pergamus, Philadelphia Lydiae, Rhodus, Samus, Sardes, Selinus, Sidon, Sinope, Syracuſa, Tripolis Syriae, Tyrus, Zacynthus; *pariter* familia Domitia, Veturia; *item* reges Mauſolus Cariae, Antiochus Grypus Syriae, Alex-

Alexander M. Macedoniae, Pruſia Bithyniae, Cunobilinus Celtorum; ſimiliter Impp. Galba, Vitellius, Traianus, Antoninus, Fauſtina Senior, M. Aurelius, Pertinax, Caracalla, Alex. Seuerus, Balbinius, Valerianus, Gallienus, Herodianus, Quintillus, Tetricus Iunior, Maximianus.

Baculus cum apice. n. Apameae Phrygiae. — in cuius apice videtur caput aſininum, armorum formam indicat, quibus Leptitani, aliique populi vtebantur.

— cum aquila pone Dianam. n. Leucadis Acarnaniae.

— paſtoralis et pharetra. n. Cyonis in Caria. vid. *Pedum.*

BA. ΔΗ. Βασιλέως Δημητρίου, *Regis Demetrii* Syriae.

BADVELA ſeu BADVILLA. vtrumque enim numi praeferunt nomen, rex Gothorum in Italia, occiſo Ararico, a Gothis vocatus, et, Roma aliquoties capta, mortuus ad Capras A. Chr. 552. Nuſpiam Totilae nomen in numis legitur. *Spanh.* I. p. 556.) *Harduin.* Oper. p. 495. — 1. D. N. BADVILA REX. intra lauream.)(D N. ANASTASIVS P. P. . . . Caput Anaſtaſii diadematum. Ꭿ. Q. *Band.* II. 612.) *Eckh.* Cat. II. p. 31.) *Beger.* Th. Br.) M. Theup. 1210. — 2. BADVILA REX in corona. Ꭿ. *Band.* II. 634. — 3. D. N BADVELA REX in corona. Ꭿ. *Band.* II. 635. — 4. D. N. BADVELLA REX. huius caput corona gemmis ornata conſpicuum. *Ducang.* p. 92.) *Mdb.* 568. — 5. D. N. BADVILA REX in corona. *Band.* II. 635.) *Ducang.*) *Mdb.* *Muſell.* Reg. Tb. 11. fig. 7.) M. *Theup.* 368. — 6. D. N. BADVILA REX eius caput cum pileo.)(FLOREAS SEMPER. Armatus ſt. d. haſtam, ſ. ſupra clipeum. Æ. 3. M. *Theup.* — 7. *Al.* ſed F L V-REA Z. Z EMPER (*ſic*) Æ. *Band.* II. 647) *Muſell.* Reg. Tb. 11. fg. 6.) M. *Theup.* 1210.) *Iobert* Science I. p. 137.) *Guſſeme* VI. p. 402. — 8. *Al.* ſed FIVREAS SMIES. (ſic) *Guſſeme* ib.

BAEATISS. et BAEATISSIMO loco *Beatiſſimo* litteris AE. pro E ſimplici poſitis D. N. MAXIMIANO BAEATISS. Protome laureata Val. Maximiani, d. volumen. *Eckhel.* Cat. II. 445. — *al.* BAEATISS. SEN. AVG. Protome eiusdem laureata d. ramus, ſ. volumen. *ibid.* — *al.* D. N. MAXIMIANO BAEATISSIMO SEN. AVG. Eiusdem. protome. *Band.* II. p. 65.) *Eckh.* ib.) *Guſſeme* V. p. 107.) *Harduin.* Oper. p. 448. 457. — D. N. DIOCLETIANO BAEATISSIMO SEN. AVG. Protome Diocletiani laur. Æ 2. *Band.* II. p. 23.) *Eckh.* Cat. II. p. 435.) *Hard.* Oper. p. 472. vid. BEATISS. — BEATISSIMO.

BAEATISSIMORVM pro *Beatiſſimorum* ex eodem ſcalptoris errore. VICTORIA. BAEATISSIMORVM CAESS. Victoria ſpoliis inſidens tenet clipeum, cui inſcriptum eſt VOT. X. Æ. max. Fl. Iul. Conſtantii. *Band.* II. 378.) *Ducang.*) *Muſell.* Num. max. mod. Tb. 6. n. 3.) *Vaill.* Sel. Num. p. 125. vid. BEATISSIMORVM.

BÆB. — BAEBI. vid. *Baebia* g. quae

Baebia gens plebeia, ſed conſularis fuit, cuius nomen ab vlulatu ouium *bae*, *bae* deriuatum videtur *Vaillantio*; cognomen vero TAMPILVS, antique pro *Tamphilus* ſcriptum, vt triumpus pro triumphus, a verbo Graeco Ἀμφιλάιος, vtraque manu laeuus. — Modo ſolis initialibus litteris B. vel BÆB. et BAEBI. legitur, modo integre BAEBIVS in numis, qui ſuperſunt: 1. TAMPIL. Caput Romae gal. ante X nota denarii.)(M. BAEBI.

BI. Q. F. ROMA. Apollo in citis quadrigis, d. ramum ſ. arcum tenens et ſagittam; vel Iupiter quadrigis inſiſtit d. tridentem, ſ. arcum AR. *Guſſeme* I. p. 367. n. 2.) *Morell.* Th. Famil. p. 43. n. 1.) *Harduin.* ad *Plin.* L. XIII. c. 27. ſed initiales TAMPIL. litteras lepide ſupplet: *Titus Antoninus Marathi* (in Phoenicia) *Praeſidiariam Impoſuit Legionem.*) *Vaill.* Fam. 2. TAMPILVS. Capita deorum Penatium iugata, et lauro redimita.)(CN. BAEBI. Q. F. Vir paludatus ſt. d. innixus haſtae, adeſt laurea a dextris palmae ramo adligata; a ſin. Victoria coronans paludatum. AR. *Golz.* Faſt. p. 125. ad an. 571.) *Morell.* Conſular. Tb. 10. fg. 4. p. 521.) *Guſſeme* ib. n. 5.) *Vaill.* Fam. — 3. Iani bifrontis caput laur. cum remo intermedio circa tempora exſurgente.)(ROMA. M. BAEBI. Tres nauium prorae. Æ. *Guſſ.* ib. n. 1.) *Morell.* Fam. Baebia p. 43. n. 2.) *Vaill.* ib. — 4. L. BAEBIVS POLLIO II. VIR. QVIN*quennalis*. Victoria gradiens, d. corollam,)(palmam ſuper humeros)(Q. AQVINVS MELA II. VIR. QVIN. Duo ſigna militaria cum clipeolis et lunulis. Æ. coloniae incertae. *Guſſ.* ib. n. 3.) *Morell.* Fam. n. 3.) *Vaill.* Col. I. p. 78. — 5. AVGVSTVS. Caput Auguſti laur. retro MV. CAL. IVLIA. *Municipium Calaguris Iulia.*)(L. BÆB. PRISCO C. GRAV. (*Granio*) BROC*cho*. II. VIR*is*. Bos coloniae ſymbolum. Æ. *Mdb.* 1. 47.) *Morell.* ib. n. 4. vid. *Calaguris* Hiſpaniae Tarraconenſis. — 6. *Ead. adu.*)(L. PRISCO. C. BROCCHO II. VIR*is*. Caput bouis Æ. *Morell.* Fam. fg. 6.) *Vaill.* p. 37. — 7. AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum, retro MV. CAL. I.)(Q. BÆB. FLAVO M. SEMP. BARB*ato* vel *Barbula* II. VIR*is*. Bos ſt. Æ 2. eiuſdem Calaguris. *Morell.* ib. fg. 5.) *Guſſ.* II. p. 44. n. 17. *Harduin.* p. 703. — 8. GERMANICVS CAESAR P. C. (*Pater Caii*) CAESAR*is* AVG*uſti* GERMA*nici*. Caput nudum Germanici.)(V. V. OSCA. *Vrbs Victrix Oſca.* C. TARRACINA P. PRISCO II. VIR*is*. Eques decurrens haſtatus. Æ. Oſcae Hiſpaniae Tarraconenſis. *Morell.* ib. fg. 7. vid. *Oſca.* — 9. C. CAESAR AVG*uſtus* GERM*anicus* P. M. TR. POT. COS. Caput Caii Caligulae laureat.)(*Eadem.* Æ. *Morell.* ibid. fg. 8. — 10. TI*berius* CAESAR AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii nudum.)(L. BAEBIVS P. F. RVSTICELIVS CAS*ſius* TERNA II. VIR QVINQ. D. D. *Decreto Decurionum* in area, ex quo Æ. numo patet, iſtius nominis complures in Hiſpania fuere. *Liebe* Goth, Num. 226.) *Morell.* Fam. p. 44.) *et* inter Impp. Num.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 11. n. 8.) *Guſſeme* ib. n. 4.) *Vaill.* p. 78.

BAEBIO II. VIR*o*. vid. *Calaguris*

BAEBIVS nomen gentis. v. *Baebia* g.

Baelo, Baelon vel *Belo* vrbs Hiſpaniae vid. BAILO.

Baeſampſa Arabiae. v. ΒΑΙΣΑΜΨΗΝΩΝ.

Baetica prouincia, altera pars vlterioris Hiſpaniae, ſic a flumine dicta, ab incolis antiquis vel tota, vel magnam partem *Turdetania*, *Strabone* auctore L. III. inter Anam et mare auſtrale comprehenſa eſt. Mediam diuidit *Baetis* fluuius, a quo ad Anam regio, praecipue ad orientem et Oretanos vergens *Baeturia* ſeparatim adpellatur; inferior, quae fretum ſpectat, nomen traxit *Turdetaniae*. *Cellar.* Not. Orb. Ant. p. 65.

Β. Α. ΕΡ. Βασιλέως Ἀλεξάνδρου Ἐρυθραίων, *Regis Alexandri, Erythraeorum* Ioniae.

Baga. v. *Vaga* Numidiae.

Bagae-

Βαγαδονία *Straboni.* vid. *Bagedonia.*

Bage in prouincia Lydiae, quae in Notit. Eccleſ. p. 29. Βάγις, et p. 45. Βάγη vocatur; in numis ſcribitur ΒΑΓΗΝΩΝ, *Bagenorum.* An vero ſit et genuina numorum ſcriptura conſulendus eſt *Spanh.* Pr. I. p. 135, qui p. 134. numum diuulgauit, in quo ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, *Sanctus Senatus,* cum laureato muliebris capite.)(ΕΡΜΟϹ *Hermus,* notus Lydiae fluuius. Figura ſedens, addito loci nomine ΒΑΓΗΙΩΝ, non ΒΑΓΑΙΩΝ, *Bagaeorum,* vel ΒΑΓΗΝΩΝ, prout in eodem numo apud *Harduin.* Oper. Sel. p. 32. et ex eo in *Haym.* Th. Br. II. p. 378. ſcriptum occurrit. — 2. ΒΑΓΗΝΩΝ. *Bagenorum.* Caput barbatum nudum)(ЄΠΙ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ϹΞ *Sub Apollodoro, Anno* 260. Figura muliebris cum modio ſedens, d. pateram, ſ. arcum. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 6. fg. 10.) *Guſſeme* I. p. 368. n. 1. — 3. ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΒΑΓΗΝΩΝ, *Caeſareenſium Bithyniae Bagenorum.* Bacchus ſt. d. cantharum, ſ. thyrſum, hinc ſatyr, inde tigris.)(Caput Caracallae. *Guſſ.* ib. n. 2.) *Harduin.* l. c.) *Vaill.* Gr. qui vero ΑΓΗΝΩΝ ſcribit, omiſſa Β littera. — 4. ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΡΧΙ. ΒΑΓΗΝΩΝ, *Sub Caio Pontifice, Bagenorum.* (Pontificis titulus, vt *Vaill.* Gr. p. 117. obſeruat, nomen eſt dignitatis, non vero vrbis rectoris, et ad diſtinctionem Ἄρχοντος additur vel ΑΡΧΙ. vel ΑΡΧΙΕΡΕΩϹ.) Hygia et Aeſculapius ſtantes, Teleſphoro intermedio.)(Caput Getae. Æ 3. *Guſſeme* n. 3.) *Harduin.* ib.) *Vaill.* l. c. et 194. — 5. Π. ϹΕΠΤ. ΓΕΤΑϹ. Κ. Caput Getae nudum.)(ΒΑΓΗΝΩΝ ЄΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΡΧ *Bagenorum, Sub Caio Summo Pontifice.* Fortuna tutulata ſt. d. temonem, ſ. c. c. Æ. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 41. fg. 9. p. 337. 338.

ΒΑ. ΓΕΛΩΝΟΣ, *Regis Gelonis,* Syracuſani. v. *Gelo.*

Bagedaonia, ſiue vt *Stephano* placet Βαγαδαονία, ſiue vt *Suidae* Βαγδαονία, vel vt *Straboni* Βαγαδονία, Cappadociae pars auſtro obuerſa, inter Argaeum campum, et Taurum montem. *Nonn.* Comm. in *Golzii* Aſiam p. 304. — Legitur in *Golzianis* numis 1. ΒΑΓΗΔΑΟΝΩΝ. Caput muliebre turritum et ſpicis ornatum, cum *Strabo* tamen regionem eſſe ſterilem dicat.)(Lyra intra lauream ob Apollinis cultum. Æ *Golz.* Inſul. Graec. Tb. 2. fg. 6.) *Harduin.* Oper. p. 32. Serapidem intelligit. — 2. ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ. Mulier ſedens pube tenus nuda, capite turrito, d. extenta, ſ. clipeum geſtat.)(ΙЄΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, *Sacer Senatus.* Protome muliebris nuda. Æ. *Golz.* ib. fg. 5.) *Harduin.* ib.

BAGG. *Baggius* nomen gentis nullibi memoratae. BAGG. FRONT. II. VIR. *Baggio Frontone Duumuiro. al.* L. BAGGIO etc. vid. *Celſa.*

ΒΑΓΗΔΑΟ. et integre ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ. vid. *Bagedaonia* Cappadociae.

ΒΑΓΗΙΩΝ, *Bagaeorum.* v. *Bage* Lydiae.

ΒΑΓΗΝΩΝ, *Bagenorum.* v. *Bage.*

ΒΑ. ΓΟ. in area AR. numi ab *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 5. fg. 10. p. 61. vulgati.

BAILO, vt in numo, vel *Baelo, Baelon* aut *Belo* vrbs Hiſpaniae Baeticae antiqua et litoralis, vnde breuiſſimus traiectus in Tingin Africae, *Strabone* obſeruante. *Claudia* apud Antoninum cognominata eſt; hodie dicitur *la Torre de Bolonia.* Ei tribuit *Florez* Medallas de las Colonias Tom. II. T. 51. fg. 8. et ex eo Muſ. *Hunt.* p. 66. et *Guſſeme* I. p. 368. numum, in quo BAILO. Spica hordei ſupra litterae ſex peregrini idiomatis.)(Bos, deſuper luna creſcens, in cuius medio pun-

punctum, et aſtrum cum octo radiis.

ΒΑΙϹΑΜΨΗΝΩΝ in n. Traiani e Theſauro *Golzii* p. 210. vel vt in eodem numo legit *Scaliger*. Animadu. *Euſeb.* 189. ΒΑΙϹΑΜΨΑΝΩΝ, more Dorico. — Βαίσαμψα *Stephano* oppidum eſt in Arabico ſinu circa mare rubrum. *Domum Solis* vox ex Hebraeo ex fonte ſonat *Beth Sames*. *Harduin.* Oper. 32.

ΒΑ. Κ. ΕΝΤ. Βασιλέως Κότυος βντ. *Regis Cotyos* Boſpori Cimmerii *Anno* 352. AV. Rrrr. *Vaill.* Pr. II. 61.) *Kell.* Suppl. p. 24.

ΒΑΚΧΙΟϹ, *Bacchius* nomen panegyriſtae Apamenſium. ΠΑΤ. ΠΑΚΧΙΟΥ ΠΑΝΗ. *Paulo Bacchio Panegyriſta.* n. Gordiani.

ΒΑΛ. Βαλέριος, *Valerius*, nomen praetoris Mytilenaeor. ΕΠΙ C. ΒΑΛ. ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ, *Sub Praetore Valerio Ariſtomacho.* n. Iul Domnae. *Haym.* Th. Br. II. p. 380.

BALA. Vox *Bala* ſeu *Balarus* videtur Allii cognomen. Ex gentis enim Aeliae numis notus ille, in quo hinc caput Iunonis et inſcr. BALA, illinc Diana lucifera curru vecta, cui duo cerui iuncti, c. epigr. C. ALLI. Eum decies ſepties diuerſo typo exhibuit *Morellius* Fam. Aelia, in quo nec littera capiti aduerſa in parte ſubiecta eadem eſt et ſymbola auerſae, currui ſubiuncta, admodum inter ſe diuerſa reperiuntur. Pariter cum litteris alphabeti A. B. C. D. E. F. G. H. K. M. N. S. V. *Eckhel.* Cat. II. p. 7.) Muſ. *Pembr.* III. Tb. 14.

BALA C. in numo familiae Aeliae. *Pauſanias* L. X. exſules a Corſis *Balaros* eſſe nominatos narrat, quod eodem nomine exſules vocant. Allius ille forſan in inſulam exſul miſſus, vnde S. C. reuocatus eſt et hoc illi cognomen BALA ſeu BALA.*rus* tanquam glorioſum eſt inditum, id quód confirmare videtur littera C. quaſi *Corſicus.*

Balanea, *Balaneae*, vel *Balanaeae*, vrbs fuit Syriae prope Phoenicem a *Plinio* L. V. c. 18. et aliis commemorata. *Stephano* Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ὁ πολίτης Βαλανεώτης. *Ptolemaeo Balaneae*; *Straboni Balanaea*; *Plinio Balanea*; aliis *Balnea* a balneis. In numis 1. ΒΑΛΑΝΕΑΙΩΝ, *Balanaeaenſium.* Ariadne Bacchi in citis quadrigis, qui typus nos docet, Bacchi et Liberae ibi viguiſſe cultum. Æ 2. Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 39. fg. 11. p. 397. — 2. ΒΑΛΑΝΕΩΝ. Bacchus in quadrigis. Æ 2. Auguſti. *Guſſeme* I. 368.) *Harduin.* Oper. p. 32. — 3. ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ, *Balaneotarum* ciuitatis *Sacrae Et Inuiolatae*, qui tituli in ciuitatum Syriae numis obuii. n. Caii Caeſaris. *Harduin.* ib.

ΒΑΛΑΝΕΑΙΩΝ — ΒΑΛΑΝΕΩΝ — ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ. vid. *Balanea.*

Balanus Galliae Tranſalpinae rex, de quo *Liuius* L. XLIV. c. 14. Conſulibus Q. Marcio Philippo iterum, et Cn. Seruilio Caepione (ante Chr. 159) agens de bello contra Perſeum ſuſcepto, ac tum feruente ita ſcribit: „Dum bellum in Macedonia geritur, legati Tranſalpini ab regulo Gallorum, *Balanos* ipſius traditur nomen, gentis, ex qua fuerit, non traditur, Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratiae a ſenatu actae, muneraque miſſa, torquis aureus duo pondo, equus phaleratus, armaque equeſtria.„ Huius Gallicani regis ſuperſunt numuli aenei, in quibus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΛΑΝΟΥ, *Regis Balani.* Ceres currens, d. facem.)(Caput vel nudum, vel pileo tectum, imberbi vultu. *Froelich.* Num. Reg. Vet. Tb. 3. fgg. 1. 2. 3. p. 82 ſq. *et* Notit. Elem. Tb. 11. p. 157.

BALATVS corrupte pro *Vabalabus*. v. VABALATHVS.

Balauſtium Rhodiorum in moneis frequens occurrit. Flos mali Punicae eſt agreſtis, quo ad tingenlas lanas vſi ſunt Rhodii; inde ſinatum in eorum numis. *Spanh.* Pr. I. p. 315 ſq. *Wilde* ſel. Num. . 62.) *Gusſeme* I p. 368 — Balauſtii flos, vel quid ſimile pro pedibus Neptuni. in. Teni inſulae.

ΒΑΛΒ. Βάλβος, *Balbus.* ΕΠΙ ΜΙΝΙΟΥ ΒΑΛΒ. *Sub Mindio Balbo,* Achaiae, ſub Claudio proconſule. n n. Latinis:

BALB. *Balbus* cognomen g. Antoniae, Atiae Naeuiae, aliarumque :a dictae, quod linguae vitio vera bene exprimere non poſſent, obcure haeſitantes. — Q. ANTO. BALB. PR. *Quintus Antonius Balbus Praetor* prouinciae. *Eckhel.* Cat. I. p. 10.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. o. n. 3.) *Morell.* Fam. Antonia . 28. Lit. A.) *Vaill.* Fam. — C. NÆ. BALB. *Caius Naeuius Balbus.* *Morell.* Fam. Naeuia p. 92.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 15. . 5.) *Eckhel.* Cat. II. p. 54. — ARRVNTANVS. BALB. PRO... *Pellerin.* Rec. III. Tb. 85.

BALBATVS corrupte loco Vabaathus. v. VABALATHVS.

ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ, *Balbinus.* ΑΥΤ. Κ. Δ. ΚΑΙΛ. ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ ΣΕΒ. Π. Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Δεκιμὸς Κάιλιος Βαλβεῖνος Σεβαστὸς Πατὴρ Πατρίδος, *Imperator Decimus Coelius Balbinus Auguſtus Pater Patriae.*

ΒΑΛΒΙΝΟϹ. *Balbinus.* ΑΥΤ. Κ. ΔΕΚ. ΚΑΙΛ. ΒΑΛΒΙΝΟϹ. Æ max. formae. *Haym.* Th. Br. I. p. 274. — ΑΥΤΟ. Κ. Δ. ΒΑΛΒΙΝΟϹ. ΑΥΓ. *Haym.* I. p. 356.

Balbinus et *Pupienus,* mortuis in Africa Gordianis, Romae Imperatores contra Maximinum P. Romani hoſtem adpellatum, electi ſunt, et numi in vtriuſque honorem Senatus Conſulto cuſi, inter raros non collocantur, ſed Graeci pro elegantiſſimis habentur, quod plurimae vrbes viuo Maximino, et rebus adhuc incertis eorum partibus adhaerere non auderent; at illo Imperatore, in Aquileiae obſidione a militibus interfecto, Balbinus et Pupienus Romae etiam militari ſeditione paullo poſt A. V. C. 991. Chr. 239. obtruncati ſunt. Breue eorum imperium et non vltra annum extenſum videtur, cum eorum numi I. tantum et II. TRIB. poteſtatem poſt Chr. 237 238. ſignent. Porro Graeci cum Balbini effigie et ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. ΜΙΛΗΣΙΩΝ, ΤΑΡΣΟΥ et ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ ΠΟΝΤ. epigraphe reperiuntur, immo plurimi in Pupieni honorem in hac metropoli et quidem maximi moduli occurrunt ſignati cum inſcriptione ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΤΑΡϹΟΥ. *Vaill.* Gr. p 147.) *Froelich.* 4. Tent. p. 323.) *Harduin.* Oper. p. 825.) *Haym.* Th Br. I. 274. II. 356. vid. ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ. — ΒΑΛΒΙΝΟϹ. Cum Graecae cuiuſdam vrbis nomine eximiae ſunt raritatis ea omni forma. Eiuſdem eximiae raritatis ſunt aurei Latini, argentei rari, item aerei primae formae rari, ex aere autem mediocri difficilia repertu ſunt Balbini numiſmata, qui anno imperii ſecundo a militibus fuit occiſus, annos vero ſexaginta vixit. — Tantae raritatis Balbini ſunt numi Aegyptii, vt nullos reperias in iis adeo muſeis, quae alias ingenti Aegyptiae pecuniae vi redundant, cuiuſmodi ſunt muſeum *Theupoli, Arigonii,* et *Caeſareum Vindobonenſe.* In Theſauro *Mauroceno* p. 134. et apud *Harduin.* Oper p. 825. tres Aegyptii cum L. Α. *Anno Primo.* Nilus iacens. *al.* Roma ſedens. *al.* Victoria cum palma et corona. — Vulgauit praeterea *Neumann.* Pop. Num. II. Tb. 3. fg. 14. Balbinum in numo Æ. acroſo ſecundae formae ab Alexandrinis Aegypti nuſpiam deſcripto, in quo ad Balbini laur.

Bonus Euentus a *Varrone* L. I. e R. R. inter 12. deos conſentes, ui agriculturae praeerant, recenſeur; cuius ſimulacrum ab Euphraore fictum, quod Romae erat, d. ateram, ſ. ſpicam et papauer tenens, eſte *Plinio* L. XXXIV. c. 8. idem .. XXXVI. c. 5. alterius a Praxiele facti meminit. Templum Boi Euentus in regione nona prope Thermas Agrippae collocat *P. Vitor*. Conf. *Ludov. Wilh. Ballborn* le *Bono Euentu*, veterum deo. 765. 4. — *Philibert Bern. Moeau de Mautour* diſſ. ſur le dieu *Bonus Euentus*, et ſur ler médailles, qui concernent ſon culte, dans Memoir. de l' Academie de bell. Lettr. Tom. IV. p. 78.

Bonus euentus d. pateram, ſ. ſpicas. n. Heracleae Ponti. — ſt. nudus d. ſpicas c. epigr. peculiari: ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ ΕΦΕΣΙΩΝ. n. Epheſior. — ſt. nndus, d. pateram, ſ. duas ſpicas. c. inſcr. COS. IIII. Ꜩ. Antonini Pii *Pedruſ.* Muſ. Farneſ. II. Tb. 11. fg. 13. — ſt. d. pateram, ſ. ſpicas. n. Traiani. — Figura nuda humi ſedens, d. pateram porrigens, videtur *Froelichio* eferri *Bonus Euentus* in n. Cyzienorum. — *Boni Euentus* caput um faſcia. n. Scriboniae g.

BONVS EVENTVS. Genius ſacrificat ante aram d. pateram, ſ. ſpicas. Æ 2. Anton. Pii. — *it.* Ꜩ. Caracallae. *Guſſeme* II. p. 77.) *Raſche Lex. Num.* *Harduin.* Oper. p. 801.) *Mdb.* 285. — *it.* Getae. *Mdb.* 289.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 41. fg. 6. p. 205.

BONVS EVENT. AVG. Idem genii ad aram typus. Æ 3. Valeriani Sen. Band. I. 138.

BONVS EVENTVS AVG. Idem typus. Æ 3. Gallieni. *Band.* I. 213.

BONVS. EVENTVS AVGVSTI. Figura nuda ſt. d. pateram, ſ. ſpicas et papauera. Ꜩ. Titi depictus in Th. Num. Sel. *Oiſelii* Tb. 41. fg. 8. p. 206.) Theſ. *Morell.* Imp. II. in Tito Tb. 6. n. 58. et a *Gorio* ibid. 352. deſcriptus.) *Mdb.* p. 124.) *Theup.* p. 147. — *Bonus Euentus* in n. Titi forte expreſſus, vt pacem eius virtute et cura feliciter eueniſſe deſignet; nam et in Veſpaſiani numis ſculptus cernitur *Bonus Euentus*, cum epigraphe PACIS EVENT. de quo *Vaill.* II. p. 88. Vel hic Deus, qui agrorum bonis et culturae praeeſſe cenſebatur, in n. Titi exhibetur, vt declaret eum reſtituendis aliorum bonis et poſſeſſionibus inuigilaſſe. cf. *Sueton.* c. 8. — *Ead. epigr.* in Ꜩ. Titi. Figura nuda ſt. d. pateram. M. *Arſcbot.* Tb. 28. fg. 16.) *Geſner.* Tb. 59. n. 44.) *Gorius* ad *Morell.* Imp. in Tito Tb. 8. n. 47. p. 363.) *Khell.* Suppl. p. 40.) *Muſell.* Impp. Tb. 38. fg. 7.) Apud. *Mdb.* p. 121. deeſt epigraphe aduerſae partis IMP. TITVS CAESAR VESPASIANVS AVG. P. M. quam *Gorius* l. c. ſuppleuit Muſ. *Theupoli* p. 147. Ita quoque hunc numum *Occo* p. 105. deſcribit. Adnotant deſcriptores mulierem figuram in poſtica ſculptam, et quidem *Mdb.* ita ſuum deſcribit: Figura muliebris ſt. nuda, ſ. brachio columnae nixa, haſtam tenet per transuerſum, d. mucronem; qui typus omnino differt a *Theupolitano*. Sed in numis frequenter *Bonus Euentus Deus*, qualem ab Euphranore ſcul-

— Hierocaeſarienſium Lydiae *annus* 172. in n. Seueri, vel V. C. 951. aera enim eorum Tiberiana ab anno 779. coepit. *Vaill.* Gr. p. 273.

— Tyri *annus* 172. Seleucidarum in Æ. Demetrii II. Nicatoris *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 10. n. 30. p. 77.

B. ΟΡΒ. Βαρβία 'Ορβίανα, *Barbia Orbiana* vid. *Orbiana.*

ΒΟC Anazarbenorum *annus* 272. qui ex computo epochae 734. capitis in annum V. C. 1006. incidit. Valer Sen. *it.* Gallieni. *Haym.* II. Tb. 49. n. 8. p. 386.) *Vaill.* Gr. p. 251.) M. *Pembrok.* III. Tb. 83. n. 6.

ΒΟC. Dorae in Phoenicia 272, cuius epochae initium intra annos V. C. 620 et 642. quaerendum. *Froelich.* 4. Tent. p. 205. 206.

ΒΟΣ in ima parte n. Antiochiae in Syria.

— Apameae in Syria *annus* 272.

lus tanquam victimae parata
baſes altas conſiſtunt, Conſe
nis typus. *Hantbaler. Exerci*
Tb. 1. fg. 11.

— cuius figura inſignit
gularis vetuſtatis numum qui
ſem, ſeu quinque librarum
longum protulit *Spanh.* Pr. 1.

— agriculturae ſymbolu
Aeſerniae, Alontini, Atabyrii
merti, Panormi etc. cf. *Pera*
cil. Num.

— cernuus. n. Arpanorum
liae. ad ſacrificium aliquod
lini factum, cui bos gratiſſima
ma. n. Seleuci I. Syriae regi

— cornupeta, pede arenam
gens, vel furiens; non quiet
coloniae ſymbolum; non inf
ſignis, nec vitta ornatus, pro
ſiclis, ſed qui cornibus ferire
tus, ideoque non ſacrificandu
dos indicat editos, vel alia
cauſam ſignatus in n. Alexa
Aegypti, Amphipolis Maced
Arporum Apuliae, Aradi P
ciae, Cyzici Myſiae, Epiri,

cem, vinculis profugum, cornibus arreptum ſolus retinuit manibus, *Appiano* teſte; porro n. Cleopatrae reginae Syriae, Indutiomari principis; *it. Impp.* Auguſti. *Morell.* in Aug. Tb. 10. fgg. 4. 5. addita explicatione; Veſpaſiani. *Morell.* in Veſpaſ. Tb. 5. fgg. 20. 21. et Tb. 10. fg. 14.) M. *Theup.* p. 142; Titi. *Morell.* in Tito Tb. 5. fgg. 32. 35. p. 349. et Tb. 7. fg. 30.) *Mdb.* 122. 123.) M. *Theup.* 148.

Bos cornupeta d. pede anteriore coronam humi dilacerat. n. Crotonis. *Magnan.* Brutt. Num. Tb. 122.

— — ſupra quem thyrſus. n. Euboeae.

— — in laurea. n. Epirotarum Phaeſtiorum.

Bos coronatus et immolandus, dorſuale gerens, ſub ipſo culter victimarius, ante ipſum ara fumans. n. Iul. Caeſaris. *Morell.* in I. Caeſ. Tb. 9. fg. 11. p. 104. — *infulatus*, vel mitra ſiue vitta intra cornua *ornatus* pro ſacrificio. n. Amaſtris, Caeſar Auguſtae, Graccuris. — cum *loto* herba in capite n. Alexandriae Aegypti, Hadrianopolis.

— *currens*. n. Amphipolis Macedoniae, Aradi inſulae, Caſſopes Epiri, Obulc. Hiſpaniae Baeticae. — infra quem ſerpens. v. *Quadrantes.*

— — vel Iupiter curens in vndis. conf. *Schlaeger* de Europae raptu. p. 35.

— *erectus*. n. Byzantii, Nicomediae.

— *dimidius*. n. Abacaeni, Abollae, Corcyrae, Dyrrhachii, Tauii, Thurii *it*. Seleuci I. Syriae regis. — ante quem ramus. n. Salamis. *Eckh.* Num. Vet. Tb. 14. fg. 2. — humano vultu. n. Agyrii, Gelae, Neapolis Campaniae.

Bos facie humana fluuii ſymbolum in numis Magnae Graeciae et Siciliae frequens. n. Atellae, Caletis, Hyrii, Lainorum Lucaniae, Mamerti, Panormi, Tauromenii. — deſuper aſtrum. n. Mamerti. — deſuper Victoria volans bouem coronat. n. Neapolis Campaniae.

— — aquam ore euomens. n. Alontini. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 116. 117.

Bos gibboſus in numis regum Syriae e. c. Cleopatrae reginae, Antiochi XII. aliorumque, obuius, ſiue quod taurum ab ara aufugientem cornibus arreptum retinuit Seleucus I. ſiue quod Apollo, numen tutelare Syriae, bouibus delectaretur, ſiue quod fertilitatem agrorum et laeta paſcua deſignet.

— *gradiens* aut victimam, aut potius regionis fertilitatem, et vberes agriculturae prouentus denotare videtur in Bithynii Cyzici, n. Amaſtris, Gelae, Hadrianorum, Nicopolis ad Iſtrum, Phaeſti, Phenei, Poſidoniae, Stoborum, Thurii, *it.* Indutiomari principis. *Morell.* Th. Impp. I. p. 103. *pariter* n. Veſpaſiani, Getae.

— *iacens*. n. Eretriae Euboeae. — infra quem claua. n. Caryſti inſulae Euboeae, cuius typi rationem *Eckhel.* Num Vet. p. 160. ad Tb. 10. fg. 18. dedit. — procumbens ad ſacrificandum, Conſecrationis typus. n. Auguſti. *Hanthaler.* Exercit. VI. Tb. I. fg. 12.

— *incuſus* haud raro in Pamphyliae et Ciliciae ciuitatum argentea, nominatim Aſpendi, Malli, Tarſi, Sidetis, Nagidi. *Neumann.* Pop. Num. II. p. 52. Tb. 2. fg. 8. — incuſus ſimilis. n. Sibaris. *Magnan.* Brutt. Tb. 6.

— *marinus* c. epigr. LEG. I. ITAL. VII. P. VII. F. n. Gallieni.

Bos natans, vel Apis Aegyptiorum, vel Iupiter ſub tauri natantis effigie. *Schlaeger*. de raptu Europae.

— *paſcens* in n. Macedoniae planam et campeſtrem regionem, fertilem, paſcuis optimis felicem et boues pulcerrimos nutrientem ſignificat. *Wilde* Sel. Num. Ant. Tb. 10. fg. 61. p. 190. n. Amphipolis, Pellae, Theſſalonicae pariter Italiae paſcua indicat fertilia. *Burmann*. Sicul. p. 481. n. Thurii. — idem bouis depaſcentis typus in n. Antinoi a Bithyniensibus cuſo, quod vrbs ea paſcuis ad boues alendos optimis cincta, ex *Strabone* L. XII.

Bos ſtans. n. Alexandriae Aegypti, Andri, Apolloniae Illyrici, Bithynii, Byzantii, Calaguris, Calchedonis, Caſcanti, Celſae, Cluniae, Crotonis, Ergauicae, Gelae, Graccuris, Hadrianorum, Mamerti, Neeti, Panormi, Perinthi, Poſidoniae, Pyli, Smyrnae, Tarraconis, Turiaſonis; *item regum* Syriae Antiochi Dionyſi, Seleuci V. *pariter Impp*. Auguſti, Veſpaſiani, Gallieni c. epigr. LEG. VII. CL. VII. P. VII. F. *al*. LEG. VIII. AVG. VI. P. VI. F. *al*. LEG. X. GEM. VI. P. F. *Vaill*. Pr. II. p. 359. 360. — Bos inſiſtit baſi, cui inſcriptum ΜΟΛΟΣΣΟΣ. n. Thurii.

— *ſtans et reſpiciens*. n. Gortynae, Pandoſiae, Patii, Phaeſti, Sibaris vel Thurii.

— *ſtans* nec infula, nec vitta ornatus, ad ſacrificia nequaquam ſpectat, ſed in municipiis pro vulgari eorum ſymbolo ſignatus, vt Caſcantum, Ergauica, Graccuris, Oſicerda et quae ſunt alia. Bos ſollemne coloniarum municipiorumque typus, fertilitatem ſoli, pacem, incolumitatemque, principis beneficio partam, innuit. Hoc coloniae ſymbolum, colonia enim dicta a colendo, bobus arare conſuetum, deſcribit *Plutarchus* in Romulo: Conditor aratro aereum vomerem adiungit, iunctiſque bobus, mare et femina, ipſe circum lineamenta profundum inducit ſulcum — Ipſe Commodus togatus et velatus agens boues c. epigr. COL. AN. COMM. — Inde in coloniarum numis ſunt boues ſiue aratrum ducentes, ſiue colonorum alimoniae deſtinati, ſymbola coloniae ex ciuibus togatis deductae, vt vexillum inſigne eſt veteranorum colonorum. In n. Sidoniorum colonus agit boues, ad eorum latera in medio numi vexillum, in quo LEG. III. PAR. *Legio tertia Parthica*; in n. autem Tyriorum bos pone vexillum, in quo LEG. III. GAL. *Legio tertia Gallica*: bos ad ciuium deductionem ſpectat; vexillum vero veteranos legionis tertiae Gallicae in Phoenicia hiemantes in vrbem Tyrum tranſmiſſos indicat colonos.

Duplici modo *bouem* in numo Antinoi, Hadriani amantiſſimi, interpretantur antiquarii; vel ob ſtatuam bouis in Antinoi honorem erectam, quod ſub Polemone factum eſſe probat numus maximi moduli c. epigr. ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ, *Smyrnaeis Polemon Poſuit*: vel bouem in eius honorem mactatum fuiſſe, quamuis aut principum aut populorum nomine tantum immolebatur, idque Ioui ſoli aut Auguſto. Iuxta Strabonem L. I. paſcua Bithyniae fertiliſſima, quod etiam per bouem ſignificatur. Muſ. *Alb*. I. p. 29.

Bos ſtans cum duabus ſtellis in vertice in n. *Iuliani* apoſtatae, eiuſdem Imperatoris tranſitum ad ethnicos, reſtitutionemque victimarum et hoſtiarum ruminalium, factam ab hoc apoſtata, cum a chriſtianis Imperatoribus tales victimae fuiſſent prohibitae, indicat, ſiquidem aliquoties centenos tauros ſacrificaſſe et albos Ioui immolaſſe ex Ammiano L. XXII. nouimus. Duplex aſtrum arguit Orientem et Occidentem

tem, poſt Conſtantii enim mortem vtriuſque imperio potitus eſt Iulianus. Alii ob ſtellas in tauri capite ſignatas malunt, quod Deus Apis deſignetur, qui ex *Plinio* L. VIII. c. 46. numinis vice colitur. Ex Harduini vero Oper. p. 493. mente, *bos* Conſtantiae ſymbolum, vel armenti libere paſcentis; ſupra geminum Solis ſidus ſymbolum negotiationis et mercaturae, quam in Oriente aeque atque in Occidente Iulianus foueret.

Bos vittatus, cuius caput mitra quadam triangulari ſeu infula ornatum eſt, floribus coroniſque religionis ergo ornabatur, dum ad aram immolandum ducebant. In denariis frequens exhibetur, quia conſules in capitolium adſcendentes duo iuuencos iniuges mactare Ioui ſolebant. — Bos procumbens, quaſi victimario ferenti collum praebens indicat et venerationem imperato,, is; Triſtanus autem Comm. Hiſt. T. I. p. 32. ad taurum reuocat coeleſtem. — Bos Herculi immolatus, n. aer. max. Antonini Pii. — Bos vittatus, flore inter cornua inſignius in numis Aegypt. Apim. deum ab Aegyptiis cultum arguit. vid. *Apis*.

Bos fune trahitur. n. Tomitarum.

— ſubſultans retinetur cornibus viro nudo. n. Lariſſae Tricae Theſſaliae.

— hinc inde pro pedibus deae. n. Neapolis Samariae.

— trahit curriculum, in quo mulier ſedens. n. Tomitarum.

— et vacca ad aratrum iuncti, eductarum ex ciuibus coloniarum index, de quo ſymbolo *Morell*. Th. Impp. II. p. 281. 359. 663. et *Vaill*. Colon. — boum bigas ducit Commodus. *Eckhel*. Cat. II. p. 261.) M. *Theup*. 541. — boum bigae, in quibus Luna. Æ. 2. Elagabali.

Bos et leo ad pedes mulieris in coloniae Viminacii numis perpetuus eſt typus, qui leo cum boue concors populi feracitatem per colonos lenitam forſan indicat.

— et cornucopiae. n. Aegyptius in Hadriano.

— et auis volans ſuper bouem gradientem. n. Carthaginis.

— et Victoria volans deſuper. n. Neapolis, Sueſſae.

— ante quem aquila coronam lauream roſtro. n. Iuliani Apoſtatae.

— ſupra quem luna creſcens. n. Auguſti. *Morell*. in Aug. Tb. 38. fg. 22. p. 394.

— cum luna creſcente in latere. n. Antinoi, Hadrianotheritarum.

Boum capita, modo ſacrificia, modo ludos indicant. *Hauercamp*. ad *Morell*. Theſ. Famil. p. 44. In templis quoque ea ſolebant adpendere antiqui, vt votorum pro Imperatore eſſent indicia.

Bouis caput. n. Alexandriae Troadis, Athenarum, Cranii Cephalleniae inſulae, Cretae, Deulti, Eleae Peloponneſi, Euboeae, Metaponti, Pautaliae, Rhegii; ob ludos in n. Aedilium frequens.

— — aduerſum in n. Calaguris ad ſacrificia reſpicit, quae cum ludos ſacros plerumque comitari ſolerent, Aedilium nomina, qui ſcilicet curam eorundem habuerunt, adſcribuntur. *Morell*. Fam. Cornelia Tb. 6. n. 6. p. 137. et in Tiberio Tb. 13. n. 2. 4.) *Seguin*. Sel. Num. p. 82.) *Vaill*. Col. I. p. 102. — in proſpectu. n. Corcyrae.

— — cum collo. n. Pergami Myſiae, Phaeſti Cretae.

Bouis caput floribus ornatum. n. Cleonae in Argolide. — cum infula, vel vittis ornatum. n. Athenarum, Corcyrae, Euboeae, Polyrrhenii Cretae. *Paruta* Tb. 76. fg. 1.) *Beger.* Th. Palat. p. 227. *et Tb.* Brand. I. p. 398.) M. *Pembrok.* II. Tb. 25. fg. 7.) *Wilde* Sel. Num. Tb. 8. fg. 46. p. 69. — *it.* Antiae gentis. — vittatum, penes quod caput humanum. n. Euboeae. *Saubert.* de ſacrificiis c. 18. p. 385.

Boius caput in area. n. Bruttiorum Italiae, Cauloniae, Elidis.

— — ad pedes Martis n. Bruttiorum.

— — d. pede premit Lunus. n. Hierapolis Phrygiae.

— — inter crura pegaſi. n. Antiochiae Cariae.

— — ſub grypho. n. Aſſi Myſiae.

— — ſub ſcrofa. n. Eleuſinis Atticae.

— — ſupra quod luna creſcens, in qua ſtella. n. Aezanis Phrygiae.

— — hinc et inde ſpica, n. Athenarum.

— — intra lauream. n. Phaeſti Cretae.

— — et culter in corona. n. Sardium.

— — humi iacens. n. Caenios Inſulae, Crotonis Bruttiorum.

— — incuſum. n. Metaponti.

— — geminum arae impoſitum. n. Nicaeae.

Bos, Βοῦς, apud Athenienſes monetae genus, quod bos in ea ſculptus foret, de quo *Spanhem.* Pr. I. p. 9. 65.) *Wathter.* Archaeol. Num. p. 32. et alibi.

ΒΩΣΙΟΣ Iouis cognomen ſingulare. ΖΕΥΣ ΒΩΣΙΟΣ. n. Hierapolis Phrygiae. *Wacker's* Sendſchreiben an Hrn. v. *Schachmann* p. 8.) *Arigoni* I. Tb. 11. n. 108. vbi vero minus recte numus occurrit.

Boſporus et *Veſperus*, Orientis et Occidentis indices in anaſtaſi Childericiana ſuper aureo Leonis Imperatoris numo, duplici ſidere inſignito. *Chifflet.*

Boſporus, Gr. Βόσπορος, ex Βοῦς, *bos*, et πόρος, *tranſitus*, quod Io in vaccam mutata fretum Thracium tranaſſe dicitur. Alii ſcribunt *Boſphorus* ex Βοῦς et φέρω, id quod *Stephanus Byz.* iam taxauit. Vtraque tamen ſcribendi ratio ſuos habet defenſores. — Duo ſunt Boſpori, alter iuxta Byzantium, qui *Thracius* dicitur, eſtque oſtium Ponti, per quod in Propontidem influit. Alter eſt Boſporus in introitu Maeotidis paludis, per quem in Pontum defluit; hic etiam *Cimmerius* nuncupatur Boſporus a Cimmeriis populis, partem eius frigidiſſimam incolentibus. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 409. ſq. 1074 ſq.

Vetuſtiſſimi in *Boſporo Cimmerio*, ſeu Cherſoneſo Taurica memorantur reges, a quinto ſaltem ante Chriſtum ſaeculo uſque ad inclinans quartum poſt Chriſtum. Aſt numiſmata non ante Paeriſadem III. comparent, quem Mithradates Eupator, rex Ponti, debellauit. In gratiam eorum, qui chronologiam numariam amant, aut prouehere ſtudent, *Froelichius* in Acceſſione noua ad Numiſmata Reg. Vet. p. 100 ad 108. tabulam e productis hactenus numis confectam vulgauit, ex qua vno velut adſpectu colligi nullo negotio poterunt: 1. Nomina et ordo regum Boſpori, quotque circiter annis regnarint. 2. Anni in eorundem numis ſignati. 3. Iidem annorum numeri reducti ad annos V. C. Varronianos. 4. Romanorum principum et Auguſtorum initium et finis in-

imperii, item in annis V. C. Iulianae formae. Ex combinatione columnarum huius tabulae illico patebit, ſub quo Auguſto rex quiſque Boſporanus vixerit. — Conſulendi quoque ſunt: *Iohn Cary* Hiſtoire des Rois de Thrace et de ceux du Boſphore-Cimmerien, éclaircie par les médailles. à Paris 1752. 4. Germanicam huius opuſculi verſionem cf. *Sigm. Iac. Baumgarten* Sammlung von Erläuterungsſchriften und Zuſätzen zur allgemeinen Welthiſtorie. Tom. IV. — Diſſertations du P. *Etienne Souciet* Tome III. contenant I. la diſſ. ſur les médailles de Pythodoris, reine du Pont et du Boſphore. II. diſſ. ſur une médaille du cabinet de l'abbe Rothelin, dans la quelle on explique et fixe l'ere et toute la chronologie des rois du Boſphore-Cimmerien. à Paris. 1736. 4. — *Io. Foy Vaillant* Achaemenidarum imperium, ſiue regum Ponti, Boſphori, et Bithyniae hiſtoria, ad fidem numiſmatum accommodata. Pariſ. 1725. 4. — Pariter numos regum Boſpori Cimmerii commemorarunt: *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. P. I. p. 135 ſqq.) *Froelich.* Notit. Elem. p. 152 ſqq.) Com. de *Khevenhüller* in Reg. Vet. Numiſm. p. 146. ſqq.) *Spanhem.* Pr. I. p. 490 ſqq.) Muſ. *Theupoli* p. 1198. ſq.

BOSTR. *Boſtra* Arabiae. COL. BOSTR. *Colonia Boſtra*, quae

Boſtra Stephano Βόστρα πόλις Ἀραβίας, οὐδετέρως καὶ θηλυκῶς, τὸ ἐθνικὸν Βοστρηνὸς καὶ Βοστραῖος, *Boſtra urbs Arabiae, genere neutro et femineo. gentile Boſtrenus et Boſtraeus.* In maximis Arabiae vrbibus cenſebatur. Iuxta antiquarios primum in Alexandri Seueri numis obuia COLONIA BOSTRA, eoque ipſo illius Caeſaris nomine in iis aliiſque dein dicta *Alexandriana.* Sed iuxta Numiſm. *Maurocen.* p. 103. legitur iam ante eadem vrbs inſcripta COLONIA BOSTRA in numis Caracallae et matris Iuliae Domnae. Exſtant antiquiores illius vrbis numi, vt in Commodo, ſed ſine addito coloniae cognomento, vt ex nominibus N. ΤΡΑ. ΒΟCΤΡΑ a Traiano quidem inſtauratam hanc Boſtram liceat inde ſtatuere, haud tamen deductam ab eo in id oppidum coloniam. Eadem quoque Boſtra, muris primum munita a Seuero, Arabiae Petraeae *metropolis* exſtitit, vnde etiam in numo Philipporum BOSTRA COL. METROPOLIS inſcripta cernitur. *Scaliger.* ad *Euſebium* et *Holſten.* ad *Ortelium* Boſtram hanc *Philippopolim*, Philippi Imperatoris patriam, adpellatam fuiſſe tradiderunt, quod vero ex hiſtoriis confirmari non poteſt. *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. p. 589.) *Spanhem.* Pr. II. p. 612. — Nunc *Boſra Leunclauio*, et *Boſtereth* G. *Tyrio* vocari teſtatur in lexico geographico *Ferrarius*; vel referente *Guſſemio Boſſeret*, ſiue *Buſſereth*. — Numi ſuperſtites ſunt:

a) *Commodi.* 1. N. *al.* ΝΕ. ΤΡΑ. ΒΟCΤΡΑ, Νερυία Τραιανὴ Βόστρα, *Neruia Traiana Boſtra*, a Nerua Traiano, qui Arabiam A. V. C. 859. poſt Chr. 106. acquiſiuit. *Harduin.* Oper. p. 35. 750.) *Guſſeme* I. 405.) Νερυιανὴ etc. *Neruiana*, ita *Vaill.* Num. Gr.) *Patinus* Latinas et Graecas litteras permiſcuit.) *Cellario* Not. Orb. Ant. II. 589. Νέα Τραιανὴ, *Noua Traiana.* Typus eſt camelus. Æ 3.

b) *Seueri.* 2. ΑΥ. ΚΑ. CΕ. CΕΟΥΗΡΟC. Caput eius laur.)(. . . ΒΟCΤΡΑ . . . Templum 4. col., in quo mulier turrita ſt. d. tropaeum, ſ. c. c. Æ 1. M. *Theup.* p. 956. — 3. *al.* ſed ΒΟCΤΡΑ ΕΤ. ΡΔ. *Boſtra, Anno* 104 vel Chr. 209. *Beger.* Th. Br.) *Harduin.* p. 35. — 4. N. ΤΡ. ΒΟCΤΡΑ. *Hard.* ib.) *Cellar.* ib.) *Guſſeme* I. p. 406.

c) *Caracallae.* 5. ΒΟCΤΡΩΝ, *Boſtrorum.* Vir inequitans camelum.

hum. *Æ. Vaill.* Adpend. Tb. 10. — 6. Α. ΤΥΧΗ ΒΟϹΤΡΩΝ, 'Αγαθὴ τύχη Βόστρων, *Bona Fortuna,* ſeu *Bonus Genius Boſtrorum.* Caput muliebre turritum, pone quod cornucopiae. Æ 2. *Guſſeme* n. 2.) *Hard.* p. 35.) *Vaill.* Gr.

d) *Alexandri Seueri.* 7. IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Caput laur.)(COLONIA BOSTRA. Caput Iouis Ammonis. Æ 3. *Eckbel.* Cat. I. p. 252.) *Hard.* p. 35. — 8. *Al.* Sed IMP. CAES. SEV. ALEXAND. AVG. Cap. laur.)(*Eadem Guſſeme* n. 3.) *Vaill.* Col. — 9. *Al.* ſed Silenus ſt. d. attollit, humero ſiniſtro vtrem gerit hircinum. Æ 3. *Guſſ.* n. 4.) *Vaill.* Col. — 10. *Al.* ſed caput vel Iſidis, vel genii turritum calatho inſigne, poſt caput cornucopiae impreſſum, vrbem rebus omnibus ad vitam neceſſariis abundantem denotat. Æ 3. *Guſſeme* ib.) *Vaill.* ib.) *M. Theup.* p. 726. ſed ALEXANDER AVG. etc. — 11. N. TR. ALEXANDRIANAE COL. BOSTR. Sacerdos vel colonus agens boues. Æ 1. Rrr. *Cellar.* ib.) *Erizzo.*) *Guſſeme* n. 5.) *Hard.* p. 35.) *Vaill.* Col.

e) *Iuliae Mamaeae.* 12. IVLIA MAMAEA AVGVSTA. Huius caput.)(COLONIA BOSTRA. Caput Iouis Ammonis. Æ 3. *Eckbel.* Cat. n. 2. — 13. *Al.* ſed caput Serapidis cum modio. Æ 3. *Cellar.* ib.) *Hard.* p. 35.) *Guſſeme* n. 6.) *Vaill.* Col. I. p. 130.) *M. Theup.* p. 730. — 14. *Al.* ſed caput muliebre turritum. Æ 3. *Beger.* Th. Br.) *Mdb.* p. 326. — 15. *Al.* ſed pone caput turritum cornucopiae. Æ 3. *Guſſeme* ib.) *Mdb.* ib.) *Muſell.* Impp. Tb. 183. fg. 9.) *Patin.* Ind. p. 22.) *M. Theup.* p. 770.) *Vaill.* ib. — 16. COL. F. BOSTRA ALEXAND. *Colonia Felix Boſtra Alexandrina.* Caput muliebre velatum et turritum, coram aſtrum, poſt cornucopiae. *Guſſ.* n. 7.) *Mdb.* p. 327.) *Triſtan.* II. p. 426.) *Cellar.* Not. Orb. Ant. II. 589. ſed male ad Iuliam Aquiliam refert. — 17. N. TR. ALEXANDRIANAE COL. BOSTR. Aſtarte, ſeu Venus, tutulata, ſui cultum Boſtrae indicans, ſtat in Templo tetraſtylo, d. ſcipionem in crucem efformatum gerit, ſ. c. c. ad rerum omnium in agro Boſtreno arguendam; pro pedibus hinc et inde centauri buccinam inflantis figura eſt. Æ 1. Rrr *Cellar.* ib.) *Hard.* p. 35.) *Vaill.* Col.

f) *Maximini.* 18 ..... ΜΑΞΙΜΙΝΟϹ. Caput eius laureatum.)(ΝΕ. ΤΡΑΙΑ .... Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam. Æ 2. *Eckbel.* Num. Vet. p. 289. Capitis inſcriptio Graeca praeter morem, nam ex quo facta fuit colonia, Graeca eſſe deſinit.

g) *Philippi Senioris.* 19. IMP. M. I. PHILIPPVS AVG. Huius caput laureatum.)(COL. METROPOLIS BOSTRA. Caput laureatum. Æ. *Guſſeme* n. 8.) *M. Theup.* p. 741. — 20. M. IVL. PHILIP. AVG. Huius caput.)(COL. METROPOLIS BOSTRA circum coronam, in qua CEB. Æ. *Guſſ.* n. 9.) *Mdb.* p. 347.

h) *Philippi Iun.* 21. M. IVL. PHILIPPOS (*ſic*) CESAR. (*ſic*) Caput Iunioris Philippi radiatum, non nihil in ſenium vergens, qua de cauſa *Froelich.* 4. Tent. p. 127. Philippo Sen. tribuit.)(COL. METROPOLIS BOSTRA. Corona, intra quam ΑΚΤΙΑ ΔΟΥϹΑΡΙΑ. Æ 1. Rrr. *Eckbel.* Cat. n. 3.) *Cellar.* l. c. — 22. MARC. IVL. PHILIPPVS CAESAR. Caput eius nudum.)(*Eadem.* Æ 1. *M. Theup.* p. 741. — 23. *Al.* ſed intra coronam querceam CEBACMIA. *Guſſeme* n. 10.

Praeter hos commemoratur in Muſ. *Theup.* p. 831. *Auguſti* nummus: ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Auguſti caput nudum.)(ΒΟϹΤΡΩΝ. Cetra. Æ 4. ſed nullibi de eodem fit mentio.

Bo-

Botrus vuae regionem vini fertiſem notat. vid. *Racemus vuae.*

ΒΟϹΤΡΩΝ, *Boſtrorum* v. *Boſtra.*

ΒΟΤ Aradiorum *annus* 372. ex computo epochae eius initae 495. reſpondet anno V. C. 867.

Botaniates. v. *Nicephorus.*

ΒΩΤΑ, *Vota.* Plurimae figurae ſacrificio adſtantes ante templum quatuor columnis fultum, in quo cuncula. Æ mai. Epheſiorum. *Vaill.* Gr.

ΒΟΤΡΥΗΝΩΝ, *Botryenorum*, populi Phoeniciae, qui Elagabalo percuſſerunt numum Æ 2. in quo Aſtarte ſt. in templo ſex columnarum cum epigraphe ΒΟΤΡΥΗΝΩΝ ΟϹ, *Botryenorum Anno* 270, qui iunctus cum epochae initio 705. incidit in annum V. C. 975. Chr. 221. *Guſſeme* I. p. 406.) *Harduin.* Oper. p. 36. 817.) *Vaill.* Gr. 261. — Templum Aſtartes eius antiquitatem et cultum in vrbe indicat. Ithobaus ex ſacerdote Aſtartes factus Tyriorum rex, poſtquam interfeciſſet patruum, cultum Botry - inſtituit, cum eam condidit, vt refert *Ioſephus* ex Menandro L. VIII. Antiq. c. 7. Quae

Botrys Phoeniciae vrbs maritima *Plin.* L. V. c. 18. multas paſſa eſt mutationes, tandem euulſa a Ptolemaeis per Antiochum Magnum, ex *Polybio* L. V. Haec manſit in Seleucidarum imperio uſque ad diſſidia Antiochorum regum, ſub quibus diruiſſum eſt; vrbem Botrym Pompeius tandem euertit, at cum Iulius Caeſar ex Aegypto A. V. C. 707. per Syriam exercitum duceret, Botryenis qui ipſi adclamauerant, mox Pompeio deuicto vt vrbem aedificarent permiſit, vndé a prima Iulii dictatura, vt Antiocheni, aeram Iulianam A. V. C. 705. ante Chr. 49. computarunt. *Vaill.* Gr. N. p. 861.) *Froelich.* Notit. Elem. p. 45.

ΒΟV in ima parte numi Getae, in cuius ſuprema STA. in media bos. *Harduinus* Oper. Sel. p. 161. geminum Campaniae oppidum *Bouillas* et *Stabias* ſignari credidit, cui *Bouillae* in mediterraneis Campaniae. Repetit *Harduinam* illam interpretationem *Guſſeme* I. p. 406. Idem numus adfertur a *Patino* Impp. p. 317. nec in explanando eo ſatisfacit. De eodem mumo *Eckhel.* Num. Vet. p. 315. „Satis adhuc, inquit, incerta omnia, et digna antiquario Oedipo.„

ΒΟVΛΗ loco ΒΟΥΛΗ, *Senatus.* Ita enim ΙΕΡΑ ΒΟVΛΗ. n. Aphrodiſiae, Attudae etc.

ΒΟΤΒΑC. L. ΙΑ. *Bubaſtites* in Africa, *Anno vndecimo.* Figura ſtans d. auem. *Belleius)* *Neumann.* Pop. Num. II. p. 96.

ΒΟΥΑ. abruptum ſcribae nomen in n. Magneſiae ad Maeandrum, aetate vitiato. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 43. n. 2.

ΒΟΥΛΑΙΟϹ, *Conſultor.* Iouis epitheton. In inſigni et e maximorum genere numo a Mytilenaeis percuſſo legitur ΖΕΥϹ ΒΟΥΛΑΙΟϹ, *Iupiter Conſiliarius.* Χ ΘΕΟϹ ΑΚΡΑΙΟϹ Sic in Athenarum βυλῆς, ſeu curiae ingreſſu ΔΙΙ ΒΟΥΛΑΙΩ, *Ioui Conſiliario. Spanh.* Pr. I. p. 133.) *Guſſeme* V. p. 186.

ΒΟΥΛΑΙΩ, *Conſiliario* vel *Conſilii Praeſidi.* ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΒΟΥΛΑΙΩ, *Auguſto Caeſari Conſultori* Æ 3. Pergamen. in Auguſto.

ΒΟΥΛΗ, *Curia, Senatus*, ariſtocraticum nempe regimen, vti ΔΗΜΟΣ democraticam reipublicae formam deſignat. Sic inſcripti ſub laureati aut velati muliebris capitis ſymbolo numi Graecarum ciuitatum plurimi, ac in Aſia potiſſimum, prout pluribus oſtendit *Spanhem.* Pr. I. p. 133. — ΒΟΥΛΗ vox quomodo a ΓΕΡΟΥΣΙΑ, Seniorum collegio, diſtincta ſit, docet *Liuius* L. XXX. c. 16.

— ΚΟΙΝΟΒΟΥΤΑΙΟΝ inſcriptum duobus Tarſi et Anazarbi in Cilicia numis, de quibus *Spanhem.* Orb. Rom. p. 419 ſq. vid. ΚΟΙΝΟΒΟΥΤΑΙΟΝ.

ΒΟΥΑΗ, et caput iuuenile laur. n. Attudae Phrygiae. *Cim. Vind.* I. Tb. 15. fg. 13. p. 85. v. ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ.

— et caput ſenatus iuuenile turribus ornatum. Æ 2. Peſſinuntis in M. Aurelio. *Harduin.* Oper. p. 777.) *Vaill.* Gr.

— et caput muliebre velatum. n. Tripolis Phrygiae. vid. ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ.

— ſupra, infra vero ΔΗΜΟΣ, *Populus*, circum ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΣ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Nicomodiae Concordia.* Figura ſenilis barbata dextram porrigit muliebri figurae turribus ornatae, ad reſarcitam inter diſſidentes *Senatum* et *Populum Concordiam* notandam. Æ 2. Nicomediae in M. Aurelio, *Vaill.* Gr.

— in area; n. Nicopolit. ad Iſtrum.

ΒΟΥΡΑΙΩΝ. vid. *Bura.*

Βοῦς a *bouis* effigie et forma. *Iul. Pollux.* L. IX. „Vetus is erat numus Athenienſium (ſiue Deliorum, ſiue vtrorumque) et vocabatur *bos*, quoniam bouem habebat inſculptum.“ Priſci enim animal honorantes, vni quidem numi parti bouem, alteri vero regia effigiem inſcribebant. Alii bouem numo inſcriptum eſſe ideo volunt, quod quadrupedum permutatione contractus antiquitus fieri conſueuerint ante pecuniae vſum excogitatum. — *Aureos* etiam boues numos olim fuiſſe, Etymologus apud Graecos teſtatur et Homeri Scholiaſtes in Lib. II. Iliad. — *Argenteum* vero didrachmum, vel duarum drachmarum valet ſex groſſos Miſnicos. Theſeus hunc numum Athenis percuſſit, vt eſt apud *Plutarchum* in Theſeo, cum inquit: „ Percuſſit vero et numum boue inſculpto aut propter Marathonium taurum, aut propter Minois ducem, aut ad agriculturam ciues inuitans. Ab illo autem hecatomboeum et decaboeum nominatum eſſe aiunt. Fuſius id egit *Matth. Hoſt.* Hiſt. rei numariae L. III. c. 3.

ΒΟΥΣΙ. — ΒΟΥΣΙΡ. Βουσιριτῶν, *Buſiritarum* Aegypti. vid. *Buſiris.*

Βουστροφηδὸν γράφειν, ex βοῦς et τρέφω, *ſcribere vertendo* et flectendo more boum arantium, id eſt, a ſiniſtra ad dextram, et a d. ad ſiniſtram, vnde de ſcriptura Graecorum tali antiqua dicitur. v. *Retrograda ſcriptio.*

ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ. *Buthrotinorum* Epiri. vid. *Buthrotum.*

ΒΠ Antiochiae in Syria *annus* epochae ab anno 705. coeptae, qui anni, ſi ſimul iunguntur, dent annum V. C. 787. n. Tiberii.

ΒΠΡ Anazarbi Ciliciae *annus* 182, cuius aera incipit anno 734; ideo in L. Veri numo annum V. C. 916. indicat. *Vaill.* Gr. p. 250.

— Aſcalonitarum Palaeſtinae *annus* 182, qui ſi copuletur cum epochae initio 650, dabit A. V. C. 832. *Noriſ.* Epoch. Syromaced. diſſ. V. p. 431 ſq.

— Tyri Phoeniciae *annus* 182. in n. Antiochi VII. vulgo Sidetis. *Froelich.* Annal. Syr. p. 85.

ΒΠΣ *Annus* 282. in n. Caracallae ab Alexandrinis ad Iſſum Ciliciae, quorum epocha incipit A. V. C. 687, hoeque addito erit 969. *Vaill.* Gr. p. 247.

— 282. Apameae Syriae. Muſ. *Hunter.* p. 34.

— Gadarae *annus* 282. vel V. C. 972. copulato aerae vrbis initio 690. n. Elagabali, *Vaill.* Gr.

ΒΠC Pompeiopolis Ciliciae *an.* 282, quem ſi coniungas cum aerae illius capite 687, annum attinges 969. n. Caracallae. *Vaill.* Gr. p. 281.

— Thraconitarum annus 282. n. Zenodori in Auguſto. *Harduin.*) *Vaill.*) *Froelich.* Not. Elem. p. 229.

B. ΠΥΡ. in mon. [41] *Regis Pyrrhi. Eckhel.* Num. Vet. Tb. 7. fg. 10. p. 103.

B. Φ. Βασιλέως Φιλίππου, *Regis Philippi* Macedoniae.

B. ΦΙΛΙ. Item, n. Abderae Thraciae.

BQ Gadarenſium libertatis *annus* 92, epochae eorum principio 690. addito, cadit in annum V. C. 782. n. Tiberii. *Vaill.* Gr. p. 264.

— Samoſatenſium *annus* 92. aerae Flauianae, qui ſi addatur eius capiti 825, habebis A. V. C. 916, cuius autumno coepit. n. L. Veri. *Vaill.* Gr. p. 283.

BQP Gazenſium annus 192. aerae antiquae, iuncto epochae eorum principio 693, incidit in A. V. C. 885, qui eſt 3. Hadriani, cuius numus eſt. *Vaill.* Gr.

— Irenopolitarum Ciliciae annus 192, cum aerae eorum capite 805. coniunctus, efficiens A. V. C. 997. n. Gordiani Pii. *Vaill.* Gr.

— in n. Antiochi VIII. vulgo Grypi *an.* 192. *Froelich.* Ann. Syr. p. 97.

BQΣ Apameae Syriae *annus* 292. Seleucid. aerae. M. *Hunter.* p. 34.

— in n. Zenodori *an.* 292. *Morell.* Theſ. Impp. I. p. 407.

BQT in n. Sauromatis III. Boſpori Cimmerii regis *annus* 492 vel V. C. 949. *Froelich.* Not. Elem. p. 210.

BP. Βρεττία, *Brutia.* BP. KPICΠINA CEB, *Brutia Criſpina Auguſta*, vxor Commodi Imp. n. Byzantii. *Haym.* Th. Br. II. Tb. 37. n. 6. p. 304.

bR. Βασιλεῖς, *Reges Romanorum.* BASIL. C. CONSTANTIN. bR. *Baſilius* II. *Et Conſtantinus* XI. *Impp. Romanor. Band.* II. 726.

Bracara, vel C gemino *Braccara* Luſitaniae oppidum. *Cellar.* Not. Orb. Ant. I. p. 82. *Plinio.* L. IV. c. 34. Bracarum oppidum Auguſta, hodie *Braga. Ptolemaeo* L. II. c. 6. Βράκαρ' Αυγούστα. Apud *Gruterum* p. 324. BRACARAVGVSTANI. — Numum Caii et Lucii Caeſarum, quo cuſum eſt COL. B. A. et tauri cornupetae effigies, huc refert *Harduin.* Oper. p. 36. quas litteras interpretatur: *Colonia Bracara Auguſta. Mdb.* 58. — PIVS BRACARA. Crux ſuper gradibus.)(RECCESVINDVS RX. Protome regis barbata et diademate cincta. *Guſſeme* I. p. 407. VI. p. 25. — PIVS BRACARA. Eadem crux, et alia deſuper.)(I. DI. NM. EGICA RX. VCTR. Protome cum cruce. *Guſſeme.* I. p. 407. III. p. 111. n. 10.

Brachium humanum nudum tenens ramum, ſupra duae ſtellae c. epigr. AΓΚΩΝ. n. Anconae in Italia. *Eckhel.* Cat. I. p. 15.) M. *Hunter.* p. 25.) *Peller.* Tb. 7. fg. 1.

Bracteati numi, quorum aliquos dedit depictos M. *Pembrok.* III. Tb. 109.

Branchidas Apollinis cognomen, poſt vero loco Branchidae dictus *Didymeus*, ΔΙΔΥΜΕΥΣ.

BREA litterae in n. Witticae, regis Gothici in Hiſpania, quas *Guſſeme* I. p. 406 et VI. p. 619. n. 2. ad *Bretoniam* Hiſpaniae vrbem antiquam refert.

Brea-

Brendeſium, Calabriae veteris vrbs. v. *Brundusium.*

ΒΡΕΝΔΗΣΙΝΩΝ, *Brendeſinorum.* vid. *Brunduſium.*

ΒΡΕΤ. Βρεττίων, *Bruttiorum.* Aquila alis expanſis fulmini inſiſtens. *Magnan.* Brutt. Numiſm. Tb. 50. fg. 1. — *Al* ΜΑΜΕΡ. ΒΡΕΤ. *Mamertinorum Bruttiorum.* Idem aquilae typus. *ibid.* Tb. 50. fg. 5. — *Al* ſed aquila ſt. *ibid.* fg. 10. — *Ead. epigr.* ſed taurus ſtans. n. Mamert. *ibid.* Tb. 50. fg. 4. — *Al.* ſed caput iuuenile laur. *ibid.* fgg. 6. 9. — *Al.* ſed Mars nudus capite galeato gradiens, d. clipeum, ſ. haſtam. *ibid.* fg. 7.

ΒΡΕΤ. vel ΒΡΕΤΑΝ. Βρετανικὸς, vel integre ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ, cognomen a victoria. vid. *Britannicus.*

ΒΡΕΤΤΙΑ, Latinis *Bruttia.* Initio omnis illa peninſula Siciliae oppoſita vocabatur Iapygia, mox Oenetria, Italia dein, eoque nomine latius progreſſo, demum Βρέττια, quas primo Silae ſiluae concluſa terminis, poſtea vniuerſam littoralem oram ad Laum uſque occupabat. Oenotria, Italia, Brettia, adpellationes ſynonimae ſunt, abOrientis linguis, quibus Iapyges vtebantur, adſcitae, ac indolem terrae, pice reſinaque plurima diuitis, adumbrantes. Βρέττια deriuatur ab Hebraeorum Beroſch et Berot, Chaldaeis nempe Syriſque ſchin in tau mutantibus. Pluralis Berotim ſiue Brotim, omne genus arborum ſignificat, unde pix et reſina ſtillat. Habes igitur originem nominis vrbis Bert ſeu Birt, populique ΒΡΕΤΤΙΩΝ, a pice videlicet, cuius immenſam officinam ſilua Sila praebebat. Conf. *Mazoch.* in tabulas Heracleenſes. p. 534. *ſeqq.* vid. *Bruttia.*

ΒΡΕΤΤΙΩΝ, *Brettiorum* ſiue *Bruttiorum* numos ſequentes exhibet *Combe* in Muſ. *Hunter.* p. 69 ſq. et quidem

a) *ex auro.* 1. Caput barbatum et villa redimitum ad ſin. pone tridens, infra delphinus.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Figura muliebris equum marinum inequitans d. Cupidini arcu et ſagitta armato impoſita, in area d. ſtella. 65½ pd. *Magnan.* Bruttia Num. Tb. 3. — *Al.* cum capite Herculis iuuenili diademato, retro claua. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. Tb. 1. fg. 11. — *Al.* barbatum Herculis caput in rictu leonis; a tergo claua. *Neumann.* Pop. Num. I. Tb. 1. fg. 12.

b) *Argentei numi.* 2. Caput Victoriae ad d. pone claua.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ, vti legitur quoque in ſequentibus. Figura nuda ſt. a fronte, d. lauream ſupra caput tenens, ſ. haſtam, a d. temo. 74½ pd. *Magnan.* ib. Tb. 5. fg. 4. — 3. *Al.* ſed a d. figurae cancer. 73. pd. — 4. Caput idem, pone fulmen.)(*Eadem*, ſed a d. mon. [16] 71½ pd. — 5. *Al.* ſed pone caput auis. 68½ pd. — 6. *Al.* ſed pone caput anticae partis caput equi.)(*Eadem*, a d. ſerpens et Σ. 68½ pd. Muſ. *Theup.* p. 1255. — 7. Caput muliebre velatum ad d. trans humerum ſceptrum, pone apis.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Iupiter ſtans ad ſ. pede dextro capiti columnae innixo, ſ. manu haſtam gerit, d. genu innixa, ante aquila volans in vnguibus lauream tenens. 72½ pd. *Magnan.* ib. Tb. 5. fg. 12.) M. *Pembrok.* II. Tb. 7. fg. 6. — 8. *Al.* ſed in vnguibus aquilae fulmen. 74½ pd. — 9. Caput idem cum ſceptro, pone vas.)(*Eadem.* 71½ pd.

c) *Aenei numi*, quorum *Combe* l. c. meminit. 10. Caput barbatum et galeatum ad ſ. infra fulmen.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Victoria ſt. ad ſin. d. tropaeum coronans, ſ. palmam; inter eam et tropaeum ancora inuerſa, in area mon. [115] *Magnan.* ib. Tb. 6. fg. 1. — 11. Caput idem, infra ſpica, pone duo glo-

lobuli,)(*Eadem*, ſed. inter Victoriam et tropaeum cornucopiae, ſupra ſtella. — 12. *Al.* ſed luna creſcens loco ſtellae. — 13. *Al.* ſed pone Victoriam bipennis. — 14. Caput idem ſine ſpica.)(*Eadem*, ſed inter Victoriam et tropaeum annulus vnco munitus, ſpecies harpaginis, vt *Combio* videtur. — 15. Caput idem, infra hordei ſpica.)(Eadem cum caduceo iu loco annuli vncati. — 16. Caput idem, infra fulmen.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Figura muliebris gradiens ad d. laeua ſcutum, trans humerum haſtam gerens, ante vuae racemus. *Magnan*, ib. Tb. 10. fg. 1. — 17. *Al.* ſed ante mulierem caput bouis. — 18. *Al.* ſed ante mulierem taeda. — 19. *Al.* ſed ante noctua. — 20. Caput idem ſine fulmine.)(*Eadem*, ante mulierem corona laurea. — 21. *Al.* ſed ante flagellum. — 22. *Al.* ſed ante tripos. — 23. *Al.* ſed ante cancer et fulmen. — 24. Caput idem in corona laurea.)(*Eadem*, ſed ante mulierem lyra. *Magnan*. Tb. 7. fg. 10. — 25. Caput Herculis imberbe exuuiis leonis tectum ad d. pone gladius.)(*Eadem*, ante aratrum. *Magnan*. ib. Tb. 10. fg. 10. — 26. *Al.* ſed ſub capite Herculis claua.)(*Eadem* ſine aratro. — 27. Caput Iouis laureatum ad d. pone fulmen.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Figura nuda galeata ſtans, d. haſtam, ſ. ſcutum, ante noctua. *Magnan*. ib. Tb. 8. fg. 1. — 28. *Al.* ſed pone caput fulmen.)(*Eadem*, ante figuram vuae racemus. — 30. *Al.* ſed ante taeda. — 31. Caput idem.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Aquila ſt. ad ſ. in vnguibus fulmen. *Magnan*. Tb. 14. fg. 1. — 32. *Al.* ſed pone caput fulmen.)(*Eadem*, ante ancora et mon. [115] — 33. Al. ſed pone caput ſpica hordei.)(*Eadem*, ante cornucopiae. — 34. *Al.* ſed ante c. c. ſupra luna creſcens. — 35. *Al.* ſimilis, ſed ſupra ſtella. — 36. *Al.* ſed bipennis loco ſtellae. — 37. Caput idem, pone gladius.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Aquila capite retrouerſo ſtans ad ſ. ante aratrum. *Magnan*. ib. Tb. 16. fg. 10. — 38. *Al.* ſed pone caput haſta. — 39. *Al.* ſed pone caput ſceptrum. — 40. *Al.* ſed pone caput fulmen. — 41. ΝΙΚΑ. Caput muliebre ad ſ. pone cornucopiae, infra luna creſcens.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Iupiter nudus ſt. ad d. brachiis extenſis, d. fulmen, ſ. haſtam. *Magnan*. Tb. 17. fg. 1. — 42. ΝΙΚΑ. Caput idem, pone hordei ſpica.)(*Eadem* pone Iouem bipennis, ante c. c. — 43. ΝΙΚΑ Caput idem, infra hordei ſpica.)(*Eadem* cum bipenne et c. c. — 44. ΝΙΚΑ. Caput idem, pone hordei ſpica.)(*Eadem* ſine bipenne. — 45. Caput muliebre ad ſ. pone hordei ſpica.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Typus idem. ante c. c. inter crura ſtella. — 46. Caput Victoriae alatae ad ſ. infra fulmen.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Iupiter bigam ad ſ. agens d. fulmen, ſ. haſtam, infra tauri facies. *Magnan*. Tb. 18. fg. 8. — 47. *Al.* ſed ſub bigis vuae racemus. — 48. *Al.* ſed infra taeda. — 49. Caput idem.)(*Ead.* infra cancer. — 50. *Al.* ſed bigae ad d. infra aratrum. *Magnan*. ib. Tb. 18. fg. 16. — 51. Caput imberbe ad ſ. cancro in loco caſſidis poſito.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Cancer. *Magnan*. Tb. 19. fg. 12. — 52. *Al.* ſed ſupra pagurum tauri facies. *Magnan*. ib. Tb. 20. fg. 13. — 53. Caput cum cancro, vt ante, ſed ad d.)(*Eadem*, ſupra cancrum aratrum. — 54. Caput imberbe ad ſ. pone hordei ſpica.)(*Ead.* ſupra cancrum c. c. *Magnan*. ib. Tb. 20. fg. 15. — 55. Caput imberbe galeatum ad ſ.)(ΒΡΕΤΤΙΩΝ Noctua ſt. ad d. *Magnan*. ib. Tb. 20. fg. 3. vid. *Bruttia*.

ΒΡΕΤΤΙΩΝ legitur ſupra templum tetraſtylum, in quo figura ſedens. n. Temeſenſium Bruttiorum. *Magnan*. Brutt. Numiſm. Tb. 84. fg. 2. — ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Aquila ſt. deſuper aſtrum. n. Mamertinorum Bruttiorum. *Magnan*. ib. Tb. 50. fg. 8.

Brias, Briadis, vrbs Piſidiae regionis Aſiae iuxta *Strabonem*. — ΒΡΙΑΝΩΝ. Iſis gradiens d. ſiſtrum, ſ. veſtem leuat.)(Caput Serapidis cum modio. Æ. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 6. fg. 12.) *Guſſeme* I. p. 407.

Brica, quae et *Flauiobriga*, vrbs Hiſpaniae Tarraconenſis ad oram Oceani Cantabrici, ad Neruium fluuium, nunc Bermeo dicitur teſte *Morali*. Apud *Ligorium* in Veſpaſiani numo legitur: FLAVIA BRICA AVGVSTA. *Guſſeme* I. p. 407.) *Mdb.* 110.) *Spanb.* Pr. 769. ed. vet.

BRICO. Caput muliebre galeatum alatum. Ꝛ. *Bouteroue* p. 52.) *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. I. p. 13.

bRINCIPVM, inuerſa P littera. v. VICꓕOꓤIV bRINCIPVM. n. Theodahati. *Band.* II. 644.) *Guſſeme* VI. p. 325. n. 3.

Brindiſium v *Brunduſium*.

ΒΡΙΟΥΛΕΙΤΩΝ et ΒΡΙΟΥΛΙΤΩΝ, *Briulitarum* Lydiae v. *Briula*.

BRIT. *Britannica*. v. VICT. — VICTORIA.

— *Britannicae*. v. VICTORIAE.

BPIT. Βρεταννικός, *Britannicus*, ita a) Caracalla: ΜΑ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥ. ΒΡΙΤ. n. Corcyrae. *al.* Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ. ΑΥ. ΒΡΙΤ. — b) Geta: Π. ϹΕΠΤΙΜΙΟϹ ΓΕΤΑϹ ΕΥϹ. ΑΥ. ΒΡΙΤ.

BRIT. *Britannicus* cognomen, quod inchoat in numis a) *Commodi* Ao. Chr. 184. inde COMM. ANT. AVG. BRIT. — COMM. BRIT. MAX. — AVG. P. BRIT. — P. FEL. AVG. BRIT. — AVG PIVS BRIT. — AVG. P. FELIX BRIT. — P. vel PIVS FELIX AVG. BRIT. — BRIT. FELIX, nempe *Britannicus Felix* Commodus in n. rarius inſcribitur; in plurimis ſcilicet eius numis cognominum ſitus FELIX BRIT. vel FELIX AVG. BRIT. de qua variatione *Spanhem.* Pr. II. p. 441. — b) *Seueri*, Britanniae enim pars, teſte *Dione*, paullo minus quam dimidia, Romanorum iam erat, et cum vellet integram in ſuam poteſtatem redigere, ad extremam illius partem victor peruenit Seuerus; hinc legitur: L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG. BRIT. — c) *Caracallae*, qui Britannici titulum cum patre cepit Ao. Chr. 210. exſpirat vero idem titulus A. 213. *Spartiano* teſtante, Britannis terra marique victis et ad imperium Romanum coactis, Caracalla cum patre omnibus potitus eſt honoribus. Primum id cognomen obtinuit Caracalla, poſtquam TRIB. POT. XIII. ſuſcepit, vti cum chronologis numi conteſtantur. Exſtant quidem argentei Caracallae numi, e quibus alii TRIB. POT. XIII. cum titulo BRITannici, alii ſine eodem oſtentant; id quod indicat, adſumta iam TRIB. POT. XIII. Britannici cognomine ornatum fuiſſe. *Froelichius* adfert einſdem Caracallae numum TR. P. VII. aliumque TRI. P. XII. adiecto itidem titulo BRIT*annici*, poſticae vero typus non ad Caracallam, ſed ad aliam capitis formam pertinet, cum Caracalla Trib. Pot. anno X. vel XI. primum iter in Britanniam inſtitueret. Geta autem fratre imperii conſorte occiſo A. V. C. 966. in Germaniam profectus, de hoſtibus victoriam retulit, vnde GERM*anici* cognomen adſumſit, relicto *Britannico*, quod antea Caracalla geſſit in numis ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. *al.* M. AVREL. vel AVRELIVS ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. *al.* IMP. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. etc. inſcriptis. — d) *Getae* cognomen, quod pariter inchoat Ao Chr. 210. vnde P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT. vel IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

BRIT. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. S. C. Fig. muliebr. tunicata d. gladium, ſ. coronam. Æ 1. Commodi. *Vaill.* Pr. I. p. 96.) *Mdb.* p. 249. ſed BRITT. cum T. duplici.

BRITAN. *Britannia*, in clipeo legitur, quem tenet Victoria gradiens. Æ 2. Antonini Pii, qui per Lollium Vrbicum legatum Britannos vicit, ex *Capitolino*. *Vaill.* Pr. I. p. 73.) M, *Theup.* p. 485.

— Victoria globo inſtans, d. coronam. AV. AR. Anton. Pii. *Mdb.* 194.) *Vaill.* Pr. II. p. 159.

— IMPERATOR II. S. C. Victoria globo inſiſtens, d. lauream, ſ. palmam. Æ 2. Anton. Pii. *Mdb.* 194.) M. *Theup.* 485.) *Vaill.* Pr. I. 73.

— P. M. TR. P. X. IMP. VI. COS. IIII. P. P. Figura galeata ſedens d. caduceum, ſ. pilum cum clipeo, in quo S. P. Q. R. Æ. Commodi. *Mdb.* 249.

BRITAN. *Britannica.* v. VICTORIA.

— *Britannicus.* v. EXERCitus.

ΒΡΙΤΑΝ. Βρεταννικὸς, *Britannicus*, ita Commodus: ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥ. ΚΟΜ ΒΡΙΤΑΝ. Æ max. Aegeorum Ciliciae. M. *Theup.* 922.

BRITAN. *al.* BRITANN. *Britannis.* vid. DE BRITANNis.

BRITANNIA. Figura muliebris, vel prouincia ſtans, d. temone nititur, laeuam ſupra ratem extendit. AV. Claudii Imp. cuius vero pars antica non exprimitur inter Num. Aur. *Arſchotana* Tb. 19. fg. 10.) *Morell.* Theſ. Impp. II. Tb. 4. fg. 18. p. 14.) *Guſſeme* II. p. 185.) *Mdb*, 83. Inſigne hoc eſt monumentum nauticae expeditionis et traiectus in Britanniam, ac Victoriae Claudii Britannicae.

— Prouincia ſedens cum haſta, quae ſ. brachio ſuper clipeum nititur, d. ſuper genu quieſcens, quaſi caput ſuffulcit, pede ſupra muri partem impoſito. Æ 1. 2. Hadriani, qui hanc inſulam adiit, et ne Britanni quolibet motu in Romanas ditiones tranſire poſſent, murum per LXXX. millia paſſuum ad barbaros hos continendos primus duxit, qui forte in hoc numo indicatus fuit. *Beger.* Th. Br. II. p. 657.) *Guſſeme* IV. p. 8. n. 46.) *Mdb.* 175.) *Patin.* Impp. p. 191.) *Vaill.* Pr. I. p. 58. — Alter numus ad expeditionem Hadriani in Britanniam referendus eſt, in quo EXERCITVS BRITANNICVS per Imperatorem et milites deſignatur. — In aliis Hadriani legitur ADVENTVI AVG. BRITANNIAE. — RESTITVTORI BRITANNIAE. v. *ſuis locis*, — *Britannia* vero inſula muro diuiſa ab Hadriano, et iterum ab Antonino. conf. Muſ. *Alb.* I. p. 49.

— Britannia rupibus inſidens, d. ſignum militare, ſ. haſtam, innixo brachio clipeo. Æ 1. Antonini Pii. *Guſſeme* I. p. 186. n. 18.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 27. fg. 5. p. 119. *Mdb.* 175. 193. 196.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 79. fg. 4.) M. *Theup.* p. 485.) *Vaill.* Pr. I. p. 73. — *Idem typus.* Æ. Sept. Seueri. *Guſſeme* VI. p. 167. n. 25.) *Mdb.* 279.

BRITANNIA COS II. S. C. Fig. ſcopulis inſidens cum ſigno militari. Æ 1. Antonini Pii. *Harduin.* p. 767. — COS. III. S. C. Idem prouinciae monticulo inſidentis typus. Æ. Sept Seueri. *Mdb.* 279. — *al.* Prouincia inſidens ſpoliis, et clipeo inſcribens VICTORIAE BRITANnicae. Sept. Seueri. *Mdb.* 279.

— COS. IIII. Figura prouinciae inſidens. monticulis, d. capiti admouens, ſ. rupibus innixa, ante eam vexillum et clipeus. Æ 2. Antonini Pii. *Guſſeme* I. p. 186. n. 19.) *Harduin.* p. 774.) *Mdb.* 198. 202.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 27. fg. 4. p. 119.) *Muſell.* Impp. Tb. 100. fg. 8.) *Patin.* Impp. p. 172.) *Vaill.* Pr. I. 75.) M. *Theup.* p. 485.

BRI-

BRITANNIA. IMPERAT. S. C. Prouincia globo aut orbi vndis innatandi inſidens cum ſigno militari in dextra. Per orbem hic Britannia denotatur, quaſi nouus terrarum orbis a reliquis ſeparatur. Æ 2. Antonini Pii. *Mdb.* 194.) *Oiſel.* ibid. fg. 6. p. 120.) *Guſſeme* I. p. 186. n. 20. ſed BRITAN. IMPERAT. in ſequente vero numo. 21. BRITAN. IMPERATOR II.) *Vaill.* Pr. I. p. 73. ſed BRITAN. in clipeo, quem gerit Victoria gradiens, in circulo IMPERATOR II.

BRITANNIA. PONT. MAX. TR. P. COS. S. C. Figura crinibus incomtis, d. caput fulcit, pede ſuper proram. *Guſſeme* IV. p. 8. n. 47.

— PONT. MAX. TR. P. COS. III. P. P. S. C. Figura ſedens, d. elata, ſ. haſtam puram, ſub pedibus globus et ſcutum. Æ. Hadriani. *Guſſ.* ib. n. 48.) *Mdb.* p. 174.) *Triſtan.* I. p. 469.

— P. M. TR. P. etc. Victoria gradiens, vtraque manu ſertum. Æ 1. Antonini Pii. *Mdb.* 194.) *Vaill.* Pr. I. 72. Hanc vero epigraphen carpit *Bandur.* Biblioth. Num. p. 74.

— P. M. TR. P. X. IMP. VI. *al.* VII. COS. IIII. P. P. Figura muliebris galeata inſidet rupibus, d. ſignum militare, ſ. haſtam, ſcuto ſedi adpoſito. Æ 1. Commodi. *Hard.* p. 789.) *Mdb.* 249.) *Guſſeme* II. p. 234. n. 15. qui in clipeo legit: S. P. Q. R.) *Vaill.* Pr. I. p 96. cui vero in d. caduceus; *item* Pr. III. p. 146. cum litteris in clipeo: S. P. Q. R. omiſſis vero his litteris inter Sel. Num. *Camp.* p. 47. fg. 6. In memoriam rebellis Britanniae per Vlpium Marcellum, Commodi legatum, redactae ſignatus eſt. Rupibus Britannia inſidet; plurimos enim ibi colles reperiri innuit *Strabo:* „Maxima inſulae pars campeſtris eſt et ſiluis obſita, multos etiam terreſtres habet colles.“ Romanum d. tenet ſignum militare, vt ſe Romano imperio ſubiectam denotet; haſta, quam laeua gerit, et clipeus, quo brachio innititur, et galea in imo clipei, arma ſunt Britannorum, quibus vtebantur. De victoria illa Britannica loquitur *Dio* L. LXXII. — *Britannia* vero Romanis nunquam integre capta. conf. Muſ. *Alb.* I. p. 49. — Nulla ibi cuſi numiſmata ſaeculo Conſtantiniano. *Harduin.* Oper. p. 440.

BRITANNIAE. vid. ADVENTVI AVG.

BRITANNICA. v. ADLOCVTIO. — VICTORIA.

